UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

urn:nbn:de:hbz:466:1-66072

Visual Library

Th. 5178

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bibl. Theodor. Paderb.

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
LATINE REDDITA
ET NOTIS ILLUSTRATA
A
R. P. BRUNONE PARODE
ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETTALENSI
PROFESSO p. t. SUBPRIORE.

TOMUS VIII.

AB ANNO 561. USQUE AD ANNUM 633.

Collegii Paderani Soc. Jesu 1767.



Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLIX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

In præsenti Historiæ Ecclesiasticæ Parte, Lector Benevole! Fidem Catholicam opera S. Gregorii in Anglia, & S. Leandri in Hispania propagatam non sine Divinæ Providentiæ admiratione leges. Occurrent duorum Imperatorum Justiniani & Justini diversa inge-

nia, quorum alter Religionis Veritatem curioſe magis quam pie ſcrutando a Fide defecit, ſe ipſum perdidit, & Eccleſiæ nocuit, alter ſimpliciter credendo in vera Fide perſeveravit, & Rem Catholicam egregie promovit. Occurret S. Gregorius Magnus, Eccleſiæ Doctor eximius, Summorum Pontificum Decus, Ordinis Monaſtici Amator, Defenſor, & Ornamentum, quem Fleurius non immerito Sæculi ſui Principem appellavit.


Ceterum Libro ſuo trigeſimo quinto Fleurius præpoſuit Diſſertationem in Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſex primorum Sæculorum, & Lectorem conſtituit Judicem, an ea, quæ in prima Præfatione promiſerat, impleverit. In ea Diſſertatione Scriptor noſter

ſter primorum ſex Sæculorum imaginem peritiſſime Lectoribus ſuis ante oculos ponit, videlicet, modum, quo Divinæ Sapientiæ veram Religionem propagare placuit, Apoſtolorum Prædicationem omni ope humana deſtitutam, Martyres, quos nihil niſi Fides ſupernaturalis & Spes æternæ vitæ ad mortem in oculis hominum turpiſſimam ſubeundam impellere potuit. Narrat Monaſticæ vitæ ortum, & progreſſum, Monachosque antiquis Philoſophis perfectiores & feliciores fuiſſe oſtendit. Explicat Epiſcoporum Ordinationem, modum Electionis, laudat vitam, Sanctitatem, Eccleſiæ Regimen. Refert Officii Divini Ordinem, Sacramentorum Ritus, Pœnitentiæ publicæ rationem, & in illis primis Sæculis effectum. Di-

ſciplinam præcipue antiquam extollit. Si vero Fleurius in Laudibus veteris Diſciplinæ & Pœnitentiæ plurimus eſt, non illico, ut quidam ejus Adverſarii putant, hodiernæ Diſciplinæ contemptor judicandus; nam hæc bona fide & Salutis proximi ſui promovendæ ſtudio ſcripſiſſe exploratum eſt.

Lege & Fave.

CON-



CONSPECTUS
TOMI OCTAVI.

LIBER XXXIV.

§. 1. Regis Clotarii primi obitus. Pag. 1
§. 2. Concilium Santonenſe. 4
§. 3. Suevi convertuntur. 7
§. 4. S. Martinus Dumienſis. 9
§. 5. Concilium Braccarenſe. 11
§. 6. S. Æmilianus. S. Donatus. 13
§. 7. Epiſtolæ S. Nicetæ Trevirenſis. 16
§. 8. Juſtiniani Error. 18
§. 9. S. Eutychii Exilium. 20
§. 10. S. Anaſtaſius Antiochenus. 22
§. 11. Juſtiniani obitus. Juſtinus Imperator. 23

§. 12. Concilium Turonenſe ſecundum. 26
§. 13. Concilium Turonenſe continuatur. 31
§. 14. Epiſcopi in Britannia. 39
§. 15. Viri Sancti in Magna Britannia. 44
§. 16. S. Radegundis initia. 47
§. 17. Epiſtolæ Concilii Turonenſis. 50
§. 18. Sancta Crux Pictavienſis. 51
§. 19. Concilia in Galæcia. 56
§. 20. Longobardi in Italia. 60
§. 21. Benedictus ſeu Bonoſus Papa. 63
§. 22. Anaſtaſius Antiochia pellitur. Gregorius Patriarcha. 67
§. 23. S. Joannes Climacus. 71
§. 24. Pœnitentium Carcer. 72
§. 25. S. Hoſpitius Anachoreta. 80
§. 26. Gregorius Epiſcopus Turonenſis. 82
§. 27. S. Senochius. S. Leobardus. S. Venantius. 84
§. 28. Concilium Pariſienſe quartum. 88
§. 29. Sigeberti Mors. 91
§. 30. S. Germani Pariſienſis obitus. 93
§. 31. Meroveus Turone. 96
§. 32. Concilium Pariſienſe quintum. Pretextatus. 99
§. 33. Seſſio ſecunda. 104
§. 34. Benedictus Papa moritur. Pelagius ſecundus Papa. 109
§. 35. S. Gregorii initia. 110
§. 36. Juſtini obitus. Tyberius Imperator. 114
§. 37. S. Gregorius Eutychio reſiſtit. 116

§. 38. Concilium Cabillonenſe. Salonius & Sagittarius. 121
§. 39. Concilia Matiſconenſe & Lugdunenſe. 125
§. 40. Vanum Chilperici ingenium. 127
§. 41. S. Salvius. 129
§. 42. Concilium Brennianum. 131
§. 43. Converſio S. Hermenegildi. 133
§. 44. Joannes jejunans Patriarcha Conſtantinopolitanus. 137
§. 45. Tiberii obitus. Mauritius Imperator. 138
§. 46. S. Theodori Siceotæ initia. 140
§. 47. S. Gregorius Conſtantinopoli. 143
§. 48. Res in Galliis geſtæ. 146
§. 49. Guntramus Aureliæ. 149
§. 50. Concilium Matiſconenſe ſecundum. 153
§. 51. Synodus Antiſſiodorenſis. 160
§. 52. Pretextati cædes. 164
§. 53. Inderdicta Eccleſiaſtica. 167
§. 54. S. Hermenegildi Martyrium. 171
§. 55. Viſigothorum converſio. 174
§. 56. Concilium Toletanum III. 176
§. 57. Concilium Narbonenſe. 184
§. 58. Gregorius Antiochenus. 186
§. 59. Epiſtola Pelagii Papæ ad Epiſcopos Iſtriæ. 190
§. 60. Pelagii Papæ obitus. 197

CONSPECTUS

DISSERTATIO AUCTORIS IN HISTORIAM ECCLESIASTICAM SEX PRIMORUM SÆCULORUM.

§. 1. Christiana Religio a Deo est. Pag. 199
§. 2. Martyres. 202
§. 3. Monachi. 205
§. 4. Episcopi & Clerici. 211
§. 5. Ecclesiæ Regimen. 221
§. 6. Clerici inferiores. 226
§. 7. Officia solemnia. 232
§. 8. Pœnitentia. 237
§. 9. Ecclesiæ Lenitas. 245
§. 10. Disciplina Ecclesiastica in Genere. 248
§. 11. Doctrina de Trinitate. 252
§. 12. Incarnatio. Gratia. 256
§. 13. Modus discendi in Ecclesia. 261
§. 14. Methodus docendi. 264
§. 15. Patrum Scientia. 267
§. 16. Patrum Eloquentia. 272

LIBER XXXV.

§. 1. S. Gregorius Papa. 281
§. 2. S. Gregorii querelæ. 284
§. 3. S. Gregorii Liber Pastoralis. 287
§. 4. S. Radegundis obitus. 288

§. 5.

§. 5. Chrodieldæ Seditio. 292
§. 6. Vis contra Abbatiſſam adhibita. 297
§. 7. Concilium Pictavienſe. 299
§. 8. Concilium Metenſe. 302
§. 9. S. Columbani initia. 309
§. 10. Regula S. Columbani. 310
§. 11. Concilium Hiſpalenſe. 315
§. 12. Epiſtola ad S. Leandrum. 317
§. 13. S. Gregorius Concilium quintum defendit. 319
§. 14. Donatiſtæ in Africa. 324
§. 15. Patrimonium Eccleſiæ Romanæ. 326
§. 16. S. Gregorii largitas. 331
§. 17. Eccleſiæ conjunguntur. 336
§. 18. Electio Epiſcoporum. 339
§. 19. Jurisdictio Papæ. 345
§. 20. Epiſtola ad Venantium. 346
§. 21. Judæi convertuntur. 348
§. 22. Sancti in Gallia. 351
§. 23. Sycophanta in Gallia. 356
§. 24. S. Gregorii Turonenſis exitus. 358
§. 25. Longobardorum Bella. 360
§. 26. Cauſa Natalis Salonenſis. 363
§. 27. Cauſa Adriani Thebani. 366
§. 28. Admonitio ad Joannem Conſtantinopolitanum. 371
§. 29. Cosroes in S. Sergium munificus. 373
§. 30. Gregorii Antiocheni obitus. 377
§. 31. Lex, ne miles Monachus fiat. 378
§. 32. Conſtantius Epiſcopus Mediolanenſis. 383

§. 33.

§. 33. Theodelinda a Schiſmaticis ſeducitur. 388
§. 34. Joannes Ravennatenſis reprehenditur. 391
§. 35. S. Gregorii Dialogi. 395
§. 36. Cauſa Maximi Salonenſis. 401
§. 37. Res Sardiniæ. 405
§. 38. Reliquiæ non transferantur. 408
§. 39. Epiſcopus Univerſalis. 412
§. 40. S. Gregorii Sermones. 420
§. 41. S. Gregorii querelæ. 426
§. 42. Marinianus Epiſcopus Ravennatenſis. 429
§. 43. Synodus Romana. 432
§. 44. Cauſa Joannis & Athanaſii Presbyterorum. 437
§. 45. Res Galliæ. 441
§. 46. Miſſio S. Auguſtini in Angliam. 445
§. 47. Joannis Jejunatoris obitus. 448
§. 48. Cyriacus Patriarcha Conſtantinopolitanus. 449
§. 49. S. Gregorius Eudoxium non novit. 453
§. 50. Lex de Militibus Monachis. 456

LIBER XXXVI.

§. 1. Auguſtinus in Anglia. 459
§. 2. S. Gregorii Epiſtola ad Brunechildem. 464
§. 3. Epiſtola ad S. Eulogium Alexandrinum. 466
§. 4. Pax cum Longobardis. 469
§. 5. Monita Januario Calaritano data. 472

§. 6.

§. 6. Schiſmaticorum Reſipiſcentia. 475
§. 7. Schiſma Salonenſe. 478
§. 8. Maximus Salonenſis ſubjicitur. 481
§. 9. Litteræ ad Serenum. Imagines. 484
§. 10. Cyriacus in Galliam miſſus. 486
§. 11. Cyriacus in Hiſpania. 491
§. 12. Concilia in Hiſpania celebrata. 494
§. 13. Eccleſia Africæ. 498
§. 14. Cæremoniæ a S. Gregorio invectæ. 501
§. 15. Officii Reformatio. 504
§. 16. Eccleſiæ & Stationes. 505
§. 17. Miſſæ initium. 509
§. 18. Lectiones & Oblationes. 512
§. 19. Canon Miſſæ & Communio. 517
§. 20. Poſtrema Pars Miſſæ. 522
§. 21. Cantus Gregorianus. 524
§. 22. Superſtitiones ſublatæ. 525
§. 23. Admonitio ad Epiſcopos. 527
§. 24. Eleemoſynæ Conſtantinopoli Romam transmiſſæ. 528
§. 25. Conſilia Theoctiſtæ & Gregoriæ data. 530
§. 26. S. Theodorus Siceota Epiſcopatu ſe abdicat. 536
§. 27. Patriarchæ Antiocheni & Jeroſolymitani. 541
§. 28. Opera S. Eulogii Alexandrini. 542
§. 29. S. Gregorius ægrotat. 545
§. 30. Monita Mariniano Ravennatenſi data. 547
§. 31. Conſtantius Mediolanenſis obit. 549
§. 32. Fortunati Neapolitani obitus. 550
§. 33. Monachorum Privilegia. 552

§. 34. Reſcripta Monachis faventia. 556
§. 35. Miſſio ſecunda in Angliam. 564
§. 36. Epiſtolæ ad Principes. 567
§. 37. Epiſtola ad Auguſtinum. 569
§. 38. Reſponſa ad Quæſtiones Auguſtini. 573
§. 39. Liturgia Gallicana 578
§. 40. De Miſſione in Angliam. 582
§. 41. Reſponſum Iberis datum. 585
§. 42. Res Africæ. 586
§. 43. Res Franciæ. 588
§. 44. Epiſtolæ S. Columbani de Paſchate. 591
§. 45. Mauritii Fata. Phocas Imperator. 594
§. 46. Joannis Evorienſis Cauſa. 598
§. 47. Res Tergeſti & Anconæ geſtæ. 600
§. 48. Res Hiſpaniæ. 601
§. 49. Reccaredi & S. Leandri obitus. 604
§. 50. Epiſtola ad Theodelindam. 605
§. 51. S. Gregorii beatus obitus. 607
§. 52. Sabinianus, & Bonifacius III. Papæ. 612
§. 53. Schiſma Aquilejenſe. 615
§. 54. Britones Schiſmatici. 616
§. 55. S. Auguſtini Cantuarienſis obitus. 620
§. 56. Bonifacius IV. Papa. 622
§. 57. S. Columbanus perſecutionem patitur. 623

LIBER XXXVII.

§. 1. S. Theodori Siceotæ obitus. 627
§. 2. Succeſſio Patriarcharum. 631
§. 3. Phocæ exitus. Heraclius Imperator. 633
§. 4. Eccleſia Anglicana. 634

§. 5.

§. 5. Toletum Metropolis. 636
§. 6. S. Columbani exilium ſecundum. 637
§. 7. S. Columbanus in Neuſtria. 641
§. 8. S. Columbanus in Italia. 647
§. 9. S. Bonifacii IV. obitus. Deusdedit Papa. 652
§. 10. Jeroſolyma a Perſis capta. ibid.
§. 11. S. Joannis Eleemoſynarii Charitas. 656
§. 12. S. Joannis Eleemoſynarii Regimen. 660
§. 13. Joannis Moſchi itinera. 667
§. 14. Concilium Pariſienſe. 670
§. 15. Viri Sancti in Aula Clotarii. 673
§. 16. S. Lupus Senonenſis. 675
§. 17. Eccleſia Anglicana. 678
§. 18. S. Joannis Eleemoſynarii obitus. 683
§. 19. Pratum ſpirituale. 685
§. 20. Joannis Moſchi & S. Anaſtaſii Sinaitæ obitus. 689
§. 21. Concilium Hiſpalenſe ſecundum. 690
§. 22. Regula S. Iſidori. 692
§. 23. S. Helladius Toletanus. 698
§. 24. Homiliæ S. Antiochi. 699
§. 25. S. Anaſtaſius Perſa. 701
§. 26. Agreſtinus Monachus Schiſmaticus. 704
§. 27. S. Columbani Diſcipuli. 709
§. 28. Concilium Rhemenſe. 712
§. 29. Eccleſia Anglicana. 715
§. 30. Converſio Regis Eduini. 718
§. 31. Heraclius Victor. 724
§. 32. Martyrium S. Anaſtaſii. 729
§. 33. Cosroes necatur. 734
§. 34. S. Crux recuperatur. 736

§. 35.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSPECTUS TOMI OCTAVI.

§. 35. Dagobertus Rex Franciæ. 737
§. 36. S. Amandi exilium. 739
§. 37. S. Amandi vita. 741
§. 38. S. Eligii initia. 745
§. 39. Monaſteria in Territorio Brianenſi. 752
§. 40. Concilium Aurelianenſe ſextum. 754
§. 41. Monothelitæ. 755
§. 42. Articuli Cyri Patriarchæ. 761
§. 43. Epiſtola Sergii ad Honorium. 764
§. 44. Reſponſum Honorii. 770
§. 45. Eccleſia Anglicana. 772
§. 46. Concilium Toletanum IV. 777
§. 47. Conciliorum celebrandorum Ritus. 779
§. 48. Canones de Ritibus. 781
§. 49. Alii Canones. 784
§. 50. Fidelitas Principi debita. 788

HISTO-



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXIV.

✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲ ✲

JOANNES III. PAPA. JUSTINIANUS, IMPERATOR.

§. I.

Regis Clotarii I. Obitus.

Childeberto vita functo Clotarius frater ejus, qui cum ipso ab annis quadraginta novem regnaverat, duobus, quibus superstes fuit, annis solus imperavit Francis. Sæculum VI. A. C. 561.

Sæculum VI. A. C. 561.

Ad hæc ultima Regni ejus tempora refertur Decretum universale de modo administrandæ Justitiæ ad omnes Prætores directum. Inter alia præcipitur, ut Legibus Romanorum omnes Causæ inter Romanos deciderentur. Romani dicebantur veteres Galliarum Incolæ, quo discernerentur a Barbaris Francis, Burgundionibus, & Gothis, qui ab annis centum & quinquaginta has Regiones invaserant. In illo Decreto subjungitur: *Si quis Judex contra legem injuste quemquam condemnaverit, si Nos absentes simus, ab Episcopis castigabitur. Nemo Auctoritatem Nostram obtendat, ut Viduam vel Virginem ad nuptias cogat, aut eas rapiat. Nemo Moniales Matrimonio sibi jungere audeat, aut illa Ecclesiis auferre, quæ defuncti testamento reliquerint. Ecclesias a tributis ob fundos & pecora imperatis eximimus.* Manifestum est, quod hoc Decretum cum iis, quæ in tertio Concilio Parisiensi statuta fuere, affinitatem habeat.

tom. 5. Conc. p. 87.

Rex Clotarius ultimo Regni sui anno ad S. Martinum Turonensem cum magnificis Donis venit. Ibi totius vitæ peccata memoria relegens, inter multos gemitus S. Confessorem (*) invocavit, ut

Greg. IV. hist. c. 10. Mart. Chr.

(*) Der deutsche Uebersetzer hat es gegeben: Und bath . . . den heiligen Beichtvatter.

ut pro se Dei Misericordiam imploraret. Sæculum VI.
Haud diu postea vitam posuit anno post A. C. 561.
Consulatum Basilii vigesimo Indictione
nona id est anno 561. postquam ab o-
bitu Clodovei Patris sui regnasset annis
quinquaginta. Jusserat sicut Pater ipsius,
& Frater Childebertus, ut sepeliretur in
Ecclesia a se fundata, nempe in Ecclesia
S. Medardi prope Suessionem, quam ipse
ædificare cœpit, & Filius ejus Sigeber-
tus perfecit. Clotarius initio S. Medar-
di Corpus, tuguriolo ex ramis arborum *Greg. gl. conf. c. 95.*
constructo, contegi curaverat, donec Ec-
clesiæ ædificium consurgeret, & Fideles
illorum ramorum festucas sibi auferebant
ad varios morbos sanandos. Moritu-
riens Clotarius dicebat: *Quid vobis vi-
detur? quanta sit potentia Regis illius
Cœlestis, qui maximos terræ Reges mori
jubet?* Quatuor ipsius filii, sicut olim
filii Clodovei, Regnum inter se partiti,
Charibertus Parisiis, Guntramus Cabil-
lonii, aut Lugduni, Sigebertus Metis,
Chilpericus Suessione Sedem fixerunt.

Charibertus in sua Ditione Urbem
Turonensem sortitus receptis in fidem
Civibus ipse vicissim juramento se ob-
strinxit, quod sortem eorum pejorem
nollet reddere, nec exacturus esset, ut *Greg. Lib. IX. c. 30.*
amplius quidquam ad Principis ærarium
præstarent, quam Patri suo dedissent.
Cumque Gaison Comes antiquas Præ-

Sæculum VI. A.C. 561.

stationum tabulas ad Regem misisset, is acceptas ingemiscens & S. Martini potentiam expaveſcens in ignem projecit. Pecuniam ab illius Ecclesia exactam reddi, & omnem populum Turonensem liberum esse a tributis jussit.

§. II.

(*) *Concilium Santonense.*

Id. IV. hist. c. 26.

Civitas Santonensis quoque in Ditione Regis Chariberti posita erat. In ea Leontius Archiepiscopus Burdegalensis convocatis ad Synodum Provinciæ suæ Episcopis Emerium Episcopum Santonensem deposuit, tanquam contra Canones electum, quippe Decretum a Rege Clotario obtinuerat, ut sine consensu Metropolitæ tunc absentis ordinaretur. Concilii Patres Emerio depositio in ejus locum elegerunt Heraclium Ecclesiæ Burdegalensis Presbyterum, & Electionis Decretum, cui manu sua subscripserant, ad Regem Charibertum miserunt. Ubi Presbyter, cui id deferendum commiserant, Turonem attigit, in transitu ad Eufronium Archiepiscopum divertens, eidem rem ut acta fuerat narravit,

(*) In der deutschen Uebersetzung heißet es: Unglückseliges *Concilium* zu *Saintes*. Das hineingeflickte Wort unglückselig ist eine glückselige Erfindung des allen Bischöffen und Concilien überhaupt abgeneigten Uebersetzers.

ravit, rogans, ut etiam ipse Decreto sub- Sæculum VI.
scriberet. Id vero Eufronius aperte re- A. C. 561.
cusavit, haud dubie quod ominaretur, hanc Electionem magni scandali causam futuram. Postquam Presbyter Parisiis in conspectum Regis admissus est, dixit: *Rex! Sedes Apostolica te salutat.* Hic erat illius ætatis usus, ut omnes Sedes Episcopales, præsertim Metropolitanæ, Apostolicæ, & omnes Episcopi Papæ appellarentur. (*) Rex vero simulans, non satis se intelligere, quid diceret, ex Presbytero quæsivit: *An Roma ad nos huc venisti, quod Papæ nomine mihi salutem dicas?* Respondit Presbyter: *Est Pater tuus Leontius, qui cum Episcopis Provinciæ suæ salvum te esse jubet, & certiorem reddit, quod Emerius depositus fuerit de Episcopatu Santonensi, quem contra Canones ambitu obtinuerat. Hinc*

(*) Non ita frequens erat hic usus, ac dicit Fleurius, cum in tota Historia Ecclesiastica alios Episcopos Papas vocari satis raro, Sedes vero Episcopales aut Archiepiscopales dici Apostolicas, si hunc locum excipias, ferme nunquam occurrat. Id ipsum confirmat Rex Charibertus acerbe interrogans: *An Roma ad nos huc venisti, quod Papæ Nomine mihi salutem dicas?* Saltem in comparatione ad Romanum Pontificem Scriptores Ecclesiastici alios Episcopos raro Papas nuncupabant.

Sæculum VI. A. C. 561.

Patres miserunt ad te Decretum suum quo alium in ejus Sedem substituunt, ut, dum transgressores Canonum puniuntur, Deus regno tuo benedicat. Hic in loquentem fremens Rex jubet a conspectu abstrahi, vehiculo spinis horrenti imponi, & in Exilium mitti. Adjecit: *An nescis supersesse Clotarii filios, qui facta Parentis defendant, dum Episcopum ab ipso electum absque nostro Mandato Sede sua pellitis?* Et statim missis Clericis Emerium in Sedem Santonensem restituit. Cubicularios quoque misit, qui ab Archiepiscopo Leontio mille solidos aureos, & minores mulctas ab aliis Episcopis, qui huic Concilio adfuerant, pro facultatum suarum modo exigerent. Itaque Emerius Sedem Santonensem retinuit, & verisimile est Leontio postea fuisse reconciliatum, cum legamus, Leontium rogante Emerio Ecclesiam S. Bibiani ab Eusebio Antecessore ipsius ædificari cœptam ad fastigium perduxisse: Placidina Leontii Archiepiscopi uxor (*) ad ornandum hujus Sancti sepulchrum multum

Fortun. lib. I Germ. 12.

(*) Quamvis hic mentio fiat de uxore Leontii Archiepiscopi, neutiquam tamen inferri potest, Episcopum cohabitasse, sed potius suscepto Episcopatu secundum Ecclesiasticam omnium temporum Disciplinam uxorem reliquisse, & exinde pro Sorore habuisse.

tum pecuniæ contulit, & Marito in de- Sæculum VI.
corandis aliis Ecclesiis operam junxit. A. C. 561.
Hæc magnæ pietatis & nobilissimi sanguinis Matrona genus ab Imperatore Avito ducebat.

§. III.

Suevi convertuntur.

Sub idem ferme tempus Suevi ab annis centum & quinquaginta Ariani Galæciam incolentes ad Fidem conversi sunt. Chararicus seu Theodemirus Rex filium habebat decumbentem, & adeo languentem ut ægerrime spiritum traheret. Tum Rex ad suos: *Quæso! edicite mihi, cujus Religionis sit Martinus ille, quem in Gallia tot Miracula edere ferunt?* Responderunt: *Episcopus fuit, & Populum suum docuit, Filium æquali honore cum Patre & Spiritu Sancto utpote substantia parem esse colendum. Si ita est,* dixit Rex, *amicorum meorum fidissimi ad templum ipsius eant, & magna munera deferant. Et si filio meo sanitatem impetrent, idem, quod sanctus Vir credidit, & ego credam, postquam Fidem Catholicam edoctus fuero.* *Greg. Mir. S. Martini* I. c. 11.

Itaque tantum auri & argenti, quantum filii sui pondus æquaret, appendi, illudque Turonem ad S. Martini sepulchrum deferri jussit. Legati inde reversi dixerunt ad Regem, quod ibi plura pa-

Sæculum VI. A. C. 561.

trari Miracula vidissent, & addiderunt: *Nescimus, cur filius tuus non fuerit sanatus.* Intellexit Rex, filium suum non prius sanandum, quam JEsum Christum Patri suo æqualem crederet. Tum Ecclesiam in honorem S. Martini ædificare cœpit, & postquam consummavit, dixit: *Si usque adeo Cælum me amet, ut hujus sancti Viri Reliquias possim accipere, omnia, quæ Episcopi docent, credam.*

Ergo secundo suos cum majoribus Donis Turonem mittit; quo ubi pervenerunt, petierunt Reliquias. Oblatæ sunt ipsis aliquæ, quales aliis dari solebant, id est lintea, aut panni, qui aliquamdiu super sepulchro jacuissent. Ipsi dixerunt: *Liceat nobis ipsis sepulchro imponere, quod ablaturi sumus.* Tum imposuerunt velum sericum prius appensum, & dixerunt: *Si coram S. Patrono nostro Gratiam invenimus, quod supra sepulchrum posuimus, cras graviore pondere erit, illudque tanquam Cælestem Benedictionem servabimus.* Cum igitur una nocte vigilassent, altera die mane velum sericum appenderunt, & tantum fuit pondus quantum libra ferre poterat. Ipsis deinde has Reliquias inter solemnes cantiones per urbem ferentibus, in illius Civitatis carceribus detenti quæsiverunt, quid ageretur. Responsum est: *S. Martini Reliquiæ in Galæciam mittuntur.*

Illico

illico captivi isti invocata S. Viri ope liberati sunt, accedentes ad Reliquias Servatori suo gratias egerunt, & Episcopus gratiam ipsis a Judice impetravit. Legati Galæciæ hac re vehementer delectati nec amplius dubitantes, quin tantus Patronus ipsis faveret, post felicem navigationis cursum in Patriam reversi sunt. Reliquiæ summa Veneratione exceptæ, Regis filio recepta incolumitate obviam procedente. Rex unitatem Patris, & Filii, & Spiritus S. confessus, cum tota Aula sacro Chrysmate unctus est. (*) Lepra ab omnibus, plurimi enim de populo hoc morbo laborabant, repente abscessit. Multa in nova S. Martini Ecclesia patrata miracula, & tantus populi pro Religione Catholica zelus fuit, ut si occasio se præbuisset, Martyrium toleraſſet. Sæculum VI. A. C. 561.

Ita hanc Historiam Gregorius, qui postmodum elapsis ferme annis duodecim Episcopus Turonensis fuit, refert.

§. IV.

S. Martinus Dumiensis.

Conversio illa præprimis perfecta est opera alterius S. Martini, quem Divi- *Fort. L. V. carm. 1.*

(*) Hæc Unctio Sacramentum Confirmationis fuisse videtur, vel Supplementum Unctionis illius cum Chrismate, quam Ariani in Baptismo omittebant.

Sæculum VI A.C. 562.

na Providentia eodem tempore, quo Reliquiæ advectæ, in Galæciam misit. Is etiam, sicut S. Martinus Turonensis in Pannonia natus, cum profectionem in Orientem ad Loca Sacra suscepisset, doctissimis sui ævi viris accenseri meruit. Idem igitur Suevis Galæciæ Regulam Fidei tradidit, Ecclesias Fidelium confirmavit, Monasteria fundavit, libros, quibus ad Pietatem excitarentur, composuit, & innumeras scripsit Epistolas, quibus Neoconversos ad omnium virtutum Exercitium exhortabatur. S. Martinus inter alia etiam condidit Monasterium Dumiense, unde ipse cognomentum traxit. In loco illo haud procul ab urbe Braccara posito opibus Regis adjutus Monachorum Congregationem sub Regula S. Benedicti instituit. Hinc ipse S. Regulæ Benedictinæ in Hispanias dilatatæ Auctor celebratur.

Greg. V. hist. c. 31. Isid. de Illust. c. 35. Id. Chr. Suev. p.

v. Act. SS. Ben. to. 1. p. 261.

Haud diu postea æra sexcentesima septimo Cal. Jan. id est 26. Dec. anno 562. jubente Rege Theodemiro celebratum est Concilium in Civitate Augusto-Lucensi, ut Fides Catholica in Regno ejus confirmaretur, & diversæ Causæ Ecclesiasticæ definirentur. Postquam Episcopi omnia prius ab eis præstituta egissent, Rex missis ad ipsos litteris exposuit, nimis exiguum in Galæcia esse Episcoporum numerum, ita ut reperirentur Ecclesiæ,

Tom. 5. Conc. p. 874.

siæ, quas Episcopus singulis annis visitare non posset; præterea rem magna difficultate laborare, ut, cum unicus sit Metropolita, Concilium singulis annis congregetur. Episcopi, ut huic malo mederentur, Ecclesiam Augusto-Lucensem ad Sedis Metropoliticæ Dignitatem, qua Braccarensis jam ante gaudebat, evexerunt. Novas quoque erexerunt Sedes Episcopales atque honor iste etiam Monasterio Dumiensi obtigit. S. Martinus illius loci Abbas primus Episcopus fuit. Præterea uniuscujusque Diœcesis Parochiis limites posuerunt, ut Episcopis vicinis omnis litigandi occasio tolleretur. Sæculum VI. A. C. 563.

§. V.

Concilium Braccarense.

Anno sequente 563. tertio regnantis Ariamiri, qui idem Theodemirus fuisse creditur, Concilium Braccaræ prima die Maji celebratum, cui adfuerunt Episcopi octo, & inter alios Martinus. Is Episcopus Dumiensis fuisse conjicitur. Lucretius Archiepiscopus Braccarensis Concilii Præses imprimis proposuit, Fidem contra Hæreticos præsertim contra superstites aliquos Priscillianistas esse stabiliendam. Tum S. Leonis Epistolam S. Turibio, & Episcopis Galæciæ missam, illamque, quam Concilium quatuor Provinciarum ad Balconium dederat, recitari *to. 5. p. 856.*

Sup. lib. XXVII. c. 10.

Sæculum VI. A. C. 563.

tari jussit. Porro septendecim Articuli contra eosdem errores propositi, quos Concilium approbavit. Tandem lecti sunt Canones tam Conciliorum Generalium quam Provincialium ad Disciplinam pertinentes, & Canones novi viginti duo, quorum plerique Ordinem Cæremoniarum præscribunt, in hoc Concilio conditi.

Can. 1. Præcipitur generatim ut ubique idem
2. Psalmodiæ ordo servetur, & Monasteriorum consuetudines non immiscentur.
4. 5. Eædem Lectiones recitentur, in Missa & Baptismo Ritum a Profuturo Episcopo
12. Braccarensi introductum omnes sequantur. Prohibetur, ne in Ecclesia ullum aliud Carmen exceptis Psalmis & SS. Scripturis canatur. Hic videntur Hymni
c. 3. rejici. Episcopi populum salutent illis verbis: *Dominus vobiscum*, sicut Pres-
c. 10. byteri nullo discrimine. Nihilominus prævaluit distinctio, & Episcopi dicunt: *Pax vobis.* Qui Subdiaconus non est,
c. 11. Sacra Vasa non tangat. Lectores, dum in Ecclesia cantant, vestitu hominum Sæcularium non utantur, nec longos capillos ritu Gentilium alant. Diaconi Orarium id est Stolam non occultent, sed illam super humerum gerant, ut a Subdiaconis discernantur. Clerici qui car-
c. 14. nes non comedunt, saltem olera cum carnibus cocta comedant, ut omnem su-

spicio-

ſpicionem Priſcillianæ Hæreſis a ſe amoveant. Sæculum VI. A. C. 563.

Eccleſiæ Bona in tres partes dividantur, quarum una Epiſcopo, altera Clericis, tertia ſartis tectis adhibeatur. Quæ pro mortuis aut alterius Devotionis cauſa offeruntur, inter omnes Clericos ſemel bisve per annum dividantur, & nemo ſibi ſoli oblata per ſeptimanam uſurpet. Sepultura Eccleſiaſtica priventur, qui ſibi ipſis manus violentas intulerunt, aut ſuorum flagitiorum pœnas morte dederunt. Pro his, nec pro Catechumenis ſine Baptiſmo mortuis, non oretur. (*)

c. 7.

c. 21.

c. 16.

c. 17.

Nemo in Eccleſiis Sanctorum ſepeliatur, ſed tantum extra muros earum, cum Civitates Privilegio adhucdum gaudeant, ne quisquam intra muros terræ mandetur.

c. 18.

§. VI.

S. Æmilianus. S. Donatus.

Sub idem tempus in Hiſpania degebat celeberrimus Anachoreta Æmilianus cognomento Cucullatus, quod ipſi haud dubie a forma veſtimenti inhæſerit. Is humili loco natus cum aliquamdiu oves eduxiſſet ad paſcua, cujusdam Eremicolæ,

Act. SS. Ben. tom. 1. p. 205.

(*) Ita quidem hoc Concilium. At S. Ambroſium pro Valentiniano Imp. Catechumeno non ſolum oraſſe, ſed etiam ſacrificaſſe legimus.

Sæculum VI. A. C. 563.

colæ, cui nomen Felix, Disciplinæ se subdidit. Tum rediit Vergegium exiguam Aragoniæ urbem, illo tempore Diœcesis Tarasonensis seu Turisonensis, quæ hodie Calagurensis dicitur. Inde remotiora vicini montis, qui Distercium appellabatur, petens ibidem annis quadraginta vitam Monasticam duxit. Didymus Episcopus Tarasonensis ex Eremo evocatum Presbyterum ordinavit, eique Ecclesiæ Vergegiensis curam commisit. Verum cum amplissimæ, quas elargiebatur, eleemosynæ quibusdam Clericis ansam præbuissent eum accusandi, quod Bona Ecclesiæ dilapidaret, Episcopus, quem invidia urebat, calumniatoribus aures indulsit, & Virum Sanctum in Eremum suam remisit. In ea S. Æmilianus plurimos adhuc annos transegit, multa edens miracula, & suis sermonibus Pietatis sensum omnibus, qui eum invisebant, inspirans. Annum attigit centesimum, atque 574. e vita cessisse creditur. Sæculo sequente S. Braulio Episcopus Cæsar-Augustanus, sicut ab illis, qui testes vivum viderant, audiverat, ipsius vitam scripsit. Ecclesia S. Æmiliani Memoriam 12. Nov. colit. Reliquiæ ejus in Monasterio ab ipsius Nomine *S. Milan de la Cogolla* dicto, & tribus Milliariis ab urbe Nagarensi posito, asservantur.

Martyr. Rom. 12. *Nov.*

In

In alia Parte Hiſpaniæ, qua mare Mediterraneum ſpectat, agebat S. Donatus, qui Sæculo ſequente primus Regulæ Monaſticæ Inſtitutum in Hiſpaniam invexiſſe dicebatur. Olim Diſcipulus cujusdam Anachoretæ in Africa, ipſe deinde magnam Monachorum Congregationem rexit. Sed cum videret, illam Regionem Barbarorum irruptionibus eſſe obnoxiam, ſive Vandali Ariani hi fuerint, ſive Mauri Gentiles, timens, ne Monachorum ſuorum grex diſpergeretur, cum ſeptuaginta ferme Monachis naves conſcendit & trajecit in Hiſpaniam, magnam librorum vim ſecum deferens. Cujusdam Fœminæ, cui Nomen Mincea vel Minchea, illuſtris & virtute inſignis facultatibus adjutus fundavit Monaſterium Servitienſe haud procul Xativa in Regno Valentiæ. Donatus regnante Imperatore Juſtino Juniore miraculis clarus Succeſſorem habuit Eutropium, qui jam anno ſecundo Mauritii omnium ore celebrabatur, poſt hæc Epiſcopus Valentiæ ordinatus. Duæ extabant ipſius Epiſtolæ, una ad Licinianum Epiſcopum Carthaginenſem, † in qua eundem interrogabat, cur infantibus baptizatis Unctio Chriſmatis conferretur. Altera ad Petrum Epiſcopum Iturbicenſem circa Diſciplinam Monaſticam. Hæc ultima ad noſtra usque tempora pervenit.

Sæculum VI. A. C. 563.

Ild. de vir. Illuſt. c. 3.

Joan. Biclar. chr. an. 5. Juſt. & 2. Maur. Iſid. Illuſtr. c. 32. Cod. Reg. to. 3. p. 132.

†Carthagena.

In

Sæculum VI. A. C. 563.

In illa se arguentibus, quod nimiam severitatem adhiberet, respondet, se illas solummodo consuetudines, quas in suo Monasterio stabilitas invenisset, conservare, & exiguum Monachorum fervent ium numerum meliorem esse, quam magnum tepidorum.

§. VII.

Epistolæ S. Niceti Trevirensis.

Greg. vit. PP. c. 17. n. 3.

Sigebertus Rex in Gallia, quamprimum Regni habenas capessivisset, revocavit S. Nicetum Episcopum Trevirensem, a Parente suo Clotario, quod ipsum sæpius ob injuste commissa excommunicasset, in exilium missum. At Sigebertus Regni possessionem adire noluit nisi favente sibi tam Magno Antistite; ita enim Regis verba in Epistola ad Episcopum data sonant. Haud multo post tempore S. Nicetus Epistolam dedit ad Clodosindam Regum Francorum Sororem & Alboini Regis Longobardorum Conjugem, cum ipsa ad Reges Fratres Legatos misisset. Hortatur Reginam, ut ad convertendum Regem Maritum Hæresi Arianæ addictum operam daret. In ea Epistola multa loca ex Scriptura, & alia argumenta ex ratione petita, contra hanc Hæresin adducit, & obtestatur Reginam, ut sæpius hanc Epistolam perlegat, & sensum Regi explicet. Ad ultimum argu-

to. 5. Conc. p. 833.

mento

mento utitur ingenio Barbarorum magis accommodato, illudque inde expromit, quod in Ecclesiis Catholicorum manifesta Miracula, non autem in Ecclesiis Arianorum ederentur. Exempla affert Ecclesiæ S. Martini, S. Germani Antissiodorensis, S. Hilarii, S. Lupi Trecensis, & addit: *Quid vero dicam de SS. Remigio & Medardo, quos, ut credo, ipsa vidisti? Aviam tuam Clotildem Beatæ Memoriæ narrantem audivisti, quomodo in Franciam venerit, & ad Religionem converterit Regem Clodoveum. Cum vir esset prudentissimus, noluit Mulieri cedere, donec de veritate constaret. Postquam autem Argumenta, quæ modo attuli, percepit, ante fores S. Martini prostratus abjecta omni mora Baptismum suscepit. Quam feliciter baptizatus in Reges Alaricum & Gundebaldum Hæreticos arma moverit, neutiquam ignoras.*

Sæculum VI. A. C. 563.

Tempore non multo post hæc elapso S. Nicetus ad Imperatorem Justinianum opera usus Presbyteri nomine Lactantii, qui in Galliam ad Loca Sacra visitanda venerat, Epistolam dedit. In ea Epistola S. Episcopus Imperatori acriter instat, & tota illa Auctoritate, quam ipsi clarissima virtus, & annorum ferme quadraginta Episcopatus apud omnes conciliaverat, permovere conatur, ut renunciaret errori, in quem sub finem Regni sui

to. 5. Conc. p. 832.

Sæculum VI. A.C. 563.

inciderat, & propter quem Sanctos Episcopos persecutus fuerat. Sine ambagibus id quoque Justiniano significat, totam Italiam, Africam, Hispaniam & Galliam ipsius Nomini anathema dicere.

Post hæc S. Nicetus haud diu superstes fuit atque in Sede Trevirensi Successorem habuit S. Magnericum Discipulum suum. Is Monasterium in honorem S. Martini Turonensis in eodem loco, ubi Sanctus iste Ecclesiam eduxerat, fundavit, quod hodieque existit. S. Magnericus inter suos Clericos educavit S. Gangericum, postea Episcopum Cameracensem.

§. VIII.

Justiniani Error.

Sup. XXXII. §. 31.

Justiniani Error, quem S. Nicetus datis litteris reprehendebat, fuit Hæresis Incorruptibilium, qui ex Eutychianorum Secta nati erant. Hanc pestem Justiniano quidam Origenistæ, & præprimis Theodorus Cappadox suggessisse creduntur. Huc tandem deduxit Imperatorem animi inquies, & insatiabilis Doctrinam fidei perscrutandi aviditas. Igitur edito Decreto dicebat; JEsu Christi Corpus esse incorruptibile, id est, ex eo tempore, quo in Sinu S. Matris suæ formatus fuisset, nulli mutationi aut vicissitudini nequidem ulli naturali & innocuæ fragilitati

Evagr. IV. c. 39. vit. S. Eutych. ap. Bol. 6. Apr. t. 4. p. 557.

gilitati, qualis est fames, aut sitis, fuisse obnoxium, ita ut ante Mortem suam sicut post Resurrectionem absque necessitate comederit. Præcepit Justinianus, ut omnes Episcopi hanc Doctrinam suo calculo comprobarent, & præsertim omnem conatum adhibuit, ut in suam Sententiam pertraheret Episcopos sex ex Africa, quos anno 564. Regni sui trigesimo octavo Constantinopolim accersiverat. Cum omnes trium Capitulorum acerrimi Defensores essent, & inter cœteros Victor Tunonensis, etiam in faciem obluctati sunt tam Imperatori quam Eutychio Patriarchæ; eum enim Hæreticis accensebant, quod Concilio, in quo tria Capitula damnata, præfuisset. Itaque in diversa abstracti, Monasteriis includuntur.

Sæculum VI. A. C. 564.

Vict. Tun. Chr. in fin.

Ceterum S. Eutychius Patriarcha erranti Imperatori fortiter restitit. Offerenti Decretum suum, cui subscriberet, oblocutus dixit, hanc Apostolorum Doctrinam non esse. Quippe, ajebat, ex hac opinione necessario consequitur, fictam fuisse simulatamque Incarnationem. Quo pacto enim corpus incorruptibile potuit circumcidi, aut lacte Matris nutriri? quomodo potuit in Cruce clavis & lancea perforari? non alia ratione Corpus Christi incorruptibile dicitur, quam

Sæculum VI. A.C. 565. quod nulla peccati macula inquinatum, & in sepulchro non fuerit corruptum.

§. IX.

S. Eutychii Exilium.

Cum S. Eutychius nulli labori pepercisset, quo Imperatori errorem eximeret, qui illum docebant Principi suggesserunt, ut etiam Eutychium Sede sua deturbaret. Igitur die S. Timotheo sacra 22. Jan. anno 565. Patriarcha in Palatio Hormisdæ Sanctum Sacrificium celebrante Tribunus cum militibus Domum Patriarchalem occupat. Capiuntur Familiares, & in diversa rapiuntur, ut contra Dominum suum testes esse compellerentur, & aliqua saltem Justitiæ species servaretur. Sacrificio (*) peracto mansit in Sanctuario a suis admonitus, si exiret, ipsum de vita periclitaturum. Stans ergo ante Altare, vestitus ut semper solebat, pro Ecclesia oravit usque ad horam noctis tertiam. Postea aliquid cibi sum-

(*) In diesen Zeilen hat unser Protestant zweymal anstatt Sacrificium oder das heil. Opfer gesetzet: Das Hochamt. Allein dieses Wort erwecket bey einem protestantischen Leser den Begriff nicht, welchen ihm das Wort das heil. Opfer beybringen würde, und welches in den Kirchengeschichten tausendmal vorkömmt. Das ist nicht redlich übersetzet.

sumpsit, & brevi tempore quievit. Tunc vero Dux militaris, cui nomen Etherius, cum armatorum cohorte ingressus Episcopum abduxit in Monasterium, quod *Choracudis* dicebatur, rebus omnibus spoliatum excepto Pallio, quod non deposuit, & Etherius ipsi eripere noluit, quamvis aliqui ex Clericis, ut auferret, vehementer instarent. Quia vero in pauperrimo Monasterio omnia vitæ commoda Patriarchæ deerant, altera die ad Monasterium *Hosias* dictum deductus est. Sæculum VI. A. C. 565.

Interim in ejus locum Patriarcha Constantinopolitanus ordinatus est Joannes Scholasticus Syrus Apocrisiarius Antiochenus. Is elapsis octo diebus congregatis aliquot Episcopis S. Eutychium in Judicium vocavit, ut ad Libellos contra ipsum traditos responderet; in iis autem accusabatur, quod unguentis uteretur, nutriretur delicate, diu (forte diebus Dominicis) flexis genibus oraret. Adjungebantur alia id genus crimina. Ut Judicii formam servarent, ter miserunt, qui eum vocarent. S. Eutychius semper respondit: *Si me secundum Canones judicare velint, si Clerici mei & Dignitas mihi restituantur, ibo, & Accusatores etiam meos in Causa mea testes admittam.* Ergo eum contumacem condemnarunt; ipse vero sententiam antevertit declarans, Judices suos Censuris Ca- *Theoph. an.* 38. *p.* 203. *Evagr. IV. c.* 38.

Sæculum VI. A. C. 565.

nonicis se implicuisse. Tum in Insulam Principiam in Propontide positam devectus est; inde Amaseam Ponti Metropolim in Monasterium, cui olim præfuerat, translatus. Ibi annos duodecim versatus multa Miracula edidit.

vit. S. Eutych. c. 5. n. 41

§. X.

S. Anastasius Antiochenus.

Evag. 4. c. 33 Patriarchæ omnes multique Episcopi Edicto Imperatoris subscribere recusantes tam in Conciliis, quam datis privatim litteris refragabantur. Episcopi vero Orientis jubenti Imperatori, ut subscriberent, repugnarunt dicentes, se omnes Exemplum Anastasii Episcopi Antiocheni sequi. Anastasius ante paucos dies Domnino successerat, Vir virtutibus Christianis & Doctrina maximus. In iis, quæ ad Religionis summam pertinent, *c. 40.* constantissimus, minora tamen non negligebat, comis sed non abjecto animo apud illos, qui ab ipsius genio abhorrebant, severus & simul affabilis. Benigne auscultabat, prompte respondebat, & quæstiones sibi propositas solvebat, si gravis momenti materia esset, ubi sermones inutiles incidebant, auribus & lingua carere videbatur. Imperator Justinianus nullum non movit lapidem, quo virum in suas partes traheret, quod crederet, omnes cœteros facile ejus vestigia

gia ſecuturos. At ſemper Anaſtaſius vi- Sæculum VI.
rili conſtantia ſe oppoſuit, & miſſo ad Im- A C. 566.
peratorem Reſponſo doctiſſime demonſtrabat ex Doctrina Apoſtolorum & Patrum, Corpus Domini noſtri ſecundum motus naturales & innocentes eſſe corruptibile. Idem reſpondit Monachis primæ & ſecundæ Syriæ, ipſius mentem exquirentibus, confirmavit eosdem in fide, & quid ad eam defendendam afferrent, edocuit. Cum ſciret ſe a Juſtiniano proſcribendum, orationem compoſuit, qua Populo ſuo valedicturus erat; eam autem in lucem non edidit, nam fata Imperatorem ex hac vita præripuerunt. c. 41.

§. XI.

Juſtiniani obitus. Juſtinus II. Imperator.

Juſtinianus Imperator anno Regni ſui quadrageſimo Indictione decima quinta poſt Conſulatum Baſilii 25. id eſt anno 566. 14. Nov. annos natus octoginta quatuor e vita ceſſit. Quamvis hujus Principis avaritia animique levitas & inconſtantia multum Reipublicæ & Eccleſiæ nocuiſſent, nihilominus ob rerum maximarum proſperum eventum Illuſtre Nomen apud poſteros nactus eſt. Græci in ſuo Menologio Juſtiniani memoriam ſecunda die Auguſti agunt. *Vict. Tun. Chr. Marii Aum. Chr. Paſch. p. 375*

Sæculum VI. A. C. 566.

Justiniani cura Ecclesiæ ingenti numero per totum Imperium ædificatæ, quas singulatim descriptas Procopii diligentiæ debemus. In sola urbe Constantinopoli triginta & unam recenset, partim a fundamentis extructas, partim reparatas. Harum omnium celeberrima est S. Sophiæ, quæ in hanc usque diem stat. Idem Scriptor in Asia minore Syria & Palæstina Ecclesias viginti & unam in Africa undecim numerat, nempe universim sexaginta tres. Præterea Hospitia decem & viginti tria Monasteria pleraque in Palæstina refert; Ecclesias, de quibus tantum strictim mentionem facit, aut quas ignoravit, silentio præterimus.

Vict. Tun. Corip.

Justiniano in Imperio successit Justinus nepos ipsius scilicet Sororis ejus Vigilantiæ filius Curopalates seu Supremus Palatii Magister. Dicitur Justinus junior ut a primo discernatur. Conjux quoque ejus Sophia Imperatrix Theodoræ Neptis fuit.

Evagr. V. c. 3.

Justinus Imperator a Joanne Patriarcha corona accepta Regnum auspicatus, æs alienum a Justiniano contractum solvit, & Episcopos ab ipso exulare jussos revocavit S. Eutychio

c. 4.

Constantinopolitano excepto. Decretum edidit circa Fidem ad omnes Christianos directum, in quo hortatur, ut ad Ecclesiæ unitatem redeant, Fidem suam expo-

ponit, & Mysteria Trinitatis & Incarnationis contra Hæreses tunc grassantes fuse explicat. Illud Decretum, cum Doctrinam Orthodoxam contineret, omnibus Catholicis probatum, at qui ab Ecclesia secesserant, non redierunt, obtendentes, in Decreto claris verbis præcipi, ut omnia in statu, in quo essent, permanerent. Itaque istud Decretum nullam Ecclesiæ attulit utilitatem. Justinus quoque non nulla Pietatis edidit argumenta, dum Ecclesias a Justiniano extructas, atque inter alias magnam Ecclesiam Constantinopolitanam; & Ecclesiam Apostolorum decoravit, iisque Vasa Sacra & Reditus contulit. Misso in Ægyptum Photino Abbate Belisarii privigno plenam potestatem fecit Ecclesias pacandi; quippe Theodosiani & Gajanitæ Alexandriæ separatas domos, in quibus conventicula agerent, ædificare cœperant, & prævalens Factio Gajanitarum Elpidium Archidiaconum Episcopum sibi elegerat. Is ab Imperatore comprehendi & in Exilium deferri jussus in itinere vitam posuit. Theodosiani clam & noctu Episcopum, cui Nomen Dorotheus, sibi ordinarunt.

Sæculum VI. A. C. 566.

Justinus II.

At vero Justini mores ab externa illa Pietate plurimum abhorrebant. Voluptates, quæ sanæ rationi maxime repugnant, perdite sectabatur, avaritia erat

Evagr. V. c. 1.

Sæculum VI. A. C. 566.

insatiabili, & res omnes, etiam Episcopatus, publice vendebat, de cetero in rebus gerendis jam vecors, jam temerarius. Justino erat propinquus, cui etiam nomen Justinus, vir bello clarissimus & de Republica optime meritus, quocum, antequam Imperium fuisset assecutus, pactum inierat, illum, cui fortuna Purpuram contulisset, alteri secundum & proximum solio gradum concessurum. c. 2. Hunc postquam initio Regni amicitiæ specie fefellit, postea ereptis corporis Custodibus, Alexandriam missum in lecto suo interfici jussit. Caput amputatum ipso mandante allatum Justinus & Sophia Imperatrix gratum oculis eorum spectaculum satis contemplati deinde pedibus ambo percusserunt. Igitur mirandi locus non est, Justinum anno Regni sui primo Legem reduxisse a Justiniano abrogatam, qua Marito & Uxori Divortii libertas concedebatur, atque Incolis Mesopotamiæ, Osroenes, & Provinciæ ad Euphratem sitæ, mulctas pecuniarias ob contracta Matrimonia illicita debitas condonasse.

Inter Nov. Just. 140. *Nov. Just.* 3.

§. XII.

Concilium Turonense secundum.

In Gallia eodem anno fratrum Regum sexto duo Concilia celebrata, unum Turone in Regno Chereberti, † & ipso con-

† Chariberti.

sen-

Sæculum VI. A. C. 566.

sentiente, alterum Lugduni in Regno Guntrami. In isto præsentes fuere Episcopi octo, & sex aliorum Delegati, nempe quatuordecim suffragia. S. Nicetius Archiepiscopus Lugdunensis præfuit, & sex Canones conditi, in quibus nihil adeo memorabile, nisi quod illi, qui conantur Personas liberas in servitutem redigere, excommunicentur. Euphronius Archiepiscopus præfuit in Concilio Turonensi 17. Nov. anno 566. celebrato. Cœteri fuere S. Pretextatus Rothomagensis, S. Germanus Parisiensis, Felix Nannetensis, Chaletricus Carnutensis, Domitianus Andegavensis, Victorius Redonensis, S. Domniolus Cenomanensis, Ludebaldus Sagiensis, scilicet Episcopi novem. S. Domniolus regnante Rege Clotario Monasterii S. Laurentii prope Parisios, quod hodie in Ecclesiam Parochialem conversum, Abbas fuerat, cumque Rex fidissimum semper expertus fuisset, Episcopatum Avenionensem ipsi collaturus erat; at Domniolus Regem rogavit, ne se in locum remotum cum Senatoribus Sophistis & Judicibus Philosophis (verba sunt Gregorii Turonensis hæc referentis) quasi in Exilium mitteret. Ergo Rex eidem defuncto S. Innocentio Episcopatum Cenomanensem dedit. S. Domniolum virtutes & Miracula celebrem reddiderunt, nam claudum

to. 5. p. 847. c. 3. to 5. p. 851.

Greg. VI. hist. c. 9. Boll. 16. Maji. to. 14. p. 603. Analect. to. 3. p. 95.

Sæculum VI. A. C. 566.

claudum, cui nomen Ranerius, & cœcum, cui nomen Syagrius, ſanitati reſtituit. Obiit anno 581. poſtquam Epiſcopatum obtinuiſſet annis 22. & ſepultus eſt in Abbatia S. Vincentii, quam fundaverat. *Mart. Rom.* 16. *Maji.* Ejus Memoriam Eccleſia decima ſexta Maji colit.

In Concilio Turonenſi viginti ſeptem Canones conditi. Primo Decretum renovatur, quo Concilia bis per annum, aut ſaltem ſemel celebrari jubentur, ita ut nullus ſub prætextu Mandati Regii *c.* 2. excuſetur. Si quæ Lis inter Epiſcopos exorta fuerit, Arbitros ſibi eligant Pres- *c.* 7. byteros, donec res componatur. Epiſcopus Abbatem aut Archipresbyterum non deponat niſi omnium Presbyterorum & Abbatum conſilium exquiſierit. *c.* 9. Prohibetur ordinari Epiſcopus in Provincia Armoricorum ſive Romanus ſit ſive de Britonum Gente ſine Metropolitæ & Epiſcoporum Provincialium conſenſu.

Epiſcopum uxorem habentem Cleri- *c.* 12. ci ubique etiam in cubiculo ſuo comitentur, atque ipſe ab uxore ita ſeparatus ſit, ut mulieris ancillis cum famulis Cleri- *c.* 13. corum nulla ſit colloquendi occaſio. At in Familia Epiſcopi uxorem non habentis nulla ſit fœmina. Prohibetur Cleri- Canones Concilii Turonenſis. cis aut Monachis ne bini in uno lecto dormiant. Si Archipresbyter ruri agat, Cle- *c.* 14. ricorum aliquis in ejus cubiculo dormiat,

&

& eorum ſeptem ſint, qui ſingulis hebdomadis has vices ſubeant. Presbyter Diaconus aut Subdiaconus, ſi apud uxorem ſuam deprehenſus fuerit, interdicatur uno anno, & Archipresbyter, qui ſubditis ſuis invigilare neglexerit, uno menſe carceri dabitur, & in pane & aqua jejunabit. Sæculum VI. A. C. 566.

Mulieres in Monaſteria virorum pedem non inferant. Monachi Cœnobium non relinquant, & ſi quis nuptias inierit, excommunicabitur, & ab illa muliere ſeparabitur. Si opus fuerit adhibeatur auxilium Judicis, qui ſi recuſaverit, aut alii quicunque ejusmodi Monachum tutati fuerint, excommunicentur. Pari modo Matrimonia Monialium prohibentur, ſive velamen de manu Epiſcopi acceperint, ſive ſolummodo habitum mutaverint. Quia vero non nullæ obtendebant, quod ideo ſolum Monaſticam veſtem induiſſent, ne ad infames nuptias, quibus indignæ eſſent, adigerentur, huic excuſationi Regum Childeberti & Clotarii contrariæ Leges opponuntur a Chereberto confirmatæ, quibus vetabatur puellas invitis parentibus ad Nuptias cogere. Subdit Concilium: *Si igitur aliqua ſit, quæ vim ſibi timendam putet, ad Eccleſiam confugiat, donec a Parentibus Mandato Principis aut auxilio Epiſcopi in libertatem aſſeratur.* Id quoque legitur, *c.* 16. 15. *c.* 20.

Sæculum VI. A. C. 566.

legitur, viduas, si se Deo consecrassent, non fuisse benedictas. In isto Canone sæpius S. Innocentii Papæ, (*) Conciliorum Arelatensis, Mediolanensis, Epaunensis & Legis Romanæ id est Codicis Theodosiani Auctoritas adducitur.

c. 11.

Idem Codex allegatur in Canone sequente contra nuptias incestas edito. Præprimis fuse & singillatim Auctoritas Legum Divinarum hæc scelera prohibentium affertur, ut palam Populis prælegatur, & nemo ignorantiam obtendat.

Levit. 18. *Deuter.* 27.

Hoc Canone Concilii Turonensis Rex Cherebertus speciatim argui videtur. Ingoberga Regina uxor ejus in muliebri familia alebat duas puellas, quarum Pater erat Lanarius; prima, cui nomen Mar-

Greg. IV. hist. c. 26.

(*) P. Balduinus ad hunc locum Fleurii malam fidem demonstrare se putat, quia verba illa ex Concilio Turonensi non excerpsit: *Quis Sacerdotum contra Decreta talia, quæ a Sede Apostolica processerunt, agere præsumat? &c.* Saltem Fleurius hic de S. Innocentii Papæ Auctoritate mentionem intulit. Deinde volebat peculiaria ex Concilio Turonensi excerpere, non ea, quæ in aliis passim occurrunt. Utiliorem Rei Catholicæ laborem suscepisset P. Balduinus, si innumeros textus a Fleurio ex Conciliis & SS. Patribus excerptos, & Auctoritati SS. Pontificum faventes adnotasset; non exiguum certe conscripsisset volumen.

Marcuefa, veſtem Monaſticam gerebat. Alteri nomen erat Merofleda. Utriusque amore captus eſt Rex. Ut amantis animum a vili fœminarum conditione averteret Ingoberga Regina, advocato ſecreto puellarum patre, Regem invitavit, ut ad ſe veniret, nempe ut hunc virum ſervili labore inſudantem cerneret. Exacerbatus Rex relicta Ingoberga, quamvis ex ea filiam ſuſcepiſſet, Merofledam accepit. Aliam quoque amabat Concubinam Theodegildam nomine pecoris cuſtodis filiam, ex qua natus eſt ei filius, ſtatim poſtquam lucem aſpexiſſet fato præreptus. Tandem duxit Marcuefam, non obſtante, quod Merofledæ ſoror eſſet, & Monialis. Inde ambo a S. Germano excommunicati. Ipſa haud diu poſtea e vivis ceſſit, nec Cherebertus Rex diu ſuperſtes fuit, ſed anno 567. migravit ex hoc mundo. Fœminas tantum genuit, Bertham ſeu Editbergam ex Regina Ingoberga natam, poſtmodum Ethelberto Cantiorum in Anglia Regi nuptui datam. Duæ aliæ Chereberti filiæ Bertofleda & Chrodielda vitam Monaſticam illa Turone, altera Pictaviæ amplexæ ſunt.

Sæculum VI. A.C.566.

ibid.

Coint. an. 567. *n.* 35.

§. XIII.

Concilium Turonenſe continuatur.

Patres Concilii Turonenſis nonnulla circa

Sæculum VI. A.C. 566.

circa Cæremonias Religionis decreverunt. Corpus Domini Noſtri ſupra Altare non in ordine aliarum Imaginum, ſed ſub Cruce collocetur. Ergo Cruces & Imagines ſuper Altare ponebantur, ergo Evchariſtia (*) ad uſus emergentes

c. 3. aſſervabatur. Laicis prohibetur, ne penes Altare conſiſtant, ſed anterior Eccleſiæ Pars a cancellis usque ad Altare ſolis Clericorum ad canendum ingredientium Choris pateat.

c. 4. Sanctuarium tamen pro more Laicis & fœminis ad orandum & communicandum ſit apertum. Id ego de oratione privata extra Officii tempus intelligo.

can. 18. Pſalmodiæ ordo præſcribitur in hunc modum: In æſtate ad Matutinos ſex Antiphonæ, ſingulæ cum duobus Pſalmis, dicantur. Matutinorum nomine hic Officium Nocturnum accipiendum eſt, nam in præcipuis ſolum Feſtis noctu vi-

v. Mabill de curſu Gall. §. 5. n. 52. gilabant. Diebus Dominicis & Feriis primo

(*) Quid ad hæc, ſi objiciantur, reſpondeant Proteſtantes, niſi forte jam tunc in Eccleſiam Abuſus abominandos irrepſiſſe? Sed advertendum, ejusmodi Uſus nomine Abuſus venire non poſſe, cum eos Eccleſia Univerſalis non rejecerit, ſed approbaverit. Abuſus eſſe nequit, quod tota Eccleſia, cui JEſus Chriſtus promiſit ſuam Aſſiſtentiam, ratum habet. Haud dubie nullo non tempore aliqui abuſus irrepſere; at hos ſemper Eccleſia Catholica damnavit & repreſſit.

primo mane surgebant, ut hodieque in plerisque Capitulis more tenetur. In Officio vero Matutino, quod Laudes dicimus, ut ex S. Galli exemplo apparet, etiam in Dominicis Psalmus quinquagesimus, Canticum Benedicite, tres ultimi Psalmi, quibus titulus est *Alleluja*, & deinde Capitulum dicebantur. Sæculum VI. A.C. 566. *Greg. vit. Patr. c. 6.*

Præterea in eodem Concilio hæc statuuntur. Toto Mense Augusto mane surgatur, quia Festa & Missæ Sanctorum celebrantur. (*) Hæc ita explicant; Mense Augusto, in quo Officia Sancto-

(*) Firmissimum testimonium de Missis celebratis ad Honorem Sanctorum! Frustra est igitur Interpres Noster Protestans, dum in hoc Sæculo exclamat: Es wollen einige das Wort *Missa* oder *Communion*, von welcher in der Regel des *Benedictus* Meldung geschichet, durchaus von einer solchen Meß verstanden wissen, die heut zu Tage im Pabstthum üblich ist. Es würde eine erträglichere Antwort seyn, wenn er auch hier sagte, die Meß sey das eingerissene Verderben gewesen, als daß er solche Dinge läugnet, welche in den Kirchengeschichten tausendmal erwiesen werden. Allein, es kann auch niemand läugnen, daß man zu allen Zeiten eine solche heil. Meß, was die Wesenheit anbetrift, als heut in der Römischen Kirche üblich ist, gehalten habe, wer nicht zugleich läugnen will, daß jemal eine wahre Kirche Christi auf der Erde gewesen sey.

Sæculum VI. A. C. 566.

Sanctorum erant frequentissima, Missas eorum statim mane fuisse celebratas, ut populus deinde ad metendum frumentum exire posset. Mense Septembri dicantur septem Antiphonæ singulæ cum duobus Psalmis. Mense Octobri octo Antiphonæ cum tribus Psalmis, id est, viginti quatuor Psalmis. Mense Novembri dicantur Psalmi viginti septem, in Decembri triginta cum decem Antiphonis, similiter in Januario & Februario usque ad Pascha. Ex hoc colligi posse videtur, istud Festum novi anni fuisse exordium. Itaque ad Matutinos pauciores quam duodecim Psalmi nunquam dicebantur, ad Vesperas semper duodecim, & sex ad sextam. Hæc ita accipienda censet Aimoinus, qui dicit, hunc Psalmodiæ ordinem a Monasterio Agaunensi profectum, deinde ad S. Martinum Catalauni & ad S. Dionysium in Francia fuisse invectum. Inde conjicimus hunc ordinem in Galliis præ aliis fuisse receptum.

Aim. hist. lib. III. c. 81.

c. 23. Licentia datur, præter S. Ambrosii Hymnos, quibus consuetudo Auctoritatem conciliaverat, etiam cantandi alios, si congrui sint, & veri Auctoris nomen gerant. Hic Canon Fortunato Presbytero illa ætate magni Nominis Poetæ favere videtur. Tempora, quibus Monachi jejunent, per totum annum definiuntur,

c. 17. Concilium Turonense.

tur, unde videre est, quod in Rogatio- Sæculum VI.
nibus, quamvis esset tempus Paschale, A. C. 566.
& Mense Decembri, id est in Adventu usque ad Nativitatem Domini, jejunaverint. In Festis, & ex consequenti in Mense Augusto, in quo jam tunc temporis singulis diebus alicujus Sancti Festum celebrabatur, non jejunabant. At tribus diebus initio Mensis Januarii ob Superstitiones Paganorum jejunabant; imo in ipso Festo Circumcisionis Missa non ante horam octavam id est secundam post meridiem celebrabatur.

Conqueruntur Patres, quod Superstitiones adhucdum regnarent. Erant, qui primam diem Januarii Jano sacram celebrabant. Alii in Festo Cathedræ S. Petri carnes mortuis offerebant, & post Missam in domum suam reversi has carnes Dæmonibus consecratas manducabant. Alii lapidibus, fontibus, arboribus honorem habebant, & his omnibus Superstitionibus non obstantibus Christianos se esse dicebant. Pastoribus & Presbyteris præcipitur, ut tales Ecclesia ejiciant, & neutiquam permittant, ut S. Altaris participes fiant. S. Petri Festum, cujus hic Canon meminit, institutum fuit octavo Cal. Martii id est 22. Febr. & substitutum illi Festo, quod Pagani ad honorandos defunctorum manes celebrare solebant; illæ Cæremoniæ dicebantur. *v. Coint. an. 566. n. 40. 41.*

Sæculum VI. A. C. 556

cebantur *Feralia*, atque a vigesima hujus Mensis usque ad finem continuabantur. His diebus carnes super sepulchra ponebant, rati circumerrantes animas noctu advenire & eas comedere. Illa die Christiani primo Martyrium SS. Petri & Pauli celebrarunt, postea autem hoc Festo in vigesimam nonam Junii translato, vigesima secunda Februarii Festum Cathedræ S. Petri sine discrimine, Romanæ vel Antiochenæ, celebrari cœptum. Posteriore tempore Cathedra Romana 18. Jan. & Antiochena illo, quo antiquitus solebat die, colitur. Igitur Superstitio, quam adhucdum vigere dolebat Concilium, in eo versabatur, quod aliqui Christiani Gentilium Ritus unacum Festo, quod ad illos abolendos institutum erat, servarent. Legimus etiam, eadem die 22. Febr. Gentiles illud Festum, quod dicebatur *Terminalia*, in honorem Dei *Termini* celebrasse. Unde credendum, lapides illos, quorum cultus in hoc Canone memoratur, agrorum Terminos fuisse.

Unaquæque Civitas pauperes suos magna cura nutriat, ita ut quilibet Presbyter ruri, & quilibet civis habeat
c. 5. suum pauperem, quem alat, ne vaga-
c. 24. 25. bundi in aliis Civitatibus errent. Usurpatores Bonorum Ecclesiæ a latronibus & homicidis nullo discrimine habentur.

Cano-

Canones præcedentium Conciliorum contra eos confirmantur, tumque Patres adjungunt: *Si Bona usurpata ter admoniti non restituant, nos omnes magna concordia congregabimur cum Abbatibus, Presbyteris & Clericis nostris, cumque alia arma nobis non suppetant in templi concha Psalmum centesimum octavum contra Latronem pauperum pronunciabimus, ut maledictionem Judæ Proditoris in eum provocemus, & non solum excommunicatus sed etiam anathematizatus moriatur.* (*) Superius explicavimus distin-

Sæculum VI. A. C. 566.

Sup. l. XIX. n. 9.

(*) Hier kömmt eine sehr rührende Anmerkung des Herrn Uebersetzers, er saget: Es ist dieses eines der ältesten Exempel von dem Misbrauch des 108. Psalms, der nun seit undenklichen Zeiten auch bey dem gemeinen Haufen in den Begriff gerathen, daß man vermittelst desselben seine Feinde todt bethen könnte. Es wäre schon schlimm genug, wenn damals nur dieser Aberglauben sich unter dem gemeinen Volke geäuseret: daß aber ein *Concilium* den Misbrauch desselben öffentlich *authorisiret* und seinen öffentlichen Gottesdienst dadurch schändet, das ist ein Zeichen von einem recht grossen Verfall der wahren Religion, dabey man heilige Hände ohne Zorn zu GOtt aufheben soll. ꝛc.

Hier urtheilet unser Uebersetzer ganz unrichtig. Da ist kein Aberglauben; denn es haben

Sæculum VI. A. C. 566.

distinctionem, quam inter Excommunicationem simplicem & Anathema reperire erat.

§. XIV.

ben die Bischöffe des Turonischen Concilii wohl nicht die Absicht gehabt die ungerechte Besitzer der Kirchengüter, oder Mörder der Armen todt zu bethen, sondern solche cum Anathemate zu excommuniciren. Dieses sagen sie ja selbst: Et non solum excommunicatus, sed etiam anathematizatus moriatur, und zu verstehen ist, wenn die ungerechten Besitzer unbußfertig sterben solten, welches die Bischöffe jedoch keineswegs wünschen. Die Bischöffe haben auch dabey keine Rache im Zorn ausüben wollen, sondern es ist aus dieser Stelle nichts anders abzunehmen, als daß sie den Schluß gefasset, wenn sich ein ungerechter Besitzer nach dreymaliger Erinnerung nicht besseren würde, solchen sammentlich cum Anathemate zu excommuniciren, und den 108. Psalm dabey zu bethen in keinem anderen Sinne als man den Fluch, wenn man jemand cum Anathemate excommuniciret hat, in der wahren Kirche allezeit gesprochen.

Was nun die Patres dieser Kirchenversammlung nicht thun wollen, das haben sie auch nicht authorisiret, und noch vielweniger den wahren Gottesdienst geschändet. In dem Sinne aber, in welchem es der Uebersetzer nimmet, nämlich durch Ablesung des 108. Psalms einen Menschen wollen todt bethen oder einige Rache ausüben, ist ein von der Römischen Kirche verdammter Aberglauben. Allein unserm Uebersetzer, welcher in der Katholischen Kirche nicht erzogen worden, scheinen viele

Dinge

Sæculum VI. A. C. 566.

§. XIV.

Episcopi in Britannia.

Operæ pretium est, ut hujus Concilii Canon, in quo adnotatur discrimen Episcoporum Romanorum, & Britonum in Provincia Armoricæ, explicetur. Illa ætate adhucdum Romani dicebantur veteres Galliæ Incolæ; at in Armoricam id est oram maritimam Oceani tunc novi advenerant, nempe Britanni ex Insula sua pulsi ab Anglo-Saxonibus, qui Hengisto Duce anno 446. illo trajecerant. Exinde Insula, quæ Britannia dicebatur, a plurimis Anglia appellata est, Britannia autem dicta est illa Armoricorum in Gallia Regio, quo magnus Britonum numerus confugerat. Porro his Episcopi ex sua Gente erant, lingua & moribus a Gallo-Romanis distincti.

Ex eorum numero fuit S. Samson, qui, ut vidimus, tertio Concilio Parisiensi interfuit. Is natus in Regione Cerdisensi Provinciæ Cambriensis vitam Monasticam amplexus est sub Disciplina S. Heltutii, quem Discipulum S. Germani Antissiodorensis fuisse ferunt; ille enim Instituti

Sup. XXXIII. §. 56

Dinge aus Mangel reiferer Ueberlegung Greuele und Schändungen des Gottesdienstes zu seyn. Wäre er ohne Vorurtheile, würde er sie mit andern Augen ansehen.

Sæculum VI. C. 566.

ſtituti Monaſtici primus in Magna Britannia Auctor creditur. Narrant, S. Germanum poſt ſecundam profectionem in Angliam ibi reliquiſſe aliquos diſcipulos, ſub quorum Inſtitutione informati ſunt alii. Duo cœteris magis celebres ex hac Schola prodiere, nempe S. Dubritius & S. Heltutius. S. Dubritius Epiſcopus Harlegii Cambriæ ſeu Walliæ Metropoli fuit. Idem Diœceſin Landavanam in Clamorgania rexit, habuitque Succeſſores, Harlegii S. Davidem Monaſterii Menevetani Fundatorem, & Landavæ S. Teliavum, cujus Succeſſor S. Udoceus duo Concilia circa annum 560. celebravit. In iis illius Regionis Principibus publica Pœnitentia injuncta. S. Heltutius Divinis Humanisque Scientiis eruditiſſimus erat. A S. Germano Presbyter ordinatus Monaſterio cuidam in eadem Regione Clamorganienſi præfuit, S. Samſonem a ſuis Parentibus oblatum ſuſcepit, & ſollicite inſtruxit.

to. 5. Conc. p. 828. Act. SS. Ben. to. 1. p. 168.

Samſon virtutibus & litteris excultus, & Presbyter a S. Dubritio ordinatus, aliquamdiu vitam Eremiticam duxit in quadam Inſula ſub regimine alicujus S. Presbyteri. Tum Abbas rexit Monaſterium, quod a S. Germano fundatum ferebatur. Epiſcopus ordinatus trajecto mari in Galliam Armoricenſem venit, ubi Monaſterium Dolanum & plura alia

p. 176.

fun-

fundavit. Dolæ Cathedram erexit Episcopalem, cumque aliquot annis illam rexisset Ecclesiam, anno circiter 565. ad Cœlestia transiit. Multa ab ipso edita narrantur Miracula, atque Ecclesia ejus memoriam 28. Julii honorat. Cum procederet, Crucem sibi præferri jubebat, quod hodie Archiepiscopi solent. Sæculum VI. A. C 566. *Mart. Rom.* 28. *Jul. vit. lib.* 2. *c.* 10. *to.* 1. *Act.* 183.

Sub idem tempus S. Maclovius, ✝ dictus etiam Machutius, ad Superos translatus est. S. Samsonem Sanguinis propinquitate contingebat, educatus a S. Abbate Brendano viro scientiis & virtutibus claro. Episcopus Guidonis-Castri, quod postea Vintonia dictum est, in Comitatu Parentis sui invitus ordinatus, ut Episcopalem effugeret Dignitatem, mare trajiciens apud Virum Sanctum, cui nomen Aaron, divertit, in Insula ad oram Armoricorum sita. Haud procul inde in alia Insula posita erat urbs Alethensis, jam tunc Incolarum multitudine & Mercatura spectabilis; at plerique Civium infideles erant. Pauci inter illos Christiani S. Maclovium rogarunt, ut cæteris veritatem Religionis Christianæ prædicaret. Suscepit ipse piissimum laborem tam prospero eventu, ut sequentibus & confirmantibus prædicationem ejus Miraculis plurimi fidem receperint, eumque suum Episcopum esse compulerint. Hæc fuit origo Sedis Episcopalis

✝ S. Malo.

Act. SS. Ben. p. 217.

Viri Sancti.

Sæculum VI. A. C. 566.

Alethensis in Britannia, quæ posteriore tempore Nomen a S. Maclovio accepit. Superis insertus est S. Maclovius anno circiter 565. atque Ecclesia ipsius Memoriam 15. Nov. colit. S. Samsonis in Sede Dolana Successor fuit S. Maglorius ipsius Patruelis & unacum ipso sub Disciplina S. Heltutii informatus. Eum S. Samson Diaconum ordinatum secum in Galliam deduxit, & morti proximus Successorem suum pronunciavit. Ipse vero post duos tresve annos abdicato Episcopatu, illumque Budoco Discipulo suo relinquens in desertum se recepit, fundavitque Monasterium, in quo Monachis sexaginta præfuit. Editis multis Miraculis vitam posuit anno circiter 575. 24. Octobr. qua die Ecclesia ipsius Memoriam colit.

Mart. Rom. 15. Nov. Act. SS. to. 1. p. 223.

Mart. Rom. 24. Octob.

S. Briocus in eadem Regione Magnæ Britanniæ natus Episcopus ordinatus editis multis Miraculis in Galliam trajecit, & unum fundavit Monasterium, alterumque in illo loco, qui ab eo nomen sortitus est, postea in Cathedram Episcopalem erectus. Tempus, quo vivebat, accurate non scimus, floruit vero in hoc ipso Sæculo, atque ab Ecclesia prima die Maji honoratur. Civitas quoque Trecorensis initio Monasterium fuit a S. Tudualio, qui ex Magna Britannia advenerat, fundatum. Is anno circiter 532.

Boll. 1. Maji. to. 12. p. 91. Coint. an. 520. n. 8. 15. an. 574. n. 22.

S. Briocus.

Epis-

Episcopus Lexobiensis electus Successorem habuit S. Rullinum Discipulum suum anno 574. defunctum. Sedes Lexobiensis, admodum antiqua postea Trecorum translata est; hinc prioris loci nomen hominum memoria excidit. Sæculum VI. A. C. 566. *Coint. an.* 553.

Econtra in eadem Ora maritima nova Cathedra Legionensis pro S. Paulo cognomento Aureliano erecta est. Pauli patria fuit in Provincia, quæ tunc *Pennohen* dicebatur, & Cornubiæ pars fuisse creditur. Is cum S. Samsone & S. Gilda, S. Heltutium Magistrum habuit. Compulsus timore, ne Episcopus esse cogeretur, etiam ipse in Galliam devectus est, & primo quidem in Insula Ovesana, tum in alia tandem in continente & urbe Legionensi sedem fixit. Cum Vithurus Comes Pauli Sanctitatem veneraretur & miraretur miracula, effecit ut accedente Childeberti Regis voluntate anno 529. Episcopus ordinaretur; ipse tandem Senectute gravis anno 553. Ecclesiæ suæ Regimen abdicans sibi ipsi suffecit S. Jaovam, tum S. Ternomailum Discipulos suos, cumque uterque hanc Sedem ultra annum non tenuisset, S. Paulus regendæ Ecclesiæ denuo humeros subjecit anno 555. & demum elapsis annis undecim scilicet anno 566. tam grave onus alteri Discipulorum suorum, cui nomen Cetomerinus reliquit. Ipse in Insulam *Bell.* 12. *Mart. to.* 7. *p.* 208.

Sæculum VI. A.C. 566.

sulam Barsam se recipiens multis adhuc annis superstes plurimorum Monachorum Cœnobium rexit.

§. XV.

Viri Sancti in Magna Britannia.

Boll. 29. Jan. to. 2. p. 952. Act. SS. to. 1. p. 138.

Sanctus Gildas cognomento Sapiens alius S. Heltutii Discipulus anno circiter 484. Britannoduni in Scotia natus, Presbyter Verbum Dei prædicavit in Provincia Septentrionali Magnæ Britanniæ, & deinde in Hybernia, quo Fidei & Disciplinæ puritatem reduxit. Tandem in Galliam delatus, in ora Meridionali Britanniæ minoris Sede electa prope Venetiam, Monasterium Busiense, quod hodieque ab ejus nomine dicitur, ædificavit, ibique anno 565. diem clausit. De S. Gilda supersunt nobis aliquot Canones ad Disciplinam pertinentes, & Sermones duo de Magnæ Britanniæ occasu. In primo Sermone deflet calamitatem Patriæ suæ Anglo-Saxonum Victorum jugum subeuntis, quod ipsius ætate contigerat. Hujus Ruinæ causam Gentis suæ corruptissimos mores fuisse dicit. Oratione ad quinque Principes Constantinum, Aurelium, Conanum, Vortiporem, Cuneglam & Maglocunum, qui tunc Britanniæ imperabant, speciatim directa, singulis sua vitia exprobrat, & ad Pœnitentiam excitat, ea animi libertate

Specil. to. 9. præf. bibl. PP. to. 5. p. 477.

&

& dictionis vehementia, quam Lectores merito obstupescant. Sermo secundus Exhortatoria Oratio est ad Clericos Magnæ Britanniæ eodem vigore plenissima. Eos ignorantiæ, teporis, avaritiæ, imo & Simoniæ, arguit. Sæculum VI. A. C. 566.

S. Gildas dulci amicitiæ vinculo jungebatur S. Birgittæ Virgini & Abbatissæ, inter Sanctas in Hybernia Fœminas celebratissimæ. Ea fundavit plura Monasteria & præprimis Kildarienſe septem milliariis Dublinio dissitum, quod sequente tempore Sedes Episcopalis evasit. Plurima ab ea edita Miracula narrantur, atque ipsa anno 523. mortem oppetiisse creditur. Ecclesia memoriam ejus prima Febr. colit. *Boll. 1. Febr. to. 3. p. 99. p. 114. n. 94.* *Mart. Rom. 1. Febr.*

Illa quoque tempestate S. Columba seu Columbanus Senex Presbyter & Abbas in vivis degebat. Is, cum Justinus II. Imperium auspicaretur, ex Hybernia in Magnam Britanniam trajecerat, Fidem prædicaturus Pictis Septentrionalibus, quos a Pictis ad meridiem habitantibus horrida montium juga dividebant. Picti vero Meridionales diu ante Fidei lucem acceperant prædicante S. Ninia ex Britonum Gente Episcopo, postquam ipse veræ Fidei Dogmata Romæ hausisset. Obiit anno 432. Ovitherni in Scotia, ubi Sedem Episcopalem fixerat. Ecclesia Memoriam ejus 16. Sept. colit. *Beda III. hist. c. 4. & 5. c. 10.* *Mart. Rom. 16. Sept.*

S. Columba,

Sæculum VI. A.C. 566.

lumba, priusquam in Britanniam fuisset delatus, celebre Monasterium Dermacense fundaverat, & post transitum alterius Monasterii priore illustrioris in exigua Insula, quam Hyam seu Huam dicebant, Hyberniæ ad Septentrionem, & Scotiæ ad Occidentem posita, Auctor extitit. Ex his Monasteriis plura alia in Hybernia & Britannia nata sunt, quorum omnium Princeps ac Caput Monasterium Hyanum seu illius Gentis vernacula *Ycolmkil* semper fuit, istud regebat Presbyter & Abbas, cui tota Provincia atque rarissimo exemplo ipsi etiam Episcopi subserant; id nempe S. Columbæ Fundatoris sui, qui non Episcopus sed simplex Sacerdos fuerat, honori dabant. Ipsius Successores abstinentia singulari exacta Regulæ observantia & ferventi in Deum charitate claruerunt. Verum in re una a cœteris Ecclesiis discrepabant, scilicet in Celebratione Paschatis, cum enim a reliquis Mundi partibus tantum distarent, nemo ad eos Conciliorum hac super causa Decreta detulerat. (*) S. Columba, ex quo in Britanniam navigaverat, annos 34. exegit obiitque anno 598.

vit. n. 16. to. 1 Act. Ben. p. 364.

Die

(*) Forte etiam alia subfuit causa. Qua de re Lector ex iis, quæ secuturis annis occurrent, judicabit.

Die Lunæ nona Junii, qua Eccleſia ejus Memoriam honorat. Sæculum VI. A. C. 566.

§. XVI.

S. Radegundis Initia.

Martyr. 9. Jun.

Patres ſecundi Concilii Turonenſis ad S. Radegundem Epiſtolam dederunt, eſtque operæ pretium, ut, qua occaſione id factum, enarremus. Radegundis Bertharii Regis Thuringorum filia adhuc puellula in bello a Francis capta ita decernente fortuna in poteſtatem Clotarii Regis tradita eſt, qui pro conditione Regiæ ſtirpis educatam, ubi ad nubilem ætatem pervenit, Conjugem accepit. Jam ex eo tempore Radegundem eximiæ virtutes commendabant, munificentia in pauperes, oratio aſſidua, longa jejunia. Tota Quadrageſima occulto cilicio ſub pretioſiſſimis veſtibus induebatur. Solebat Rex dicere, Monialem ſe non Reginam duxiſſe, & ſæpe cum ea jurgari, quod devotula videri vellet. Accidit, ut Rege jubente Radegundis frater innocens interficeretur; ipſa arrepta occaſione dimitti rogans Clotario conſentiente Noviodunum conceſſit, a S. Medardi manibus habitum Monaſticum acceptura. S. Præſule recuſante, quod eſſet Matrimonio alligata, & repugnantibus Regni Magnatibus, ſe ipſam habitu ſancto induit, & S. Medardum urgere non deſiit,

vit. per Fortun. Act. SS. Ben. p. 319. tom. 1.

Greg. III. hiſt. c. 7.

Sæculum VI. A. C. 566.

siit, donec manus ei imponeret, & Diaconissam consecraret.

Inde in Prœdium sibi a Rege donatum in Regione Pictaviensi se recepit, & asperrimum vitæ genus amplexa solo secali, aut hordeaceo pane, oleribus & leguminibus victitabat, non bibens vinum. Lectus erat Cilicium super cinere stratum. Præterea pauperibus manibus regiis ministrabat, immensas largiebatur eleemosynas. Catenam ferream corpori circumdatam gerebat, quam ipsi S. Junianus ejusdem Regionis Abbas & Presbyter donaverat. Ipsa ut gratum pro ferreo dono animum ostenderet, Viro Sancto vestes suis manibus perfectas mittebat. Sanctus Junianus Regia Clotarii munificentia adjutus Monasterium Magisteriense fundavit, deinde in Prioratum, & tandem in Parochiam mutatum. Haud multo elapso tempore, postquam S. Radegundis secessisset, fama attulit, Regem pœnitentiam subiisse, quod in ejus discessum consensisset, atque venturum, ut eam iterum reciperet. Hæc audiens S. Regina vitæ rigorem auxit, atque consilium ab Anachoreta, cui nomen Joannes, Chionii Cellulæ incluso, expetiit. Is respondit, hanc quidem Regis esse voluntatem, at Deum non permissurum, ut faceret. Post hæc S. Radegundis Pictavium venit, ibique Monaste-

Act. p. 310. n. 7.

vit. per Baudonius Act. p. 927. n. 4.

Greg. de Gl. c. 23.

nasterium extruxit Rege Clotario juben- Sæculum VI.
te, Pientio Episcopo & Austrapio Duce A. C. 566.
Mandatum strenue exequentibus. In illo Monasterio S. Regina congregato magno fœminarum numero Abbatissam eligi curavit Virginem, nomine Agnetem, quam ab infantia aluerat. Huic S. Germanus Parisiensis Benedictionem impertitus est, Radegundis vero se huic Abbatissæ Alumnæ suæ nullo addito pacto aut conditione humillime submisit. Post breve tempus Rex Clotarius cum Sigeberto filio Turonem venit piæ peregrinationis specie, revera autem eo consilio, ut in via Pictavium divertens Radegundem uxorem rursus reciperet. Illa hac re comperta, datis ad S. Germanum, qui in Regis comitatu erat, litteris S. Virum enixe rogavit, ut tantum malum averteret. S. Germanus perlectis tabellis ad Regis pedes prostratus ante tumulum S. Martini cum lacrymis in Dei omnipotentis Nomine obtestatus est, ne in urbem Pictaviensem pedem inferret. Rex mutata mente coram S. Germano & ipse in terram se demittens rogavit, ut Radegundis fusis ad Deum precibus veniam sibi impetraret illius delicti, quod improborum consilio impulsus committere voluisset. S. Germanus Pictavium ad Reginam delatus, facile, quod Rex petebat, obtinuit.

Epist. Rad. ap. Greg. IX. c. 42. to. 5. Conc. p.

Sæculum VI. A.C. 566.

§. XVII.

Epistolæ Concilii Turonensis.

ap. Greg. IX hist. c. 39. to. 5. conc. p. 872

Igitur S. Radegundi ad Episcopos Concilii Turonensis scribendi causa erat Disciplinæ in Monasterio Pictavienſi conservatio. In eorum Responso septem tantum Episcoporum nomina leguntur: Euphronius, Prætextatus, Germanus, Felix, Domitianus, Victorius, & Domnolus. Laudato S. Radegundis zelo concedunt, quod optabat, & constituunt, ut Virginibus suarum Diœcesium, quæ Monasterium S. Radegundis ingressæ fuerint, secundum Regulam S. Cæsarii Arelatensis nunquam exire liceat, & si aliqua infelici suo fato exierit, excommunicetur, & anathematizetur. Si tanta fuerit egressæ temeritas, ut nuptias cogitet, tam ipsa quam maritus sacrilegus & omnes conscii eodem anathemate, donec separentur ad pœnitentiam subeundam, involvantur. Suos in Episcopatu Successores obstringunt, ut hanc Disciplinam servent, minanturque, se aliquando coram Divino Tribunali hac super re ab ipsis rationem exacturos.

Ex illis Episcopis quatuor Euphronius, Felix, Domitianus, & Domnolus ad greges suos dederunt Epistolas. His ansam

ap. 5. conc. p. 868.

dedisse creditur Bellum Civile post mortem Chereberti inter Sigebertum & Chil-

Chilpericum ob Regiones Turonenſem & Pictavienſem exortum. Litteræ illæ exhortatoriæ ſunt, monenturque populi, ut bonis operibus imminentia ſibi mala effugere ſatagant. Primo nuptias non celebrent, ſed differant, usque dum præſens calamitas tranſiiſſet. Multo magis commercia inceſta abrumpant. Tum Decimas omnium Bonorum ſuorum, etiam Servorum dent; illi vero, quibus ſervi non ſunt, tertiam partem ſolidi pro ſingulis liberorum ſuorum pendant. Tandem, quisque inimico ſuo reconcilietur. Sæculum VI. A.C. 566.

§. XVIII.

S. Crux Pictavienſis.

Sancta Radegundis in ſua Eccleſia habebat quidem multorum Sanctorum Reliquias, ſed cum vehementi deſiderio teneretur habendi Reliquias ipſius JEſu Chriſti, id eſt veræ Crucis, aliquam ejusdem partem a Juſtino Imperatore petere conſtituit. Nihil illa unquam ſine conſilio moliri ſolebat; itaque datis litteris ad Regem Sigebertum, in cujus Regno verſabatur, ipſius conſenſum poſtulavit. Hoc impetrato Clericos in Orientem miſit, quibus Imperator aliquam Partem de Ligno Crucis, auro & gemmis fulgentem, plures alias SS. Reliquias, & Evangelia ſimili ornatu ſplendida tradidit. *Baudonin. n. 17.*

Sæculum VI. A. C. 566.

didit. Ubi Sanctæ Reliquiæ Pictavium allatæ fuerunt, S. Radegundis Meroveum Episcopum Pientii Successorem rogavit, ut eas in suo Monasterio honorifice inter Psalmorum cantus deponeret. Episcopus nulla rogantis Reginæ habita ratione equum conscendit, in arcem, quam ruri habebat, diversurus. S. Fœmina repulsam dolens ad Regem Sigebertum misit, qui rogarent, ut has Reliquias a quocunque Episcopo transferri juberet. Ipsa interim jejunia, vigilias & preces cum tota sua Congregatione geminabat. Rex Comite Justino ad Euphronium Archiepiscopum Turonensem misso mandavit, ut Reliquias, ubi Radegundis vellet, collocaret. Euphronius Pictavium venit, & absente Episcopo Reliquias maxima pompa, quam ardentes cerei, thura, & Psalmorum cantus decorabant, in Monasterium intulit. Magna exinde populi multitudo ad hanc Ecclesiam confluxit, & multa edita Miracula.

Greg. gl. Mart. c. 5.

In illa solemnitate Fortunatus Presbyter in honorem Crucis celebratissimum Hymnum, cujus initium est: *Vexilla Regis prodeunt*, composuit. (*) For-

Paul. Diac. II. gest. c. 19.

(*) Hier kömmt nun der Urheber dieses Hymni vor, in welchem, wie es dem protestantischen Uebersetzer in einem andern Orte zu schreiben beliebet,

tunatus natione Italus prope Tarvisium natus Ravennæ Musis amœnioribus ope- Sæculum VI. A. C. 566.

bet, abgöttische Ausdrücke zu finden. Allein ein vernünftiger und unpartheyischer Leser erkennet leicht, daß die Worte: O crux ave spes unica &c. welche an das Creutz gerichtet werden, nur als eine in der Redekunst gewöhnliche Figur gebrauchet worden, und die Anbethung auf nichts anders als auf JEsum, der für uns am Creutze gestorben, abzielet. Vielmehr muß man sich verwundern, wie unser Uebersetzer als ein Protestant habe können den Schluß fassen, und solchen ins Werk stellen, allgemeine Kirchengeschichte von einem Römischkatholischen Schriftsteller verfasset zu übersetzen, in welchen auf allen Blättern dargethan wird, daß die Lehre von dem Gewalt der Bischöffe, von der Obergerichtsbarkeit des Römischen Stuhls, von der Anrufung der Heiligen und der Hochschätzung ihrer Gebeine, von der Verehrung des Creutzes Christi, sowohl im Orient, als im Occident, von der Verwahrung der heiligen Evchariſtia nebst dem Creutz auf den Altären, von der Meß zu Ehren der Heiligen, und für die Todten, nicht nur allein allgemein, sondern auch so alt sey, als die Ausbreitung des Christlichen Glaubens. Gerad als wenn dieser Uebersetzer einen Beruf in sich empfunden hätte seinen Glaubensbrüdern das Pabstum zu predigen, und ihnen in den Kirchengeschichten aller Jahrhundert vor Augen zu legen, daß keine andere allgemeine Kirche Christi ausfindig zu machen sey, als diejenige, in welcher

Sæculum VI. A. C. 566.

ram dedit, inter doctos Grammaticos, Rhetores & Poetas non infimo loco ponendus. Magno aliquando oculorum dolore afflictus admoto oleo, quod ex Lucerna ad S. Martini Altare ardente assumpserat, sanitatem recuperavit, utque gratum animum demonstraret, patria tellure relicta Turonem venit, ut Sancti Viri Reliquias veneraretur. Hospitem Rex Sigebertus benigne excepit, Optimatibus deinde & multis etiam Episcopis charum. Turone Pictavium concessit, ubi S. Radegundis erat, ibique carmina in Laudem Episcoporum aliorumque amicorum suorum, præsertim si novas ædificarent Ecclesias, concinnans reliquum vitæ exegit. Stilo soluto quoque multorum Sanctorum vitam scripsit. Versus ipsius congruo fluunt numero, (*) lectoremque magis delectant

welcher man eben diejenigen Sätze allzeit gelehret hat, welche man noch heut zu Tage in der Römischen Kirche lehret.

(*) Das ist die Anmerkung des Fleury über einen Dichter des sechsten Jahrhunderts. Wer würde aber geglaubet haben, daß wir zu unserer Zeit einen grossen König aufweisen könnten, welcher einen Julium Cæsarem nicht nur in der Kunst zu siegen, sondern auch seine erhabene Gedanken zu Papier zu bringen und der Nachwelt zu widmen nachahme.

Seine

ctant quam ejusdem Prosa, verbis in Syllabas similes desinentibus, & quæsitis antithetis pro depravato illius Sæculi judicio abundans. S. Radegundis animum Merovei Episcopi sæpius sed frustra sibi conciliare conata cum Abbatissa sua Arelatem se contulit, ut ibi Regulam S. Cæsarii acciperet. Pictavium reversa, cum Episcopum sibi benevolum

Sæculum VI. A. C. 566.

Greg. IX. hist. c. 40.

Seine Königliche Majestät in Preußen hatten im Jahre 1757. den 15. Octob. zu Leipzig in einer gnädigsten Unterhaltung mit dem Herrn Professor Gottsched die Meynung geäusert, daß es schwer seyn würde eine gewiße Ode aus dem Rousseau mit gleicher Schönheit und Kürtze Deutsch zu geben. Der Herr Professor erboth sich einen Versuch mit einer Strophe zu machen, und Tages darauf übersandt er solchen an Seine Königliche Majestät. Nach einer Stunde erhielt er ein poetisches Stück in Französischer Sprache von des Königs eigenen Hand geschrieben und versiegelt, wovon der Innhalt folgender ist. Der Himmel pflege seine Gaben den Völkern sparsam auszutheilen, und behalte mehr zurück als er zuwende. Die Franzosen hätten einen leichten, und die Engländer einen tiefen Sinn. Den Spartanern wäre die Grosmuth im Kriege zu theile geworden, da die Athenienser sich von den anmuthigen Wissenschaften einnehmen ließen. Die Deutschen verstünden besser die Kunst mit den Waffen ihre Feinde zu überwinden, als in ihrer Sprache ihre eigene

Sæculum VI. A. C. 566.

reddere non posset, Regis Præsidium imploravit.

§. XIX.

Concilia in Galæcia.

In Hispania S. Martinus Dumiensis electus Episcopus Braccarensis Concilium ex duabus Provinciis Galæciæ id est Braccarensi,

---

eigene Siege zu besingen. Der für den Herrn Professor rühmliche Schluß lautet also:

C'est à toi, le Cygne Saxon,
d' arracher ce Talent à la Nature avare:
d' adoucir par tes Soins d' une Langue barbare
la dure âpreté de ses Sons.
Ajoute par les Chants, que ta Muse prépare,
aux Lauriers des Vainqueurs, dont le Germain se pare,
les plus beaux Lauriers d' Apollon.

Dieses ist zu Königsberg von jemand verdeutschet worden wie folget:

Nun magst du Schwan der Sachsen dich befleißen,
Der geitzigen Natur die Gabe zu entreißen:
Daß eine Sprach, die rauh und widrig dröhnt,
Durch dein Bemühen sanfter tönt.
Durch Lieder, die schon deine Muse stimmt,
Laß, wenn der Deutsche Lorbern nimmt,
Die seinem Sieg zur Krone dienen,
Auch noch im schönsten Flor Apollens Lorber grünen.

carensi, & Augusto-Lucensi (†) æra 610. anno secundo Regis Mironis seu Ariamiri, qui Theodemiri filius fuisse creditur, id est anno 572. prima die Mensis Junii celebravit. Conventus in Ecclesia Metropolitana Braccarensi indictus. Adfuere ex qualibet Provincia sex, scilicet duodecim Episcopi. S. Martinus ea legi jussit, quæ in primo Concilio statuta fuerant, dicens, se cum ipsis illi Synodo interfuisse; tum monuit, ea nunc perficienda, quæ tunc ad finem perduci non potuerunt, & subjunxit: *Per JEsu Christi Gratiam nulla circa Fidem in hac Provincia est disceptatio, id solum superest, ut Disciplinam secundum Scripturam, & Canones stabiliamus. Itaque S. Petri Præcepta legamus.* Lectum est initium Epistolæ primæ, ubi Pastorum officia memorat, quæ Episcopi se observaturos promiserunt. Deinde decem Canones conditi.

Sæculum VI. A. C. 572.

† Lugo. *tom.* 5. *Conc. p.* 894.

Sup. n. 5.

1. *Petr.* 5. 1. 2. 3. 4.

In primo præcipitur, ut Episcopi, cum Ecclesias visitant, imprimis Clericos ad examen vocent, ut sciant, quomodo Baptismum conferant, quomodo Missam, & alia Ecclesiæ officia celebrent. Ante omnia Clericis præcipiant, ut Catechumenos ad Exorcismum viginti antequam baptizentur diebus, id est, Dominica IV. Quadragesimæ convocent, eosque illo tempore Fidei Symbolum diligenter edoceant.

Sup. XXX. n. 39.

Sæculum VI. A. C. 572.

ceant. Episcopus Clericis examinatis alia die populum congregabit, docebitque fugere Idololatriam, Parricidium, Adulterium, Perjurium, falsum testimonium, & alia peccata mortalia. Hortabitur, ut Resurrectionem credant, & futurum Judicii Diem. Tunc ad aliam transibit Ecclesiam. Episcopus visitans nihil aliud accipiat, quam illud, quod vocant Jus Cathedraticum, id est, duos solidos, non vero tertiam Oblationum partem, quæ ad alendas lucernas & sarta tecta relinquenda est. Clericos in Parochiis ministrantes ad opera servilia non adhibeat.

Canones Concilii Braccarensis.

c. 7. Omne genus Simoniæ prohibetur. Presbyteris, quod ultro pro Baptismo oblatum fuerit, accipere liceat, sed nihil exigant, ne pauperes absterreantur, & Baptismum filiorum suorum differant.

c. 4. Episcopi non amplius exigant tertiam solidi partem, quæ pro Sacro Chrismate peti solebat ea de causa, quod aliquid Balsami esset immixtum. Nihil etiam ac-

c. 3. cipiant pro Ordinatione Clericorum; nec eos prius ordinent, quam sollicite examinaverint, & audito plurium testimonio.

c. 5. Pro Consecratione Ecclesiarum a Fundatoribus nihil exigant, sed invigilent, ut Ecclesiis Dos competens & quidem pu-

c. 6. blicis Tabulis assignetur. Si quis velit Ecclesiam fundare ea conditione, ut oblationes

tiones deinde cum Clericis partiatur, nullus Episcoporum eam consecret, quod talis fundator credi debeat, magis lucelli spe, quam Devotione impelli. Sub finem Concilii Metropolita Episcopis Diem Paschatis denunciet, quam deinde singuli Episcopi in Die Nativitatis Domini post lectum Evangelium Populo indicabunt. Sæculum VI. A. C. 572.

Quadragesimam auspicabuntur publicis trium dierum precibus ad Ecclesias Sanctorum procedentes, die tertia Missa hora tertia vel quarta pomeridiana celebrabitur, & moneantur Fideles, ut Jejunium observent, & in medio Quadragesimæ adducant parvulos, qui baptizandi sunt, prius Exorcismis mundandos. Presbyteri non nisi jejuni consecrent, nulla dispensandi causa, nec prætextus Missam pro mortuis celebrandi valeat.

Eodem anno 572. Episcopi Provinciæ Lucensis in Synodum coierunt, atque Rex Diœcesium Divisionem tunc secundo definitam confirmavit. Nitigius Episcopus Lucensis huic Synodo præfuit, in qua etiam Sacræ Sedis Legati præsentes erant. Hic idem est Nitigius, cui S. Martinus Braccarensis suam Collectionem Canonum inscripsit. In Præfatione adnotat, hos Canones primo Græce scriptos tam ipsarum versionum vitiis quam ignorantia aut oscitantia illorum, qui

Const. ap. Ambr. Mor. XI. Chr. c. 62

To. 5. Conc. p. 903. App. to. 1. Bibl. Justel.

Sæculum VI. A. C. 572.

qui descripserant, fuisse corruptos, hinc nulli labori se peperciſſe, ut emendatiores redderet. Hæc Collectio dividitur in duas Partes. In prima de Clericis, & in altera de Laicis tractatur, atque opus totum octoginta quatuor Canones complectitur. Cujuslibet Canonis fons, unde excerptus sit, indicatur, nempe ex Conciliis in antiquo Ecclesiæ Universalis Codice contentis, & ex Conciliis Hispaniæ ad illud usque tempus celebratis. Hæc Collectio S. Martini Bracarensis posteriore tempore valde celebris evasit. Ipse anno circiter 580. quievit.

Greg. Tur. V. Hist. c. 37.

§. XX.

Longobardi in Italia.

Lib. Pont.

Joannes III. Papa anno 572. obiit, & ad S. Petrum 13. Jul. sepultus est, postquam Sacram Sedem annos prope tredecim obtinuisset. Duabus Ordinationibus Mense Decembri Presbyteros triginta octo, Diaconos tredecim, Episcopos sexaginta & unum creavit. Joanne S. Petri Cathedram occupante Longobardi Alboino Rege ipsorum Duce in Italiam penetrarunt. Hi populi, origine Germani per annos quadringentos in Pannonia versati, inde Indictione prima, Die Festum Paschatis sequente, nempe secunda Aprilis anno 568. migrantes, Italiam per

per territorium Venetorum ingressi sunt. Sæculum VI.
Paulus Patriarcha Civitatis Aquilejensis A. C. 572.
illius Regionis Metropolis Barbarorum
furorem pertimescens relicta urbe in In- *Paul. Diac. Lib. II. c 7.*
sulam Gradensem fugit toto Ecclesiæ suæ *c. 10.*
Thesauro simul illuc translato. Is anno sequente fatis functus Successorem habuit Probinum. Alboino usque ad Flavium amnem progresso occurrit Felix Episcopus Tarvisiensis, cujus precibus dedit Rex, ut omnia Bona Ecclesiæ ejus relinquerentur intacta, atque Dona- *c. 13.*
tiones eidem collatas datis litteris confirmavit. Felix iste Fortunati Pictavien- *Sup. n. 18.*
sis in paucis amicus simul cum ipso, ad- *Paul. c. 14.*
hibito oleo ex lucerna ad S. Martini Sepulchrum ardente, oculorum sanitatem receperat. Alboinus Vicentia, Verona, cæterisque Venetiæ urbibus in potestatem redactis, si Patavium, Mons Silicius, & Mantua excipiantur, in Liguriam movit, & tertia Sept. Indictione tertia seu anno 569. Victor Mediolanum ingressus est. Honoratus Episcopus Mediolanen- *c. 25.*
sis Genuam fugit, quippe Alboinus exceptis urbibus maritimis totam Liguriam sibi subjecit. Honorato haud multo post fatis functo, eodem tempore Mediolani Froton & Genuæ Laurentius Episcopi electi sunt ut Cathedram Mediolanensem occuparent; at denique Laurentius hanc sponsam retinuit, traditis Papæ litteris, quibus

Sæculum VI. A. C. 572.

quibus trium Capitulorum Damnationi consentiebat. His Laurentii litteris nobilissimi quique, atque inter alios S. Gregorius illo tempore Romæ Prætor, subscripserunt.

c. 26.

Obsidio Civitatis Ticinensis in annos tres tenuit. Interim Alboinus usque in Hetruriam omnes populos ad deditionem compulit, duabus solum urbibus Roma & Ravenna imperata facere detrectantibus. Ravennæ nomine Imperatoris Præfectus Italiæ Sedem fixerat, qui posteriore tempore Exarcha dictus. Eorum primus Longinus fuit. Nec enim pares erant Romani, ut ingruentibus Longobardis arma opponerent, quod non diu ante pestis truculenta Liguriam & Venetiam viris exhausisset, & dira fames tunc temporis universam Italiam affligeret. Cum Longobardis Alboinus plures alios Barbaros, Gepidas, Bulgaros, Pannonios, Suevos, Noricos adduxerat, quorum multi erant Pagani; Longobardos vero Hæresis Ariana inficiebat.

Paul. II. c. 29

Tandem Ticinenses deditionem fecerunt, & victis pepercit Alboinus, quamvis juramento se obstrinxisset, nemini vitæ gratiam facturum, postquam pertinacissima defensione Victorem morari tanto tempore ausi fuissent. Alboinus, cum in Italia regnasset annos tres & Menses sex, anno 572. uxoris Rosimundæ

dæ vindictæ cupiditate ardentis machinatione occisus est. Sæculum VI. A.C. 573.

§. XXI.

Benedictus seu Bonosus Papa.

Longobardorum irruptio causa fuisse creditur, quod Sacra Sedes Joanne III. defuncto tamdiu vacaverit, nam in Mensem decimum dilata est Electio. Tandem Benedictus cognomento Bonosus Patria Romanus Bonifacii filius Papa creatus est, atque anno Imperatoris Justini septimo nempe anno Christi 573. 16. Maji ordinatus. Sacram Sedem annos quatuor inter diras Longobardorum persecutiones tenuit. Sub hoc Pontifice Roma fame periisset, nisi Justinus Imperator missis ex Ægypto navibus frumento oneratis extremæ Incolarum inopiæ succurrisset. Sublato Alboino Longobardi Clephum Regem salutarunt; cum vero & ipse elapsis octodecim mensibus ab uno famulorum suorum fuisset occisus, Longobardi decem annorum spatio sub nullo Rege, sed sub Ducibus suis, triginta autem numerabantur in singulis Civitatibus, fuere. Hic Regni modus placuit post Alboini adventum anno septimo seu anno Christi 575. Porro illius Anarchiæ decennio, Ecclesiæ spoliatæ, interempti Episcopi, eversæ urbes, populi exterminati.

Lib. Pont.

Chr. Jo. Bicl.

c. 32.

§. Cer-

Sæculum VI. A. C. 573.

S. Cerbonius Episcopus Populonien-
sis in Hetruria in Insulam Ilvam haud
procul ab illis littoribus sitam confugit.
Greg. III. Dial. c. 11. Cum sentiret mortem esse vicinam Cle-
ricis suis mandavit, ut corpus suum in Se-
pulchro, quod sibi in urbe sua præpara-
verat, conderent. Illis respondentibus:
*Quomodo Corpus tuum illo deferemus, cum
ibi dominentur Longobardi?* dixit: *No-
lite timere, sed, postquam me sepelieritis,
cito recedite.* Fecerunt imperata, vix-
que pedem in cimbam retulerant, Go-
mar ex triginta Ducibus unus in urbem
Mart. Rom. 10. Octobr. pervenit. Ecclesia S. Cerbonii Memo-
riam 10. Octobr. colit.

Longobardi quemdam Diaconum
comprehenderant, &, vinctum servan-
tes, occisuri erant. Sanctus Sanctulus
Greg. c. 17. Presbyter Nocerienſis rogabat Barbaros,
ut innocenti vitam donarent, cumque id
impetrare non posset, petiit, ut saltem si-
bi custodiendum traderent, & se ipsum
pro eo vadem acciperent. Media nocte
ubi Sanctulus Longobardos stertere vi-
dit, Diaconum a somno excitatum hor-
tabatur, ut fugeret. Renuebat primum
Diaconus, bene intelligens, in quantum
periculum, si fugeret, S. Sanctulum esset
conjecturus. Postea tamen, Sancto Vi-
ro urgere non cessante, aufugit. Alte-
ra die S. Sanctulo fatente, fugisse Diaco-
num, Longobardi dixerunt: *Bonus vir
es!*

es! nolumus te inter cruciatus interfice- Sæculum VI.
re. Elige genus mortis, quod volueris. Re- A. C. 573.
spondit: *Eo modo occidite me, quo Deus permittet.* Igitur decernunt, ipsum capitis abscissione necare. Quia hujus Viri Sanctitatem omnes venerabantur, Longobardi, qui in illo loco degebant, confluxerunt, mortis ejus spectatores futuri. Ipse petita orandi licentia, & impetrata, in terram se prostravit; at illi, cui mandatum erat, ut percuteret, mora nimia videbatur; itaque pede pulsatum surgere jubet. Sanctus genibus suis nixus conspecto evaginato gladio voce elata dixit: *S. Joannes, ictum prohibe!* tum carnifex extenso brachio obriguit, nec illud retrahere valuit. Cuncti Longobardi præsentes viri potentiam admirari, & rogare, ut illius, qui percussurus fuerat, brachium sanaret. Antequam faceret, postulavit a Barbaro, ut juramento se obligaret, nunquam posthac eo brachio ad occidendum Christianum esse usurum. Ipso jurante jussit Sanctus, ut brachium contraheret, & gladium vaginæ redderet. (*) Barbari ut

(*) Hier haben wir eine theologische Anmerkung unsers Uebersetzers. Es heißet: Man muß das Wunderwerk des *Sanctulus* mit unter die Menge derer zählen die *Gregorius M.* in

Sæculum VI. A. C. 573.

ut S. Viri virtutes præmiarentur, boves & equos, ruricolarum spolia, ei offerebant. Ipse dixit: *Si aliqua mihi dona-*

re

---

seinen *Dialogis* erdichtet, oder aus Einfalt und in guter Meynung für wahr angenommen und nachgeschrieben hat. Es ist meine Absicht nicht die Wahrheit aller Wunderwerke dieser Jahrhundert zu vertheidigen, allein es steht einem ehrlichen Protestanten übel an, sich nur den Verdacht beykommen zu lassen, ob nicht der heilige Gregorius Magnus einige Wunderwerke erdichtet habe. Der Uebersetzer saget ferner: Ueberhaupt kann man bey Prüfung eines Wunderwerks diese allgemeine Regel annehmen: Ein jegliches Wunderwerk, das auf die Einführung oder Bestättigung eines wider die göttliche Offenbarung streitenden Irrthums eingerichtet ist, das ist ein falsches Wunderwerk. Denn da GOtt allein Wunderwerke thun kann, so streitet es offenbar wider seine Macht, Heiligkeit, Gerechtigkeit, Liebe und Wahrhaftigkeit einen Irrthum durch ein Wunderwerk zu bestättigen.

An dieser Regel ist nichts zu tadeln. Nur Schade, daß unser Uebersetzer nicht im Stande ist zu zeigen, daß das Wunderwerk, welches hier erzählet wird, zur Einführung oder Bestättigung eines wider die göttliche Offenbarung streitenden Irrthums eingerichtet sey. Mit solchem Blendwerk werden die protestantischen Leser dieser übersetzten Kirchengeschichte hinter das Licht geführt.

re vultis, date mihi cunctos captivos, quos abduxistis, ut causam pro vobis orandi habeam. Omnes igitur, quos ceperant, cum S. Viro liberos dimiserunt. In Provincia Valeriana Longobardi ex una arbore duos Monachos suspenderunt, quos post mortem cantantes audiri ipsi latrones putarunt. In alia Italiæ Regione Soranus Abbas captis, qui deinde manus Barbarorum effugerant, omnia vestimenta, & annonam, quam ad usum sui Monasterii servabat, imo & horti domestici olera, dederat. Supervenere Longobardi, pecuniam ab ipso exigentes, & dicentem nullam sibi esse, necarunt.

Sæculum VI. A. C. 573.

IV. c. 21.

c. 22.

§. XXII.

Anastasius Antiochia pellitur. Gregorius Patriarcha.

Longobardis Italiam misere devastantibus, Justinus Imperator totum se voluptatibus dabat, turpe affectuum depravatorum mancipium. Anastasium Patriarcham Antiochenum Sede sua ejecit, causatus, quod Bona Ecclesiæ dissiparet; revera autem quia virum oderat. Nam, dum Anastasius Patriarcha electus est, Justino pecuniam petenti, ut ipsi consensum Justiniani Imperatoris obtineret, dare recusaverat. Justinus deinde Imperio potitus non nullis referenti-

Evagr. 5. c. 5

Sæculum VI. A. C. 573.

bus audierat, Anastasium interrogantibus, cur Ecclesiæ Bona prodigeret, respondisse: *Quia timeo, ne Justinus, generis humani pestis, ea sibi auferat.* Tandem Anastasius in Responso ad Epistolam Synodicam Joannis novi Patriarchæ Alexandrini reprehenderat ipsum Joannem Alexandrinum, & Joannem Constantinopolitanum consecrantem, qui in Aula magna Auctoritate valens, sine dubio ea usus est, ut Imperatorem ad deponendum Anastasium impelleret. Apollinaris Patriarcha Alexandrinus anno circiter 570. obierat, Pontificatus sui anno 19. eique Joannes successerat.

Theoph. an. 5 p. 206.

Niceph. Chr. Evagr. 5. c. 16.

Id. c. 6.

In locum Anastasii Gregorius Patriarcha Antiochenus ordinatus est. Is in Monasterio Byzantinorum haud procul Jerosolyma institutis Monasticis a puero exercitatus, tantum profecit, ut vix prima lanugine malas ornante dignus & aptus haberetur, qui illi Monasterio præesset. Postea Monasterium *Pharan* rexit, rursusque in Abbatem Montis *Sina* Justini Imperatoris jussu assumptus est. Ibi maximis periculis expositus etiam Arabes illius Deserti locum obsidentes fortiter sustinuit, & industria mirabili præstitit, ut illud Monasterium exinde tranquilla pace frueretur. Ex eo Cœnobio evocatus Sedi Antiochenæ impositus est. Summa erat viri prudentia, constantia immobilis,

Gregorius Antiochenus

mobilis, & singularis in rebus agendis solertia, ita ut quæcunque moliretur, feliciter procederent. Cum esset munificentissimus in publicum prodeuntem magna hominum multitudo comitabatur. Omnibus dotibus, quæ aliorum amorem conciliare solent, præditum, cuncti conspicere & audire cupiebant. Quamvis vehemens a natura accepisset ingenium, illud tamen mansuetudo, & modestia temperabat. Injuriarum immemor, & donum lacrymarum habens, peccantibus paterne condolebat. Sæculum VI. A. C. 573. *Prat. Spir. c. 140.*

Anno Episcopatus ipsius primo Majoris Armeniæ Incolæ, qui tunc Persarmeni dicebantur, Persarum, quorum subditi erant, ex quo Philippus Imperator eam Regionem Sapori addixerat, jugum excusserunt. Cum Christiani essent, & a Persis, præcipue Religionis causa, pessime haberentur, missis clam ad Justinum Imperatorem Legatis, rogabant, ut se subditos fideles vellet recipere, quo liberius Deo servire possent. Conditione a Justino accepta, & pactis per litteras initis, Armeni suos Præfectos interficiunt, seque Romanorum Socios proclamant. Cosroi Persarum Regi vindictam postulanti Justinus respondit; præstitutum Pacis tempus effluxisse, atque æquitatem petere, ut Christiani Christianos tempore Belli auxilium flagitantes non destituerant. *Evagr. 5.*

Sæculum VI. A.C. 573.

tuerant. Itaque anno Justini septimo, JEsu Christi 572. Pax turbata. Interim Justinus cum de Bello cogitare debuisset, omne tempus animumque voluptatibus dabat. Ignarum, quid exercitus suus ageret, Gregorius Patriarcha datis litteris edocuit, nullam spem superesse, ut Romani, qui urbem Nisibim obsidione cinxerant, eam ad deditionem compellere possent. Episcopus Nisibiensis amicitia junctus Gregorio, & acceptis ab eo Beneficiis captus, Persarum quibus subditus erat, in Christianos crudelitatem aversabatur; hinc cupiens, ut Civitas sua Romanorum Ditioni adjiceretur, quæcunque hostes moliebantur, sedulo & prompte Gregorio indicabat. At Justinus Imperator, si tristia afferebantur, nullam adhibebat nunciis fidem, maximo Provinciarum Romanarum malo, quas Persæ flammis & cædibus, nemine arma opponente, depopulabantur. Dum ad urbem Antiochiam pervenerunt, fugientibus omnibus nemo, qui mœnia tueretur, remansit. Fugit quoque Patriarcha Ecclesiæ Thesauros auferens. Tandem Justinum supervenientes tabellarii, cum de clade amplius dubitare non posset, ita perculerunt, ut a sana mente dimoveretur.

Theoph. p. 206.

c. 9.

c. 11.

§. XXXIII.

Sæculum VI.
A. C. 573.

§. XXIII.

S. Joannes Climacus.

Postquam Gregorius discessisset, Joannes Climacus Montis *Sina* Abbas fuit, quamvis non constet, an eidem proxime in Regimine secutus fuerit, vel aliquis alius intercesserit. Climacus annos natus sexdecim ad istud Monasterium venit, sed non nisi post annos quatuor Tonsuram Monasticam recepit, seque ad stabilitatem obstrinxit. Primo Magistrum habuit Monachum nomine Martyrium, quo defuncto, solus infra montem in Cella, quæ Tola dicebatur, habitans vitam Anachoreticam duxit. Postea quemdam Monachum, nomine Moysen, contubernalem admisit. Cum invidi de Climaco dixissent, eum inutilia garrire, & seria negligere, calumniam silentio refutavit, per annum integrum nulli hominum loquens. Postquam annis quadraginta vixisset in solitudine, Abbas Montis *Sina* invitus eligitur.

vit. ap. Rader. Isag. Boll. 30. Mart. to. 8. p. 834.

S. Joannes Climacus a Joanne Abbate Raitheno rogatus, ut Tractatum Asceticum ad usum Monachorum scriberet, composuit suam *ad Cælum Scalam*, Opus inter Libros pios celeberrimum, unde etiam Cognomentum Climaci nactus est, nam *Climax* Græce Scalam significat. Constat hæc Scala triginta gradibus, qui

Sæculum VI. A.C. 573.

totum vitæ interioris profectum a prima Mundi fuga usque ad Orationis genus ſublimiſſimum, & perfectiſſimam Animæ tranquillitatem complectitur. Ubi loquitur de Obedientia, exempla narrat, quæ ipſe in quodam Monaſterio trecentorum triginta Monachorum ſub Abbate conſummatæ prudentiæ viro in Ægypto prope Alexandriam viderat, & admiratus fuerat. In illo Aſceterio videre erat ſenes poſt quadraginta aut quinquaginta a tempore Profeſſionis ſuæ annos ſimplicitate, qua infantes ſolent, Præpoſitis ſuis obedire. Cavillationes, diſceptationes, ſermones inutiles inde procul amandati. Abbas ſæpe ſummæ perfectionis viros caſtigabat nulla alia de cauſa, quam ut in patientia & obedientia exercitarentur, in virtutum ſemita progrederentur, & alii eorum exemplo docerentur.

§. XXIV.

Pœnitentium carcer.

Uno ab illo Monaſterio Milliario erat aliud & minus, quod carcer dicebatur, in quem Monachi majoris Monaſterii ultro migrabant, ſi poſt ſuam Profeſſionem graviore culpa ſe illigaſſent. Erat hic locus horridus, caliginoſus, luridus, ſqualidus. Omnia triſtitiam & pœnitentiam inſpirabant. Nunquam ibi

ibi ignis excitabatur, nunquam vinum, aut oleum aut aliud obsonium, sed solum panem & paucula olera ad refectionem capiebant. Ibi inclusi non ante exibant, quam Deus Abbati revelasset, eorum peccata esse dimissa. Ad orationem ferme continuam tenebantur; ut vero haberent, quo tœdium repellerent, multa palmarum folia, ad opus manuum aptanda, ipsis dabantur. Singuli in Cellulis erant, aut ad summum bini, iisque vir Pietate singulari, cui nomen Isaac, præerat. Cum S. Joannes Climacus Abbatem rogasset, ut sibi hunc carcerem ostenderet, ibi deinde tribus Mensibus moratus est, & de his quæ viderat scripsit in hunc modum: Sæculum VI. A.C.573.

Vidi aliquos, qui tota nocte sub cælo versati, & stantes, somnum ut poterant arcebant, & si somno premerentur, sibi ipsis vecordiam exprobrabant. Alii versis in Cælum oculis inter gemitus & suspiria auxilium flagitabant. Alii ligatis post tergum manibus, vultu in terram demisso clamabant, indignos se esse, qui Cælum aspicerent, & in Oratione sua Deum alloqui non audebant horrore conscientiæ turbati. Aliqui humi sedentes in Cilicio & Cinere faciem inter genua condebant, fronte terram pulsabant, aut pectus percutiebant, trahentes suspiria & ejulatus, quos anima secutura vi-

Sæculum VI. A. C. 573.

debatur. Aliqui pavimentum fletu ſuo humectabant, alii querebantur, non ſatis largas fluere lacrymas. Alii in lamenta ſolvebantur quos edere ſolent, qui filios, vel ſibi in hac vita cariſſimos ante diem tumulo inferri conſpiciunt. Vidi aliquos quaſi vitæ propriæ immemores, præ dolore ſtupentes & omni ſenſu carentes. Alios ſedentes triſtitia obrutos defixis in terram oculis moventes caput, & ex intimo pectore Leonum more rugientes.

Pœnitentes in Carcere.

Hi ſpe pleni remiſſionem peccatorum ſuorum ardenter poſtulabant, alii humilem Publicanum imitati ſe venia indignos arbitrabantur. Alii orabant, ut in hac vita torquerentur, & in altera Miſericordiam conſequerentur. Plerique urgentibus conſcientiæ ſtimulis dicebant, contentos ſe futuros, ſi Regno Cæleſti privarentur, ſi modo liberarentur a pœnis æternis. (*) *Talia ab his Pœnitentibus audivi,*

(*) Hæc Propoſitio non eſt in ſenſu ſtricto accipienda, quia timorem ſervilem olet. Sunt econtra Theologi qui Actum doloris bonum eſſe exiſtimant, ſi quis concepto vehementi horrore peccati commiſſi ſibimet ipſi iraſcens diceret: vellem damnari, ut perverſa mea voluntas puniretur ex merito, & Dei Juſtitiæ ſatisfieret. Sed nec iſta Propoſitio in ſenſu abſoluto & proprio accipi poteſt, quia damnatio in ſenſu proprio excludit amorem Dei, & charitatis privationem nunquam optare licet.

audivi, quæ rigidos ſilices ad compunctionem permovere poſſent. Scimus, inquiebant, omni ſuppliciorum genere nos dignos eſſe, & multitudinem debitorum noſtrorum non poſſe delere, etiamſi totius orbis homines ad ea nobiscum deflenda convocaremus. Hoc ſolum ſupplices rogamus, Domine! ne nos ſecundum omnem Judiciorum tuorum rigorem, ſed ſecundum Miſericordiam punias; nam orare non audemus, ut a pœnis plene liberemur. Qua fronte id petere poſſemus, poſtquam promiſſis noſtris non ſtetimus, & prima accepta venia abuſi ſumus?

Sæculum VI. A. C. 573.

Hic ad litteram impleta conſpiciebantur, quæ dicit David: Viri curvati & contriſtati tota die, quorum corruptæ erant cicatrices, & qui abjecta corporis cura obliviſcebantur comedere panem ſuum, potum ſuum cum fletu miſcebant, & cinerem cum pane manducabant. Pellis eorum tanquam fœnum areſcens oſſibus inhærebat. Non alia ibi audiebantur verba niſi ſequentia aut ſimilia: Væ mihi! Væ mihi! Miſericordiam Domine! Miſericordiam! da veniam, ſi poſſibile eſt. Vidiſſes aliquorum linguam ardentem & ex ore pendentem. Alii ſub fervidiſſimis ſolis radiis, alii nocte perfrigida, aeris intemperiem ſponte tolerabant. Guſtata paululum aqua, ne ſiti emorerentur, iterum a potu abſtinebant.

Poſt-

Pſal. 37. & 101.

Sæculum VI. A. C. 573.

Postquam panem arctum comedissent, reliquam partem procul removebant, judicantes se indignos alimento hominum, qui contra Rationem peccassent. Quomodo igitur inter hos Pœnitentes risui, fabulis, iracundiæ, contentioni, præsumptioni, lætitiæ aut jactantiæ locus esse potuisset? in mentem nunquam veniebat, ut quemquam judicarent. Non eos cura corporis aut cujusquam hujus vitæ negotii impediebat. Nihil præter preces audiebatur.

Pœnitentes Monachi.

Mortem nunquam non suspiciebant, dicentes: Quid nobis futurum est? Quæ nobis Sententia expectanda? Quis Exitus? Estne veniæ spes super? An oratio nostra ad conspectum Dei penetrare potuit, vel, sicut merebatur, rejecta est? Quæ vis insit orationi nostræ a labiis tam impuris procedenti? An Angeli Custodes nostri ad nos redierunt, ut preces nostras offerant? Tum interrogabat alter alterum: Fratres mei! an quidquam proficimus? An id, quod petimus, obtinebimus? Quis scit, an Dei Justitia flecti se non sinat? Saltem faciamus, quod nostrum est, & pulsemus januam usque ad vitæ nostræ terminum. Curramus, fratres mei! tota virium contentione curramus. Non parcamus carni, causæ omnis mali, ne demum etiam mortem nobis afferat! tales erant sanctorum istorum Pœnitentium sermones.

Ge-

Sæculum VI. A C. 573.

Genua eorum occalluerant. Oculi profunde immersi, genæ lacrymarum defluentium acrimonia rubebant, nihilominus facies erat pallida, pectus contusum verberibus, ita ut non nunquam sanguinem expuerent. Non ibi erat lectorum usus, non splendidæ vestis, sed centonibus laceris sordidis pediculis scatentibus tegebantur reis in ergastulo detentis propediem capite plectendis, vel Dæmonium habentibus haud absimiles. Aliqui Abbatem rogabant, ut eorum colla, manus & crura ferreis vinculis insereret, quæ ante ipsorum mortem non solveret. Quando se morti esse proximos conjiciebant, Abbatem obtestabantur, ne corpora sua sepeliri permitteret, sed juberet ut Bestiarum cadavera projici, quod ipsis non nunquam concedebat, atque etiam Psalmorum cantum probibens omni Exequiarum bonore privabat.

Ex hac S. Joannis Climaci narratione discimus, quantum Disciplinæ Monasticæ & Pœnitentiæ studium sub finem Sæculi sexti fuerit. (*) S. Gregorius post *XII. Ep. 16.* susce-

(*) Hier machet unser Uebersetzer eine Anmerkung, welche nicht unbeantwortet kann gelassen werden, ob ich schon nicht behaupten will, daß die Art Buß zu thun, welche in diesem Orte üblich gewesen, die beste sey. Der Uebersetzer saget: Es würde vielleicht vielen von diesen Büßern besser

Sæculum VI. A. C. 573.

susceptum Pontificatum ad eum scribens se ipsius precibus commendavit, eique lecti-

besser an Leib und Seele gewesen seyn, wenn sie in ein Zucht- und Arbeitshaus wären gesteckt, und zu schwerer Arbeit angehalten worden ꝛc. Man ersiehet ja aus dieser Erzählung selbst, daß sie nicht ohne Arbeit gewesen, indem sie Palmblätter zubereitet. Hierauf kömmt der Uebersetzer mit dem alten Schlendrian aufgezogen: Aber worzu kann ein Mensch nicht verleitet werden, wenn er den Satz annimmt, daß er die Vergebung der Sünden GOTT abverdienen könne, . . . und es ihm an einem Lehrer fehlet, der ihm den Weg zur Gnade GOttes in Christo JEsu weiset. Der Römischkatholische Satz von der Vergebung der Sünden und dem Verdienst, den ein purer Mensch, wenn er mit der Gnade JEsu Christi Buße thut, erhalten kann, ist aus der Schrift tausendmal erwiesen, und kann der Uebersetzer nichts darauf antworten, als das eben so falsche als abgeschmacke: Das war das Verderben. Das ist den Verdiensten JEsu Christi verkleinerlich. Welches er in seinem ganzen Werke mit keinem Worte darthut. Uebrigens gründet sich seine Frage auf die weltkündige Lüge; als wenn man in der Römischen Kirche von andern Verdiensten etwas wüßte, als in und durch JEsum Christum. Endlich heißet es: Daher geräth (ein solcher Büsser) auf einen selbsterwählten Gottesdienst, er folget seiner thörichten Einbildungskraft, und

taxi-

lectisternia in vicino Hospitio collocanda transmisit. Hæc Epistola ante annum 600. scripta non fuit, & illo anno Joannes adhucdum Dignitate Abbatiali fulgebat, quam sub vitæ finem dimisit, & substituto Georgio Fratre suo in Eremum se recepit, ibique diem clausit. Sæculum VI. A. C. 573.

§. XXV.

---

taxiret die Werke, die er nach eigenem Gefallen gethan um desto höher, je saurer sie ihm geworden . . . . ohne dabey auf GOtt zu sehen, dessen geoffenbarter Wille allein die Richtschnur guter Handlungen ist. Ein solcher Büßer würde ganz und gar nicht nach dem Sinne und Vorschrift der Römischen Kirche Buß üben. Die wahre Buß besteht in der Herzensbuß. Daß man aber auch äuserliche Bußwerke, welche unser Protestant verwirft, üben könne, und bisweilen solle, hätte er lernen sollen aus den Stellen der heil. Schrift, welche in dieser Beschreibung selbst von dem heil. Joannes Climacus angezogen werden; Es singet ja David Psal. 37. Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar. Und Psal. 101. Percussus sum ut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Und Versu 10. quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.

Herr Uebersetzer! soll das kein geoffenbarter Wille GOttes seyn, wie man Buß üben soll? Aber leyder in dem Vorurtheil seiner Kirche hat er keine Augen die geoffenbarte Wahrheiten zu sehen.

Sæculum VI. A. C. 574.

§. XXV.

S. Hospitius Anachoreta.

Greg. IV. hist. c. 39. Mar. Avent. Chr.

Postquam Longobardi in Italia Sedem fixerant, in Gallias quoque sub tribus Ducibus Amo, Zaban & Rodan irruperunt. Amo viam, qua Embrodunum tenditur, ingressus est, Zaban per Civitatem Diam usque Valentiam penetravit. Rodan prope Gratianopolim castra posuit. Diu Barbari hospites in Monasterio Aganiensi seu S. Mauritii, diverterunt, anno octavo post Consulatum Imperatoris Justini Indictione septima seu anno 574. at a Francis fortiter repellebantur. Amo totam Regionem Arelatensem, quam Provinciam dicimus, vastavit.

Greg. VI. c. 6.

In ea Provincia prope Niceam ad Varum degebat S. Hospitius, a multis jam annis incluſus in Turri, quæ non habebat portam, sed tantum fenestram, unde se conspiciendum præbebat. Corpus ligaverat catenis ferreis, atque Cilicium super induerat, solo pane & paucis dactylis reficiebatur. In Quadragesima nullo cibo nisi radicibus, quas ipsi mercatores ex Ægypto afferebant, victitabat. Adventum Longobardorum in Galliam, ut isto flagello peccata populi punirentur, prædixit, consiliumque suppeditavit Incolis, ut securitatis causa

res

res suas in urbes mœnibus clausas deferrent, & se ipsos in loca munitiora reciperent. Ad Monachos vero dixit: *Vos quoque fugite, & quæ habetis auferte vobiscum, nam Gens illa, de qua locutus sum, imminet cervicibus vestris.* Respondérunt: *Sanctissime Pater! non deseremus te.* Ipse: *Nolite mihi timere, me male habebunt, sed non occident.* Sæculum VI. A.C. 574.

Monachis recedentibus, adveniunt Longobardi, atque populando omnia lustrantes etiam in Sancti Viri Cellam inciderunt. Ipse e fenestra prospexit; at illorum duo, quia turrim circumeuntes nullum invenire poterant ostium, ascensu tectum superarunt, & dejecerunt; tum videntes virum catenis vinctum dixerunt: *Latro est.* Et advocato Interprete jusserunt quærere, cujus criminis reus esset. Vir Sanctus Homicidam se esse confessus est, & omnis generis scelerum reum. Longobardorum aliquis educto gladio caput loquentis fissurus erat. At ecce! immobilis, ut erat extensa, hæsit dextera, nec potuit retrahi. Excidit ferrum, conclamant socii, & S. Hospitium interrogant, quid factu opus esset. Vir Sanctus formato Crucis Signo manum Longobardi, percussoris sui, sanavit. Is tota mente conversus voluit sibi capillos abscindi, & in eodem loco Monachum induit. S. Hospitius

Sæculum VI. A. C. 574.

plura alia edidit Miracula. Cuidam cœco nato lumen dedit. Alium etiam incolumem præstitit, Pirum nomine, surdum & mutum, Patria Andegavensem, a quo omnia, quæ refert, Gregorius Turonensis accepit. Hospitius post paucos exinde annos e vivis abiit, ejusque Memoriam 21. Maji colit Ecclesia.

Mart. Rom. 21. *Maji.*

§. XXVI.

Gregorius Episcopus Turonensis.

vit. init. edit. 1699. *Mart. Rom.* 4. *Aug.*

Interim Gregorius non diu abhinc, tempore quo Longobardi irruperant, Episcopus Turonensis ordinatus fuerat. Euphronius Antecessor ejus obierat anno Sigeberti Regis duodecimo JESU Christi 573. quarta Aug. qua die Ecclesia ipsius Memoriam colit. Populo Turonensi ad eligendum Episcopum congregato cœteris omnibus communi consensu prælatus est Gregorius, jam antea in hac urbe notus, quo sæpe venerat Reliquias S. Martini veneraturus; multa etiam ab ipso præclare gesta fama vulgaverat. Generis ejus nobilitatem, Scientiam, Pietatem, & quod Principibus carus esset, non ignorabant. Ergo omnes, Clerici, Nobiles, populus illius Civitatis, & agricolæ Gregorium Episcopum deposcere. Mittuntur Legati ad Regem Sigebertum, ad cujus Ditionem Civitas Turonensis pertinebat, & ecce per-

percommode accidit, ut illo ipso tempore Gregorius in Regia moraretur. Repugnavit, quantum potuit, ne Episcopatum susciperе cogeretur; sed tandem Regi & Brunehildi Reginæ Conjugi ejus vehementer instantibus cessit. Ne fuga elaberetur, abjecta omni mora ab Ægydio Archiepiscopo Rhemensi consecratus, & Turone die decima octava post obitum S. Euphronii nempe vigesima secunda Aug. 573. summo omnium gaudio exceptus est. Tunc Gregorius annum vitæ ferme vigesimum agebat; unde liquet, anno circiter 544. in lucem editum fuisse. Patria fuit Arvernia, & Patrem habuit Florentium S. Galli Episcopi Claromontani fratrem, Matrem vero Armentariam S. Gregorii Episcopi Lingonensis neptem. Frater ejus Petrus Diaconus, & Justina Neptis S. Radegundis Discipula fuere. Gregorius apud S. Gallum Patruum suum educatus, Tonsuram petiit, & inter Clericos susceptus est, ut redderet votum, quo se aliquando ægrotus ad Tumulum S. Alirii obstrinxerat. S. Gallo defuncto Avitus Episcopus Claromontanus Cautini Successor (*) curam

Sæculum VI. A. C. 574.

c. 12.

c. 1.

(*) Fleurius hic confuse ordinem Successionis Episcoporum Claromontanorum refert, nisi Cautinus inter S. Gallum & Avitum brevissimo tempore intercessisse dicatur.

Sæculum VI. A. C. 574.

ram gessit, ut juvenis Gregorius litteris imbueretur, atque tempore a Legibus Ecclesiasticis constituto Diaconus ordinatus est. Cum viris exploratæ Pietatis conversabatur, ut eorum exemplo proficeret. Sanctorum Ecclesias invisebat præprimis S. Martini, ubi aliquando a gravi morbo liberatus est.

§. XXVII.

S. Senochius, S. Leobardus, S. Venantius.

Greg. Vit. PP. c. 11. c. 15. Gl. Conf. c. 5. v. hist. §. 7.

Sanctus Gregorius necdum diu Episcopatum Turonensem gesserat, cum S. Senochius Solitarius ad eum invisit. Is ortum suum debebat Genti Teifalensium, Populo Barbaro, qui cum cæteris Galias invaserat. Ab his Tifagium in agro Pictavienſi nomen retinuit Sedem elegit Senochius prope Turonem in Oratorio, a se reparato, in quo S. Martinus sæpe orasse ferebatur. S. Eufronium tunc Episcopum Turonensem rogavit, ut veniret ad Oratorium benedicendum. Ille consecrato Altari Senochium nihil tale cogitantem Diaconum ordinavit. Posteriore tempore etiam Ordine Presbyteratus insignitus est. In illo loco cum tribus Monachis aliquamdiu Deo serviit, rigida abstinentia corpus macerans, nam in Quadragesima nihil cibi aut potus præter

ter libram unam panis, & libram unam aquæ capiebat. Nudipes incedebat etiam in hyeme, catena ferrea pedes, manus & collum gravante. Poſtea ſolus in Cellulam ſeceſſit, continuo orationi vacans. Allatas ſibi a Fidelibus pecunias in pauperes dividebat, atque captivi, quos redemerat, aut alii, quorum æs alienum ſolverat, plures quam ducenti numerabantur. Illo igitur tempore Cellulam relinquens ad inviſendum Gregorium exiit. Sæculum VI. A. C. 574.

Haud diu poſtea vanæ gloriæ cupiditate tentatus parentes, & propinquos in Territorio Pictavienſi degentes inviſit, unde ſui ipſius & virtutis propriæ admiratione plenus rediit. At cum Gregorius iſtum in eo errorem arguiſſet, humiliter emendavit. Cum multa curando infirmos patraret miracula, omnium hominum conſortium fugere ſtatuerat; verum Gregorius ei ſuaſit, ut nullo alio tempore clauſtrum ingrederetur, niſi a Feſto S. Martini usque ad Nativitatem Domini, & in Quadrageſima; ipſe monenti morem geſſit. Plures alii Anachoretæ tempore Quadrageſimæ ita in antrum ſe abdebant, ut nemini Mortalium pateret ad ſe aditus. Id S. Marius Abbas Buvonenſis, S. Dubritius & S. Samſon Epiſcopi facere ſingulis annis ſolebant. Inter alia quæ edidit prodi- Viri Sancti in Gallia. *Acta Ben. to. 1. p. 105. p. 174. n. 33. p. 184. n. 12.*

Sæculum VI. A.C. 574.

gia S. Senochius multis cœcis lumen reddidit. Obiit annos natus circiter quadraginta, cumque die trigesima Missa super ejus sepulchro (*) celebraretur, aliquis Mendicus membrorum rigore laborans velamen, quo Corpus defuncti tegebatur, osculatus sanitatem recuperavit. Exinde pluribus aliis Prodigiis ille locus claruit. Ecclesia Gallicana S. Senochii Memoriam 24. Octobr. veneratur, atque aliquis Pagus prope Lochias, (†) qui S. Senovii dicitur, eandem conservat.

Mart. Rom. 24. Oct.

† In Provincia Turonensi. Loches.

Alius Anachoreta cui nomen Leobardus in Cellula prope Monasterium S. Martini Turone degebat. Is, cum inter Monachum illius loci & vicinos orti essent jurgia, inde discedere cogitabat. Cumque Gregorius Episcopus ad S. Martini Monasterium pro more suo oraturus veniisset, Leobardus quid consilii cepisset, eidem aperuit. Gregorius affirmabat, Diaboli astu hanc ipsi cogitationem fuisse suggestam, eique Libros de Vitis Patrum & Instituto Monachorum (verisimile est, fuisse Cassiani Opera) legendos misit, qua lectione confirmatus facile illam tentationem superavit. Leobardus

Greg. vit. PP. c. 20.

(*) Exemplum Missarum in Die trigesima post obitum Defuncti celebratarum contra Protestantes.

bardus in Arvernia natus viginti duos annos in suo claustro transegit; labor vero ipsius erat, lapides ex monte excidere, membranas pergamenas conficere, & non nunquam scribere, ut malas cogitationes depelleret. Sæculum VI. A. C 574.

Gregorius vitas multorum Anachoretarum, ipsius ætate Virtutibus & Miraculis florentium, scripsit; ego vero illos tantum referam, qui hodie magis noti sunt, aut quorum Monasteria adhucdum visuntur, multa enim tunc celeberrima posterioribus temporibus ita deleta sunt, ut nequidem vestigia appareant, aliqua in Ecclesias Collegiatas, alia in simplices Parochias mutata. Ita nempe in ipsa urbe Turonensi Capitulum S. Venantii tempore Gregorii erat Monasterium, cui Silvanus Abbas præfuit; tunc nempe quando Venantius in Provincia Bituricensi natus relicta uxore, quamvis etiamnum Juvenis esset, vitam Monasticam amplexus est, & tantum profecit, ut defuncto Abbate in ejus locum sufficeretur. Deus Servi sui merita multis Revelationibus & Prodigiis declaravit, quorum pleraque Turone edita fuere ad ejus tumulum; nam tumulus ejus hodieque Turone peregrinantibus ostenditur, sed Reliquiæ Parisiis in Monasterio S. Germani de Pratis asservantur. *Cibar* seu latine Eparchius patria Petri-

Greg. vit. Patr. c. 16.

Greg. IV. hist. c. 8. de glor. Conf. c. 101.

Sæculum VI. A. C. 574.

corienſis Cellulæ ſe incluſit prope Incu-
lismam, ubi hodieque Monaſterium exi-
ſtit, quod ejus Nomen gerit. Multa e-
didit Miracula, cumque ipſius Exequiæ
ducerentur, magna captivorum, quos
redemerat, multitudo pompam funebrem
auxit. Obiit vero anno 581. prima Ju-
lii, illiusque memoriam Eccleſia eadem
die colit.

Act. Bened. to. p. 167. Mart. Rom. 1. Jul.

§ XXVIII.

Concilium Pariſienſe quartum.

Eodem anno, quo Gregorius Epiſcopus Turonenſis ordinatus eſt, nempe 573. Guntramus Rex omnes Regni ſui Epiſcopos Pariſios convocavit, ut Litem inter Reges Chilpericum & Sigebertum fratres ſuos ferventem componerent. At illi Epiſcoporum Arbitrium reſpuerunt. In eo Concilio, quod inter Pariſienſia quartum eſt, aderant Epiſcopi triginta duo. Præ cæteris eminebant Philippus Archiepiſcopus Viennenſis, Sapaudus Arelatenſis, Priſcus Lugdunenſis, qui ante breve tempus S. Nicerio ſucceſſerat, Conſtitutus Senonenſis, Labanus Auſcionenſis, & Felix Bituricenſis. Poſt hos ſex Metropolitas leguntur S. Germanus Pariſienſis, S. Felix Nannetenſis, S. Syagrius Auguſtodunenſis, Sagittarius Vapincienſis, S. Anacarius Antiſſiodorenſis, S. Quinidius Vaſionenſis, qui 15. Febr.

Greg. IV. hiſt. c. 42. to. 5. Conc. p. 318.

Mart. Rom. 15. Febr.

Febr. colitur. Omnes Episcopi in Ecclesiam S. Petri, seu S. Genofevæ convenerunt. Sæculum VI. A.C. 574.

Papulus Episcopus Carnutensis tradidit Patribus Libellum, in quo Causam proponebat in hunc modum: *Quamvis a Clericis & Civibus consentiente Metropolita Episcopus electus sim, nihilominus post elapsos paucos dies Promotus Diœcesis meæ Presbyter, qui domum suam nullis Antecessoris mei litteris munitus reliquerat, unam Ecclesiarum mearum, quæ Dunensis dicitur, Titulum Episcopatus obtendens, invasit, atque Bonorum Ecclesiasticorum in eadem Ditione sitorum, nescio qua Auctoritate, cepit. Obtestor vos, ut hæc molimina reprimatis. Quis enim vestrum parem injuriam Ecclesiæ suæ illatam æquo animo ferret?* Nempe Ægidius Archiepiscopus Rhemensis consecraverat Promotum Episcopum Castro-Dunensem accepto Mandato a Rege Sigeberto, in cujus Ditione hæc Civitas posita erat, cum Carnutum Chilperico pareret. Hinc Patres justam esse Papuli Querelam arbitrati ad utrumque Epistolas dederunt.

In Epistola ad Archiepiscopum Rhemensem dicunt Episcopi; hanc Ordinationem non tantum contra Canones pugnare, sed etiam sanæ rationi adversari, cum Civitas Dunensis, nec Pars Provin- *Greg. VII. hist. c. 17. Id. IV. c. 45.*

Sæculum VI. A. C. 574.

ciæ Rhemensis nec Galliæ Belgicæ esset. Ægydium itaque hortantur, ut Promotum deponat, & apud se retineat. Tum subjungunt: *Quia vero Germanus Episcopus Promoto denunciari jussit, ut ad Synodum veniret, & ipse recusavit, scias, nos decrevisse, ut, si vel propria temeritate impulsus, vel cujuscunque demum potentia nixus, usurpatam Dignitatem diutius retinere, Altaria benedicere, confirmare parvulos, ordinare Clericos, aut Papulo Episcopo suo resistere præsumat, a Communione separetur, & Anathemate feriatur, sicut etiam illi, qui, postquam hoc Decretum promulgatum fuerit, cum ipso communicabunt.*

In Epistola ad Sigebertum Regem Episcopi dicunt, credere se non posse, quod inaudito facinori consensisset, & rogant, ut Regia Potestate ad illud defendendum uti nolit, ne iram Dei in caput suum provocet.

Utraque Epistola eadem die tertio Idus Sept. anno Regum duodecimo Indictione sexta, nempe undecima Sept. anno 573. data. At effectum est nihil. Promotus Episcopatum suum Dunensem (quippe Episcopatum esse contendebat) quoad Rex Sigebertus in vivis egit, scilicet annis duobus, obtinuit.

§. XXIX.

Sæculum VI.
A. C 574.

§. XXIX.
Sigeberti Mors.

Cum Concilium Parisiense exorta inter Sigebertum & Chilpericum jurgia componere non potuisset, duo Principes in bellum cruentum proruperunt, quod Ecclesias, ut ait Gregorius Turonensis, pejus afflixit, quam olim Persecutio Diocletiana. Theodebertus Chilperici filius agros Lemovicenses & Cadurcenses populatus, Ecclesias incendit, Vasa Sacra abstulit, Clericos occidit, expulit Monachos, Virgines Sacras violavit. Sigebertus omnibus Provinciis Parisios usque vastationem attulit. Hinc S. Germanus datis ad Brunehildem Reginam Sigeberti Conjugem litteris per Sacra omnia rogat, ut Regis animum potius ad pacem ineundam inclinaret, quam ad bellum, cui faces subdere accusaretur, impelleret. Cogitare jubet, quam erubescenda sit victoria de fratre reportata, & quantum rebus suis uterque noceat, dum Domum propriam demolirentur, & pessumdarent relictam sibi a Parentibus Hæreditatem, quam filiis custodire oporteret. Incassum cecidere S. Viri preces. Sigebertus favente fortuna uti voluit atque Chilpericus Parisiis Rothomago & toto pene Regno pulsus Civitatis Tornacensis munimentis se includere

Greg. IV. hist. c. 42.

c. 44.

to. 5. Conc. p. 923.

Greg. IV. c. 45.

Sæculum VI. A. C. 575.

dere coactus est. Sigebertus Parisios intravit, Brunehildis quoque cum liberis advenit. Ille præmissis copiis, quæ Chilpericum in urbe Tornacensi obsiderent, cum jam viæ se accingeret, obsidioni adfuturus, a S. Germano sibi occurrente monetur: *Si vitam Fratris tui servaturus es, vives, & victor redibis, sin aliter, moriere.* Sigebertus spreto Viri Sancti consilio Vitriacum haud procul Duaco pervenit; at ecce dum totius Neustriæ Franci Regem novum recipiunt, dum salutant, & in scuto attollunt, ut ab omnibus conspiceretur, paulo post incautum duo Sicarii a Fredegunda Chilperici Uxore immissi obtruncant. Annus volvebatur Regni ejus decimus quartus Christi 575. Filium ejus Childebertum quinquennem, Parisiis evocatum, Regem proclamarunt. Remansit ibi Brunehildis, quam Chilpericus haud diu postea adveniens Rothomagum in Exilium misit. Interim copiarum parte Meroveo filio suo tradita jubet in agrum Pictaviensem movere. Verum Princeps juvenis cum Turonem perveniisset, simulans, ire se ad Matrem suam Audoveram, qua repudiata, & Cenomanum relegata, Chilpericus Fredegundam duxerat, Rothomagum venit, & fœdere cum Regina Brunehilde inito Conjugem accepit, Patrui viduam. Chilpericus hoc facto vehe-

c. 46.

Greg. V. hist. c. 1.

c. 2.

vehementer offensus Rothomagum contendit. Meroveus & Brunehildis ad Ecclesiam S. Martini intra muros illius Civitatis constructam confugiunt, cumque trepidantes & sibi caventes Chilpericus dolo permovere non posset, ut exirent, edito juramento promisit, si Dei voluntas esset, ut in conjugio viverent, non coacturum se eos, ut separentur, scilicet, si Matrimonium eorum legitimum judicaretur. Ipsi jurata Regis Fide accepta ex Ecclesia prodierunt. Chilpericus ambos amplexu strinxit, & convivio adhibuit. Tum Brunehilde Rothomagi relicta Meroveum Suessionem abduxit. Accidit vero, ut non multo elapso tempore latrones Regem aggrederentur; exinde suspicione de Meroveo concepta, arma quibus accinctus procedere solebat jussit auferri, & custodes dedit. Postea eundem tonsura insigniri, & vestem clericalem induere præcepit, tandem Presbyterum ordinatum Meduanam in Monasterium S. Calesii misit, vitæ Ecclesiasticæ institutis imbuendum.

Sæculum VI. A. C. 575.

c. 3.

§. XXX.

S. Germani Parisiensis obitus.

Sanctus Germanus Episcopus Parisiensis e vivis excessit anno 576. 28. Maji die, qua ipse prædixerat; nam paucis ante obitum

Greg. V. hist. c. 8. *Fortun. vit. in fin.*

Sæculum VI. A. C. 576.

bitum diebus vocatum ad se Notarium suum jussit supra lectisternium hæc verba scribere: *Quinto Cal. Jun.* nempe 28. Maji. Annum ætatis attigit circiter octogesimum. Magna dicendi vi, cum concionabatur, veritatem auditorum suorum animis ingerebat. Ipso ad Mensam, cum reficeretur, sedente Libri pii prælegebantur. Si iter faceret, de Deo loquebatur, aut Divinas Laudes canebat. Officium semper nudo capite, etiam equitans, & pluviis vel nivibus cadentibus recitabat. Sæpe surgebat nocturno tempore, & in Ecclesia Psalmos quinquaginta decantabat, priusquam alios e somno excitaret, tumque membris frigore rigescentibus cubitum redibat, ut nemo sciret, ipsum vigilasse. Sæpe etiam in Ecclesia ab hora noctis tertia nempe nona usque ad lucem diei, Clericis in cantione Nocturnorum sibi invicem succedentibus, solus perseverabat. Quamvis vero tam prolixa oratione esset fatigatus, tamen pauperum & afflictorum preces & questus audiebat, imo & ipse prior, quo auxilii genere indigerent, interrogabat.

S. Germani vitam scripsit Fortunatus, qui multa edita miracula narrat, & aliqua etiam quibus ipse testis adfuit. Personas, locum, & adjuncta indicat.

c. 63. Cum S. Germanus in urbem Bituricensem

sem ad ordinandum Episcopum Felicem anno 560. venisset, vir Judæus, cui nomen Sigericus, ipso prædicante conversus est; at uxor illius docentes audire respuebat. S. Germanus, illis, quos ad colloquendum mulieri miserat, nihil proficientibus, ipse accessit, & pervicaciter oculos ab ipso avertentis frontem tetigit. Illico adstantes scintillas & fumum ex naribus fœminæ prorumpentem viderunt. Fassa est deinde mulier, obstitisse aliquid, ne faciem Viri Sancti valeret aspicere. Igitur cum tota domo sua ad Christianorum Sacra admitti petiit, pluribus aliis Judæis hujus Familiæ exemplum sequentibus. Sub idem tempus & annum circiter 560. S. Germanus Augustodunum, cum Syagrius ordinaretur, delatus, Florentinum virum illustrem, sequente tempore Episcopum Matisconensem, ita ictum, ut oculus prominere ex capite, sanavit. S. Germanus Sepulchrum nactus est in Oratorio S. Symphoriani prope Ecclesiam S. Vincentii, quæ, nam corpus ejus eo translatum fuit, ab ipsius nomine dicitur. Rex Chilpericus S. Germano Epitaphium versibus latinis concinnavit. Successor ejus in Sede Parisiensi fuit Ragnemodus Discipulus ipsius, quem alii Raymundum appellant.

Sæculum VI. A. C. 576.

c. 64.

§. XXXI.

Sæculum VI.
A. C. 576.

§. XXXI.

Meroveus Turone.

Raimundus haud diu post suam Ordinationem Turonem profectus, ibi illo tempore erat, quando Meroveus Chilperici filius in illa Civitate Refugium quæsivit. Guntramus Boso ex Sigeberti Regis Ducibus aliquis, tunc in Ecclesia S. Martini Turonensis versatus, comperto, quod Meroveus ad S. Calesium confugisset, misso ad eum Riculfo Subdiacono, suasit, ut ad idem Asylum, in quo ipse esset, veniret. Itaque Meroveus Turonem se contulit, intravitque Ecclesiam S. Martini tecto capite & vestem sæcularium gerens, quamvis Presbyter fuisset ordinatus. Tunc forte Gregorius Episcopus Missam celebrabat Ecclesiæ portis cuilibet apertis. Missa finita Meroveus Eulogias (*) petiit (ita reliquiæ panis oblati & non consecrati vocabantur) renuit dare Episcopus; tunc vero Meroveus elata voce dicere; male agere Gregorium, quod non requisito consensu aliorum Episcoporum se a Communione separaret. Gregorius Raimundi

(*) Ex his videmus, illa ætate non tantum communicationem Corporis Christi, sed etiam participationem istarum Eulogiarum signum Communionis fuisse.

di Episcopi Parisiensis tunc præsentis opinionem exquisivit, & ipso suadente Eulogias Meroveo porrexit, timens, ne Princeps juvenis, si, quod petebat, denegaretur, in cædes prorumperet illorum, quibus mortem minitabatur. Gregorius ad Regem misit Diaconum, ut fugam Merovei cum Marito Neptis suæ, cui res in Aula gerendæ fuerant, indicaret. At Fredegunda Diaconum, & socios ejus esse exploratores suspicata effecit, ut in exilium pellerentur, & Chilpericus ad Gregorium Episcopum misit, qui suo nomine dicerent: *Ejice ex Ecclesia Apostatam, nisi feceris, totam illam Regionem incendam.* Episcopus datis litteris respondit: *Quis credat, id sub Rege Christiano futurum, quod Hæreticorum tempore nunquam factum?* Gregorius Hæreticorum nomine Gothos Arianos designat, qui S. Martini Asylo honorem habuerant. Accepto hoc Responso Chilpericus Exercitum profectionem suscipere in agros Turonenses jussit. Id anno secundo Childeberti seu Christi 577. contigit. Sæculum VI. A. C. 577.

Meroveus videns Patrem flecti non posse, consilium cepit eundi ad Brunehildem, quæ in Regno Childeberti Filii sui degebat, nam dicebat: *Avertat Deus! ut S. Martini Ecclesia mei causa vim militum patiatur, aut ejus fundi usur-*

Sæculum VI. A. C. 577. *pentur.* Interim Guntramus Boſ.o in eodem Aſylo hærens mulierem Divinationibus quæſtuoſam conſuli juſſit, quæ reſpondit; Chilpericum Regem hoc anno moriturum, Meroveum captis fratribus totum Regnum invaſurum, Boſonem, poſtquam annis quinque Reipublicæ præfuiſſet, ſexto in Civitate ad Ligerim poſita nempe Turone Epiſcopum futurum.

Meroveus. Rex vero Chilpericus cum certiſſimum crederet, filium ſuum Theodebertum in prœlio, regnante adhucdum Sigeberto, commiſſo a Boſone fuiſſe occiſum, et loco Aſyli eundem rapturus, miſit Diaconum cum Epiſtola ad Sepulchrum S. Martini, in qua Virum Sanctum rogabat, ut ſibi reſcriberet, (*) an liceret Boſonem ex ipſius Eccleſia rapere. Diaconus hac Epiſtola & alia tabella litteris vacua, S. Martini Sepulchro impoſita per triduum expectavit Reſponſum, & nullo accepto ad Chilpericum rediit. Is miſſis aliis miniſtris juramentum a Boſone exegit, ex illa Eccleſia nunquam exiturum Rege ignaro. Juravit Boſo teſtem compellans Altaris mappam; ſed nulla ei juramentorum ſuorum Religio erat.

Meroveus quoque Hariolæ non fidens ſuper Sepulchrum S. Martini, Libros tres Pſalte-

(*) Maxima certe fuit hujus Regis, iſtiusque Diaconi, ne quid pejus dicam, ſimplicitas.

Psalterium, Regum, & Evangelia posuit, & tota nocte vigilans rogabat Sanctum, ut, quæ de se decreta sciret, & an regnaturus esset, revelaret. Tum tribus diebus in jejuniis, vigiliis & orationibus exactis ad Sacrum tumulum accedens Librum Regum aperuit, primusque versiculus illius paginæ, quæ occurrit, fuit: *Quia dereliquisti Dominum Deum tuum & secutus es Deos alienos, ideo tradidit te in manus inimicorum tuorum.* Aliorum quoque duorum Librorum textus mali ominis erant. Itaque Meroveus, postquam longo tempore ad Sepulchrum S. Martini flevisset, cum Bosone sub quingentorum virorum præsidio recessit, & ad Brunehildem contendit. Hic iterum Exemplum videmus illius Divinationis, quæ Sors Sanctorum dicebatur, non obstante, quod hæc res in plurimis Conciliis fuerit prohibita.

Sæculum VI. A. C. 577.

3. *Reg.* 9. 9.

§. XXXII.

Concilium Parisiense Quintum. Pretextatus.

Interea cum ad Chilpericum fuisset delatum, Pretextatum Episcopum Rothomagensem Populum largitionibus ad perfidiam sollicitare, eum vocavit ad Regiam, & plurima ex ipso quærens intellexit, Brunehildem eidem Bonorum suo-

Greg. V. c. 19.

Sæculum VI. A. C. 577.

rum partem contractu depositi initio tra-
didisse. Ergo Bonis occupari jussis, Pre-
textatum custodiæ dedit, donec ab Epis-
copis judicaretur. Hoc Consilio Pari-
sios convocavit Episcopos quadraginta
quinque, qui Synodum in Ecclesia S. Pe-
tri celebrarunt. Omnibus congregatis
Rex in Pretextatum invectus est in hunc
modum: *Episcope! quid te impellere po-*
Id. VII. c. 16 *tuit, ut Meroveum hostem meum, qui fi-*
lius esse debuerat, cum Affine sua matri-
monio jungeres? Num, quid Canones hu-
super re statuissent, ignorabas? Sed hi
multo pejora molitus es. Cum eo conju-
rasti & fidem meorum multis donis sol-
licitasti, ut me interficerent. Eripuisti
filium, & inimicum effeciſti. Populum
meum data pecunia corrupisti, ut juri-
tam mihi fidem frangeret, & Regnum
meum alteri tradere voluisti. Rege ita
loquente Franci, qui frequentes adsta-
bant, stimulante ira Ecclesiæ portas dis-
rumpere, & protractum Episcopum la-
pidibus obruere parabant, nisi Rex pro-
hibuisset. Quia vero Pretextatus ea,
quæ Rex objiciebat, inficiabatur, prodi-
re jussi sunt testes, varia dona exhiben-
tes, quæ ipsis, ut ajebant, eum in finem
dederat, ut ad jurandam Meroveo fidem
excitarentur. Respondit: *Verum dici-*
tis: sæpe ad vos dona misi, sed non eo a-
nimo, ut Rex e Regno suo pelleretur. Bo-
nos

nos equos resque alias mihi donastis, quid mirum, quod vices reddere & gratum animum ostendere voluerim? Sæculum VI. A. C. 577.

Chilperico ad Regiam reverso Episcopi remanserunt in Aula secreta Ecclesiæ S. Petri sedentes; cumque consilia conferrent, Aetius Ecclesiæ Parisiensis Archidiaconus derepente ingressus ait: *Audite me Episcopi hic congregati! hodie occasio se vobis offert acquirendi famam & Gloriam; si vero cessatis, & ignavia vestra fratrem perdiderit, nemo vos Episcoporum nomine dignos censebit.* Nullus Archidiacono verbum respondit; omnes enim furorem Reginæ Chilpericum ad iracundiam stimulantis formidabant. Tacentibus omnibus Gregorius Turonensis dixit: *Aures date sermoni meo, Episcopi Sancti! vos vero præpri-* Concilium Parisiense. *mis, quorum familiaritati Rex adsuevit. Consilium suggerite Episcopis dignum, ne concitet in se iram Dei, cujus Ministrum lædit, atque tam Regnum, quam Gloriam amittat.* Omnibus adhucdum silentium tenentibus, addidit: *Memores estote verborum Prophetæ dicentis: Si Speculator viderit hominem peccantem, & siluerit, perditæ animæ reus est.* Tum attulit novissimum exemplum Clodomiri, qui spreta S. Aviti admonitione Sigismundo non pepercisset, & etiam antiquius exemplum Imperatoris Maximi, qui

Ezech. 33. 6.

Sup. Lib. XXXII. §. 1.

Sup. Lib. XVIII. §. 59

Sæculum VI. A. C. 577.

qui S. Martinum compulisset, ut cum I tacianis communicaret. Attonitis E piscopis ad hæc omnia vox faucibus ha sit: sed duo eorum, ut Regi adulare tur, e cœtu egressi eidem retulerunt, ne minem magis Gregorio Regis partibu adversari.

Illico Gregorius a quodam Aulicorum ad Regem vocatus, invenit eum stanten penes hortense umbraculum. Dextr lateri Bertramus Episcopus Burdegalen sis & sinistro Raymundus Episcopus Pa risiensis aderant. Ante eos mensa pan & variis eduliis onerata. Rex, ubi Gre gorium conspexit, dixit: *Episcope! Ju stitia a te exigit, ut cuique suum tri buas; mihi vero, quod meum est, non tri buis; sed iniquis faves, & vetus Ada gium confirmas, corvum corvo assiden* Gregorius respondit: *Si quis nostrum a via justitiæ declinat, potes, Domine! er rantem corrigere; si autem tu aberra quis te in rectam semitam reducet? Lo quimur tibi, & audis nos, si volueris, s autem repugnaveris, quis te damnabit, n si ille, qui dixit, se ipsum Justitiam esse!* Rex iratus respondit: *Omnes reliqu Causæ meæ æquitatem agnoscunt, tu solu oculos claudis. Scito autem, quid factu rus sim, ut bonam opinionem de te popul eximam, & improbitatem tuam omnibu patefaciam; populum Turonensem convo*

cabo,

cabo, & dicam: Exclamate in Gregorium, a quo jus ſuum obtinere nemo poteſt. Tum omnibus ita clamantibus ego addam: Ego ipſe, quamvis Rex ſim; quod juſtum eſt ab hoc viro impetrare non poſſum. An improbus ſim, reſpondit Gregorius, *ille ſcit, qui novit ſecreta cordium. Quis vero illos in populo clamores excitaverit, nemo ignorabit, & magis tibi, quam mihi nocebunt. Cui autem bono tot ambages? Legem habes & Canones. Hos conſule, ſi contempſeris, ſcito, Dei Judicium tuis cervicibus impendere.* Sæculum VI. A.C. 577.

Tum Rex, ut irritatum deliniret, oſtendit illi pulmentum ante ipſum appoſitum, dicens: *Id tibi parari juſſi. Nihil ineſt niſi caro volatilium & modicum ciceris.* Credere debemus, Gregorii ſicut & aliorum Sanctorum Epiſcoporum alimentum quotidianum fuiſſe legumina, & eos aliquando potius comediſſe avium carnes, quam quadrupedum, quod hæ maxima nutriendi vi eſſent præditæ. Videns igitur Gregorius quod blandiri ſibi vellet Rex, dixit: *Cibus noſter ſit, ut omni tempore voluntatem Dei faciamus, & his deliciis non retardemur. Tu vero, qui alios Injuſtitiæ arguis, ſponde, te nec Legem, nec Canones transgreſſurum.* Rex dextera extenſa per Deum Omni- Gregorius Turonenſis.

Sæculum VI. A. C. 577.

potentem juravit. Tum Gregorius sumto pane & vino recessit. Noctu, decantatis Nocturnis, Gregorius audiens, fores valide pulsari, misit, qui aperirent. Aderant aliqui a Fredegunda missi, qui venerant rogaturi, ne Reginæ Voluntati obsisteret, atque ducentas argenti libras se ei daturos pollicebantur, si suo suffragio Pretextatum damnaret, addebant, cœteros Episcopos omnes ipsis idem promisisse. Gregorius respondit: *Etiamsi mihi mille auri argentique pondo daretis, num aliud possum facere, quam quod Deus præcipit? Id solum vobis promitto, facturum me, quod cæteri secundum Canones decreverint.* Missi a Fredegunda non capientes, quid diceret, gratias egerunt, & reversi sunt. Mane quidam ex Episcopis ad eum venerunt, suaseruntque idem facinus, quibus ille eadem, quæ prioribus respondit.

§. XXXIII.

Sessio secunda.

Omnibus Episcopis in Ecclesia S. Petri congregatis adfuit Rex tempore matutino, & dixit: *Episcopus furti reus secundum Canones deponendus est.* Interrogarunt, quisnam Episcoporum furti accusaretur. Respondit Rex: *Vidistis res nostras, quas furatus est.* Scilicet ante triduum ostenderat eis duas sarcinas

nas variis rebus pretiosis plenas, quarum valor ultra tria solidorum millia æstimabatur, & saccum unum, in quo duo solidorum millia æris signati continebantur, dicens, hæc omnia sibi a Pretextato furto ablata. *Credo*, dixit Pretextatus, *memoria tua necdum excidisse, me illo tempore, quo Brunehildis Regina Rothomago discessit, ad te venisse, & dixisse, quinque sarcinas rerum ad eam pertinentium apud me esse depositas, sæpe famulos ab ea missos illas a me repetere, sed nolle me illas, sine tuo imperio, reddere. Dixisti mihi: Redde huic mulieri omnia, quæ ejus sunt, ne forte id inter me & Childebertum Nepotem meum discordiæ causa existat. Itaque Rothomagum reversus, ministris Brunehildis reddidi sarcinam unam, quia plures portare non poterant. Redierunt, petentes etiam reliquas. Rursus ego, quid jubéres, exquisivi. Dixisti mihi: Redde, abjice hæc omnia, ne sint occasio scandali. Venientibus famulis iterum duas sarcinas dedi, duæ apud me remanserunt. Cur igitur me hodie calumniaris, & furti accusas, ubi solummodo de Depósito agitur?* Rex reposuit: *Si Depósitum fuit, quare sarcinam unam effregisti? Quare pannum ex auro textum rapuisti, & divisisti dandum hujusmodi hominibus, qui me Regno exuere molie-*

Sæculum VI. A. C. 577.

Sæculum VI. A.C. 577. *bantur? Jam semel tibi dixi*, respondit Pretextatus, *homines illos dona ad me attuliſſe, cumque non haberem, quod referrem, aliqua ex ſarcinis accepiſſe; meas enim eſſe reputabam res Merovei Filii mei, quem ex fonte Baptismi levavi.*

Rex Chilpericus pudorem non ferens exiit, & vocatis ſuorum fidiſſimis ait: *ſcio Epiſcopum vera loqui, ſed tamen dandum aliquid Reginæ precibus; quid faciam?* tum addidit: *ite ad Epiſcopum, & veſtro quaſi nomine ſuggerite conſilium:*

Pretextatus. *ſcis lenis ingenii virum eſſe Chilpericum Regem, & ad ignoſcendum pronum. Humiliare coram ipſo, & fatere te feciſſe, quod exprobrat. Deinde nos omnes ad pedes Regis proſtrati impetrabimus, ut tibi veniam concedat.* Decipi ſe paſſus eſt Pretextatus his ſermonibus, promiſitque facturum ſe, quod rogabatur. Altera die congregatis in eodem loco Epiſcopis, Rex ad Pretextatum: *Si ideo ſolum illis hominibus dona largitus es, ut gratum animum oſtenderes, quare exegiſti, ut fidem juravent Meroveo?* Pretextatus reſpondit: *fateor, me ab ipſis petiiſſe, ut Merovei amici eſſe vellent, & ſi potuiſſem, non hominem ſolummodo, ſed etiam Angelum de Cælo in opem luſtrali filio compellaſſem, quia, ut dixi, ejusdem, cum baptizaretur, Pater Spiritualis extiti.* Cumque acrius contendere inciperet

ciperet Rex, Pretextatus in pavimentum prostratus dixit: *peccavi in Cælum & in te, Rex misericordissime! latro sum abominandus. Volui te occidere, & Filium tuum solio tuo imponere.* Rex econtra ad pedes Episcoporum demissus dicebat: *auditis, piissimi Episcopi! tetrum facinus confitentem.* Episcopi obortis lacrymis a terra attollunt Regem, qui Pretextatum Ecclesia excedere, & in domum suam redire jussit. Sæculum VI. A.C. 577.

Rex deinde Patribus Concilii misit Librum Canonum, cui adjunctus erat novum volumen, Canones Apostolorum, ut obtendebatur, continens, in quibus legebatur sequens Decretum: *Episcopus homicidii, adulterii & perjurii convictus Sacerdotio privetur.* Audita hac lectione, cum Pretextatus adstaret attonitus, Bertramus Burdegalensis ad eum dixit: *audi, Frater mi! quia iratum tibi Regem habes, in nostra Communione esse non potes, priusquam tibi reconciliatus fuerit.* Postulabat deinde Rex, ut Pretextati tunicam scinderent in signum Depositionis, vel supra caput ejus Psalmus centesimus octavus, in quo maledicitur Judæ, recitaretur, vel in eum Sententia Excommunicationis perpetua scriberetur. Gregorius Regis voluntati reluctabatur, objiciens illius sponsionem, nihil contra Canones facturum. Tunc

Pretex-

Sæculum VI. A. C. 577.

Pretextatus ex conſpectu Epiſcoporum abductus, & carceri datus eſt, unde noctu elapſus, e fuga retrahitur, crudelem in modum cæditur, & in Inſulam maris prope Conſtantiam, forte illam, quæ hodie *Jerſai* dicitur, relegatur.

Hic exitus fuit hujus Concilii, cujus Acta Gregorius Turonenſis nobis ſcripta reliquit. In ſedem Pretextati ſuffectus eſt Rothomagi Melanius, qui illam usque ad obitum Chilperici tenuit. Liber Canonum, quem Chilpericus ad hujus Concilii congregatos Patres miſit, Dionyſii exigui Collectio fuiſſe creditur, ſi Canones Apoſtolorum exceperis, qui ſuppoſititii & ſpurii reputabantur. Canon in hoc Concilio Pariſienſi lectus numero vigeſimo quarto occurrit, ſed adjecta erat vox homicida, quæ in ipſo Textu non legitur.

Greg. VII. hiſt. c. 16. & 19. v. Coint. an. 577. n. 26. 42.

Hoc anno 577. Childeberti ſecundo diverſæ, qua die Paſcha celebrandum eſſet, opiniones fuere. Roma & totus Oriens ſecundum computationem Alexandrinorum & Dionyſii Exigui illam Feſtivitatem 25. Aprilis celebrarunt. Eccleſia Turonenſis & quædam aliæ in Gallia 14. Cal. Maji. ſeu 18. Aprilis, ſecundum Cyclum Victorii. Iterum aliæ cum Hiſpanis 21. Martii ipſo æquinoctii die hoc Feſtum agendum eſſe putarunt.

Greg. V. hiſt. c. 17.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Sæculum VI.
A. C. 577.

Benedictus Papa moritur. Pelagius II. Papa.

Eodem anno 577. obiit Benedictus Papa *Lib. Pont. Sup. n. 21.* postquam Pontificatum gessisset annis quatuor, sepultusque est ad S. Petrum trigesima prima Julii. Una ordinatione Mense Decembri creavit Presbyteros quindecim, Diaconos tres & in diversis locis Episcopos viginti & unum. Successorem habuit Pelagium II. Romanum Vinigildi filium, qui annis duodecim sedit. Consecratus est non expectato Imperatoris Mandato, cum Longobardi Romam obsiderent, & totam va- *Greg. III. Dial. c. 27.* starent Italiam, imo multis Martyrii occasio essent, aliquando enim captos quadraginta ruricolas ad comedendas carnes Idolis immolatas, morte denunciata nisi facerent, compellere voluerunt, & constanter recusantes optimos homines ad unum omnes necarunt. Rursus Longobardi alios quadraginta captivos, *c. 28.* quod caput capræ Dæmoni immolatæ adorare nollent, interfecerunt. Iidem *Greg. II. Dial. c. 17.* Monasterium Montis Cassini, sicut S. Benedictus prædixerat, everterunt; at secundum ipsius vaticinium Monachorum nullum comprehenderunt. Noctu Fratribus dormientibus irruentes diripuerunt

Sæculum VI. A. C. 577.

runt omnia. Monachi Romam confugerunt, Librum Regulæ cum quibusdam aliis codicibus, mensuram panis & vini, & quæcunque alia de supellectili servare potuerunt, secum portantes. Illo tempore præerat illis Abbas Bonetus seu Bonitus a S. Benedicto quartus. Primus fuerat Constantinus, secundus Simplicius, & tertius Vitalis. Pelagius Papa Monachis Romam confugientibus licentiam fecit ædificandi Monasterium prope Ædes Lateranenses, cujus primus Abbas Valentinianus fuit.

V. Chr. Cass.
Greg. II. Dial. præf.

§. XXXV.

S. Gregorii Initia.

Joan. Diac. vit. Sanct. Greg. l. 1. c. 26.

Pelagius Papa, ut Longobardorum vis reprimeretur, missis ad Imperatorem Legatis auxilium poposcit. Ad tantum negotium adhibuit Gregorium illo tempore Ecclesiæ Romanæ Diaconum postea Papam, Virum Sæculi sui Principem. Is Romæ natus erat ex genere nobili. Gordianus Pater ejus ex ordine Senatorio maximas opes possidebat, Mater ipsius Silvia inter Sanctas tertia die Nov. colitur. Inter Majores numerabat Papam Felicem IV. cujus Neptes Tarsilla & Æmiliana etiam Sanctarum numero adscriptæ sunt. Gregorius Romæ Prætor fuit, videlicet supremus amplissimæ Urbis in Causis civilibus

Mart. Rom. 3. Nov.
Joan. c. 1.
Mart. R. 24. Dec. & 5. Jan.
Joan. Diac. c. 4.

vilibus Judex. Jam tunc totum se Deo addicere decreverat, credebatque se etiam holosericis indutum vestibus, & gemmis fulgentem, illo nempe habitu, qui dignitatem ejus decebat, Cœlo servire posse; at dum plurimis negotiis implicatur, brevi cognovit, animum suum non solum in speciem Mundo inhærere, sed veris vinculis captum esse. Diu tamen distulit toto corde converti; tandem cum Mors Parentis liberam facultatem de Bonis suis decernendi dedisset, sex Monasteria in Sicilia fundavit, & Fundos, unde sufficientes reditus acciperent, donavit. Septimum quoque Monasterium construxit in propriis ædibus in Honorem S. Andreæ dedicatis. Cœnobium istud hodieque existit, & a Camaldulensibus incolitur.

Sæculum VI. A. C. 577.

Præf. mor. in Job. Joan. c. 5. Greg. Tur. Lib. X. c. 1.

In hoc Monasterio Gregorius vitam transigere statuit, abjectoque Senatorio amictu & pretiosa supellectile, quam in pauperes distribuit, habitum Monasticum induit. Principio sub Disciplina Hilarionis Abbatis, & deinde Maximiani fuit. Continuis jejuniis & Sacrorum librorum lectione ipsius stomachus ita debilitatus, ut sequente tempore, nisi frequenter aliquid cibi caperet, sæpe omni sensu destitueretur. Id vero maxime dolebat, quod etiam Sabbato Sancto jejunare non posset, qua die, inquit Joannes

Joan. c. 7.

Sæculum VI. A.C. 577.

nes Diaconus, omnis ætas & sexus atque etiam parvuli jejunant.

In Monasterio S. Andreæ degebat Monachus nomine Eleutherius olim numerosæ Congregationis prope Spoletum Præpositus, qui mortuum resuscitasse ferebatur. Hunc socium assumens Gregorius in oratorium se contulit, & inter largas lacrymas Deum precatus est, ut sibi saltem illo die Sancto jejunare posse daretur. Ecce! elapso modico intervallo ita confirmatum sensit stomachum, ut nec sumendi cibi necessitas nec ægritudinis memoria remaneret. Quamvis autem infirma esset valetudine, continuo tamen vel orabat, vel legebat, vel scribebat, vel dictabat. Nullo alio alebatur nisi legu-

Joan. c. 3.

minibus crudis, quæ ipsi Mater sua Silvia præparabat. Illa tunc in locum, qui Cella nova dicebatur, prope S. Pauli portam se receperat, ubi postea Oratorium ab ejus nomine nuncupatum, & celebre S. Sabæ Monasterium extructum. Mittere solebat filio dicta legumina diluta in patera argentea, quam aliqua die Gregorius, cum nihil amplius sub ma-

c. 6.

nibus esset, pauperi dedit. Jam tunc Abbatis munere in Monasterio suo S. Andreæ fungebatur; quamvis enim magis obedire cuperet, unanimis tamen Fratrum consensus ad capessendum Regimen compulit.

Cum

Cum quadam die Gregorius in Foro Romano ambularet, vidit ibi venalia mancipiorum corpora candore & forma præstantissima. Quærenti, ex qua Regione hos homines advexissent, mercator respondit: *ex Insula Britanniæ, cujus Incolæ omnes æque ac isti formosi sunt.* Rursus Gregorius interrogare, an essent Christiani. Dixit Mercator: *non sunt, sed adhucdum Gentiles.* Tum Gregorius altum suspirium ducens: *heu dammum! quod tam pulchræ facies sub potestate Dæmonis premantur.* Præterea ex Mercatore comperit, esse illos ex Gente Anglorum, & Provincia, quæ tunc *Deïri*, nunc Ducatus Eboracensis dicitur. Illico S. Gregorius Benedictum Papam adiit, instantissime rogans, ut Verbi Divini Præcones in Britanniam mitteret, & sciens, neminem difficilem profectionem in se susceperturum, se ipsum mittendum offerebat, si Papa consentiret. Quamvis populus & Clerici Romani repugnarent, consensit Papa, precatus, ut Deus magnis cœptis benediceret. At Romani absentiam viri non ferentes consilio inito, in tres cohortes divisi vias tres, qua Papæ ad S. Petrum ituro transeundum erat, obsederunt, cumque procederet, clamarunt: *S. Petrum offendisti, urbem Romam perdidisti, dum Gregorium abire permisisti.* Papa ad hos cla-

Sæculum VI. A.C. 577.

c. 21.

Sæculum VI. A. C. 577.

mores expaveſcens protinus curſores mi
ſit, qui revocarent Gregorium. Is ſtre
nue confecto trium dierum itinere ſocios
ut feſtinarent, urgebat prævidens, quo
erat futurum; at a curſoribus Papæ oc
cupatus, iterum dolens & invitus Mo
naſterii ſui curam & Regimen reſumen
c. 25. cogitur. Benedictus Papa videns, quan
tum in via virtutis proficeret, ex ill
quiete evocatum ordinavit, & unum e
ſeptem Eccleſiæ Romanæ Diaconis eſſ
juſſit. Gregorius non minore humilita
te quam diligentia Diaconi munus ſubii
Pelagius Papa eundem haud diu poſte
Apocriſiarium ſeu Nuntium Conſtantino
polim miſit.

§. XXXVI.

Juſtini Obitus. Tiberius Imperator

Evagr. V. c. 11. 13. *Theoph. p.* 208. 210.

Alia interim in Aula Cæſarea ſucceſſe
rat rerum facies. Juſtinus phrene
correptus Tiberium uxoris ſuæ Sophiæ
Imperatricis conſilium ſecutus anno 574
Regni ſui octavo Indictione octava ſepti
ma die Sept. Cæſarem pronunciavit, &
cognomentum Conſtantini addidit. Ti
berius natus in Thracia ſtatura media
crem excedente & optimo vultu præpri
mis ob clementiam, animum ab avaritia
alienum & munificentiam laudatur
Quamprimum ſuo arbitrio regnare licuit
unius anni cenſum omnibus populis remi
ſit, &

Chr. Paſch. p. 376. *Joan. Bicl. an.* 8. *Juſt. Suid. Tiber. C. P.*

Sæculum VI. A.C. 577.

sit, & illis præ aliis succurrit, quos Persarum latrocinia ad incitas redegerant. Populos paterno amore complexus summum Gloriæ apicem attingere sibi videbatur, si eos felices reddidisset.

Evagr. V. c. 13.

Joanne Scholastico Patriarcha Constantinopolitano 31. Aug. Indictione decima nempe anno 577. fatis functo, statim populus magnis clamoribus ab Imperatoribus expetiit S.Eutychii reditum, & impetravit. Is duodecim abhinc annis Amaseam Ponti Metropolim in suum Monasterium se receperat. Multa ibi ediderat miracula præsertim circa infirmos, quos adhibito oleo benedicto sanabat. Populis quoque Provinciarum vicinarum, quas Persæ vastaverant, tempore famis oppitulatus est. In ejus Monasterio aliquando farina miraculo multiplicata inventa. A Constantinopolitanis exceptus est Eutychius ea pompa, quæ JEsu Christo triumphanti, cum Jerosolymam ingrederetur, conferri poterat; quippe Vir Sanctus asino insidebat, palmas portabat populus, & pallia in via, qua transitus erat, sternebant. Omnes magnis clamoribus lætitiam profitebantur, thus incendebatur, lucernæ innumeræ illam noctem in Civitate illustrissimam effecerunt, ubique gaudentium vocibus resonabant ædes. Intravit vero Die Dominica tertia Octobr. anno 577.

Theoph. p. 209.

Vit. S. Eutych. c.

Sup. n. 15.

Vit. ap. Boll. 6. Apr. c. 6.

c. 7.

Sæculum VI. A.C. 578.

& officium celebravit ad S. Sophiam ubi tantus fuit concursus populi Com munionem ab ipsius manu accipere ei petentis, ut eam accedentibus porrige do a tertia usque ad nonam seu sex inte gris horis improbo sed pio labore fatig tus fuerit.

Anno sequente 578. Justinus Imper tor sentiens sibi vires deficere, Tiberiu Imperatorem edixit, & 26. Sept. Ind ctione duodecima corona ornari jussi Justinus ultra dies octo huic coronati ni non supervixit, obiitque quinta Oct bris, postquam in hanc usque diem r gnasset annis ferme duodecim. Ergo T berius imperabat, cum Pelagius Papa Gregorium Constantinopolim misit.

§. XXXVII.

S. Gregorius Eutychio resistit.

Joan. vit. l. 1. c. 26. Greg. præf. mor. Id. III. dial. c. 36.

Gregorius in hac Legatione consuetu dines Monasticas non dimisit, sed aliquot suæ Congregationis Monacho itineris comites elegit, ut ipsorum exem plo ad orandum excitaretur, & eorum dem societate animum negotiorum tem poralium tumultu fatigatum recrearet. Maximianus quoque Abbas Monasterii S. Andreæ, & postea Episcopus Syracusa nus cum aliquot Monachis Constantino polim, ut S. Gregorio loqueretur, pro fectus

fectus est. In reditu navem, qua Gregorius vehebatur, ingens procella jactavit; cumque comites ejus jam certissimam mortem expectarent, dato & accepto pacis osculo Corpore & Sanguine Domini Nostri se munierunt. Feliciter tamen portum attigerunt. Hæc exinde S. Gregorius tanquam miraculum enarrabat. Ex his dispicimus, Evchariſtiam in itineribus, & etiam maritimis, fuisse deportatam. (*)

Sæculum VI. A. C. 578.

V. Sup. L. XVII. n. 11.

H 3 S.Gre-

(*) Unser Protestant, welchem die Tadelsucht wider die Römischen Päbste die Feder führet, hat nebst unzähligen andern Fehlern vom Anfang dieses Abschnitts das Wort Apostel hinein gesetzet: dieſe Bedienung bewegte inzwiſchen den Apoſtel nicht ſein Kloſterleben aufzugeben. Das Wort Apostel schicket sich daher nicht; denn Gregorius war nach Constantinopel gesandt worden, damit er bey dem Kayser Hülfe wider die Longobarder suchte.

Hier hat er die Worte: on voit ici quæ l' on portoit L'Evchariſtie dans les vojages, même ſur mer. Ex his dispicimus Evchariſtiam &c. gegeben: daß man die heilige *Evchariſtie* auch auf Reiſen, ja auf dem Meere zu ſich genommen. Zu sich nehmen, heisset auch die heilige Evchariſtia, welche auf der Stelle wäre consecriret worden, also gleich genieſſen, welches dasjenige nicht ist, was Fleury eigentlich anmerken will, sondern daß man die heilige Evchariſtia auch auf

der

Sæculum VI. A. C. 578

S. Gregorius, cum Constantinopo
versaretur, officii sui esse existimavi
ut se opponeret Eutychio, qui scripsera
corpus nostrum post Resurrectionem no
amplius fore palpabile, sed aere sub
lius. Hæc nempe supererant erroru
Origenistarum vestigia. Igitur hac sup
Quæstione Patriarcha & Gregorius
Colloquium condixerunt. S. Gregori
illa JEsu Christi verba ex Evangelio c

Greg. XIV. mor. in Job. c. 29.

Luc. 24, 39.

jiciebat: *palpate, & videte, quia Sp
ritus carnem & ossa non habet.* Eut
chius respondit: *id Dominus Noster i
dixit, ut Discipulis suis omnem de Resu
rectione sua dubitationem eximeret.* R
posuit S. Gregorius: *mirum profecto
quod nobis dubitandi occasionem dederi
cum a discipulis suis omne dubium auferr
voluit!* Eutychius subjunxit: *corpus ej
erat palpabile, quando illud Discipul
suis ostendit, sed postquam eorum fide
confirmavit, subtilius redditum est.* H
S. Gr

Eutychii opinio de corporibus.

---

der Reise zu Wasser bey sich gehabt, verwahr
und mitgetragen habe, um solche allezeit genie
zu können.

Nämlich weil unser Uebersetzer die uralten G
bräuche der Römisch-allgemeinen Kirche, welc
die Protestanten ohne genugsamer Einsicht abg
schaffet, durchaus für neue ausgeben will, so kon
te seine Uebersetzung unmöglich die schöne Gabe d
Aufrichtigkeit beybehalten.

S. Gregorius oppoſuit S. Pauli Textum: *JEſus Chriſtus reſurgens a mortuis jam non moritur.* Unde inferebat, ipſi poſt ſuam Reſurrectionem nullam mutationem ſuperveniſſe. Eutychius objecit illud, quod legitur: *quia caro & ſanguis Regnum Dei poſſidere non poſſunt.* Ad iſtud S. Gregorius reſpondit; carnem & ſanguinem in S. Scriptura duobus modis accipi, & indicare vel Naturam Humanam in ſe ipſa, vel corruptionem peccati, quod adductis argumentis probavit, & concluſit, in Gloria Cœleſti naturam carnis remanſuram, ſed ab infirmitatibus hujus vitæ liberam. Sæculum VI. A.C. 578. *Rom.* 6. 9. 1. *Cor.* 15. 50.

Eutychio in ſua mente perſeverante, S. Gregorius omne cum eo commercium abrupit, quod ubi Tiberius Imperator reſcivit, ambos privatim in conſpectum ſuum venire juſſit, tum argumentis utriusque mature penſatis deliberavit, an Eutychii liber flammis tradendus eſſet. Ex illa Collatione revertentes tam Gregorium quam Eutychium morbus corripuit, quocum Gregorius vehementer conflictatus eſt, at ſuccubuit Eutychius. Inde diſcimus, hanc Collationem anno 582. fuiſſe habitam.

Pelagius Papa contra Longobardos undecunque auxilium quærens hac ſuper re ad Aunacarium Epiſcopum Antiſſiodorenſem, a quo litteras acceperat, ſcripſit.

Sæculum VI. A. C. 578.

pſit. *Divinæ Providentiæ ſingulare Do-*
num (*) *eſt*, inquit, *quod Reges Veſtri*
Fidem Catholicam cum Romano Imperio
profiteantur, ut Civitati Romanæ, unde
Fides ad eos profecta eſt, opitulentur.
Utere itaque fiducia, quam in te collocarunt, & fidele conſilium ſuggere, ne ul-
lum cum Longobardis amicitiæ fœdus ineant. Hæc Epiſtola quinta Octob. anni
Imperatoris Tiberii ſeptimo, nempe e
quo Cæſar fuerat creatus, & ex conſe
quenti anno 580. data.

ep. 4.

§. XXXVII

(*) Hæc Summi Pontificis Reflexio omnino ap
poſite hic occurrit; nam cæteri omnes Barba-
rum Nationum, puta Vandalorum, Gothorum i
Italia, & in Hiſpania Longobardorum, Reges Ari
ni fuere, atque exinde Francorum Reges jur
merito ipſis attributum Filii Primogeniti Eccleſi
Titulum factis impleverunt. Hodie vero præ
Regem Chriſtianiſſimum Regesque alios, ſimil
bus Titulis condecoratos, etiam Reginam Apo
ſtolicam Germania & Hungaria admiratur, & ve
nerari jubetur, dum Papa Clemens XIII. Regi
Apoſtolici Titulum jam a multis Sæculis, incer
tum qua origine, ex merito tamen, Regibu
Hungariæ tribui ſolitum, in Auguſtiſſima Mari
Thereſia Auctoritate Apoſtolica edita Bulla ho
anno 1758. confirmat, optatque, ut illum Opti
mo & Cariſſimo Filio communicet.

§. XXXVIII.

Sæculum VI. A. C. 579.

Concilium Cabillonense. Salonius & Sagittarius.

Aunacarius degebat in Regno Guntrami, quo Regum Francorum nullus Sanctior. Id pleraque ejus facta testantur, & Concilia sub illud tempus celebrata, quibus, sed non omnibus, Aunacarius adfuit & subscripsit. Ex his una Synodus Cabilloni ad Ararim decimo octavo anno Regni Guntrami, id est, anno 579. celebrata est, in qua Salonius & Sagittarius depositi. Fratres hi erant, educati & Diaconi ordinati a S. Nicetio Episcopo Lugdunensi, atque ipso adhucdum in vivis agente, Salonius Embroduni & Sagittarius Vapinci Episcopi creati. Tunc vero, ut proprio arbitrio vivere licuit, in atrocissima flagitia, adulteria, parricidia, latrocinia proruperunt. Victore Episcopo Tricastrino aliquando suæ ordinationis Diem hilariter celebrante, ipsi armatorum cohortem immittunt, qui gladiis & sagittis Episcopum aggressi, vestem lacerant, familiares verberant, vasa, & omnia quæ convivio parata erant, diripiunt. Hac re ad Regem Guntramum delata Concilium Lugduni congregari jussit, in quo S. Nicetius præsedit. Salonius & Sagittarius in eo accusati, examinati, convicti & ab Episcopatu depositi sunt.

Greg. V. c. 28.

ibid. c. 21.

Sæculum VI. A. C. 579.

Nihilominus, cum scirent, quod Regem sibi etiamnum faventem haberent, eum adierunt, petentes licentiam Romam eundi, & causam suam coram Pontifice exponendi; quod Rex non solum concessit, sed etiam litteras ferendas dedit. In conspectum Joannis Papæ (†) admissi querelam moverunt, se innocentes fuisse depositos, scripsitque Papa Regi, petens, ut ipsos Sedibus suis restitueret, quod Rex sine mora effectum dedit, nam acerrime increpitos, ut prioris vitæ dissolutionem emendarent, ad suas Ecclesias dimisit. Illi abjecta de cætero emendationis cura, ut cum Victore Episcopo reconciliarentur, viros, quos ad insultandum ei immiserant, ipsius potestati tradiderunt. Hos Victor nulla inflicta pœna liberos dimisit, ut inimicis suis secundum præceptum Evangelicum ignosceret. Verumtamen tanta ejus indulgentia Episcopis displicuit, qui eum sua Communione privarunt, quod, postquam coram illis publicam actionem movisset, suis deinde Adversariis secreto privata sua Auctoritate & non requisito ipsorum Arbitrio fuisset reconciliatus. Postea ex Regis Mandato Victor Communioni restitutus est.

(†) Pelagii Papæ.

Interim Salonius & Sagittarius in dies in pejora ruebant. Arma Laicorum more gerebant. Inito contra Longobardos prœlio

Greg. IV. hist. c. 37.

prœlio cum Patricio Mommolo adfuere lorica & galea insignes, virosque aliquot sua manu mactarunt. Ira aliquando concitati quosdam de civibus suis usque ad effusionem sanguinis fustibus cæciderunt. Accusatos Rex venire jussit, at in conspectum admittere noluit, priusquam objecta diluissent. Non tulit æquo animo hunc rigorem Sagittarius, & superante insania multa Regi & filiis ejus contumelioſa effutiit. Rex iratus fratres ademptis famulis, equis, & quæcunque habebant, in Monasteria remota, ut ibi inclusi pœnitentiam agerent, relegavit, præcipiens locorum illorum Prætoribus, nisi iratum sibi Regem vellent, ut Episcopos vigili armatorum custodia servarent, & neminem hominum captivos invisere sinerent.

Sæculum VI. A. C. 579.

Id. V. c. 21.

Rex Francorum Guntramus.

Duo tunc Guntramo erant filii; cumque major natu ægrotare cœpisset, dixerunt ad Regem Proceres: *habemus, quod te moneamus, si benignas aures præbueris.* Rex: *edicite, si quid habetis.* Illi: *Episcopi isti, ad exilium damnati, insontes sunt, & timemus, ne Principem filium tuum hujus peccati pœnam subire cogat omnipotens Numen.* Dixit Rex: *ite, properate, liberos dimittite, & rogate meo nomine, ut pro liberorum nostrorum incolumitate preces ad Deum fundant.* Itaque Salonius & Sagittarius ex Mona-

Sæculum VI. A.C. 579.

Monasteriis dimissi in mutuos amplexus ruerunt, quod satis longo tempore, ut ipsis quidem videbatur, colloqui, & conversari non licuisset, tum ad Civitates suas redierunt, tunc vero pœnitentes, & toto animo conversi videbantur. Jejunabant, eleemosynas largiebantur, Psalterium singulis diebus recitabant, noctes orando transigebant. Sed brevi tempore duravit hæc devotio, mox enim in pristinum teporem relapsi, atque inde in omnem licentiam effusi sunt. Plurimas noctes inter pocula & epulas perdebant, & Clericis in Ecclesia preces matutinas cantantibus ipsi mensæ accumbebant, Divinæ Legis, & Officii Canonici recitandi immemores, quamvis jam illorum ævo non solum Clerici, sed etiam Episcopi omnes huic debito satisfacere adsuevissent. Cum illucesceret a mensa transibant ad lectos cum concubinis, & usque ad tertiam stertebant. Tum balneo abluebantur, & restaurabant convivia.

V. Mabill. de cursu Gal. §. 6.

Tandem Rege Guntramo jubente Concilium Cabillonense anno 579. celebratum, ubi scelerata ipsorum vita rursus examini subjecta. Præter homicidia & adulteria etiam criminis læsæ Majestatis & proditionis accusabantur; hinc ab Episcopali munere depositi, & in Ecclesia S. Marcelli nempe in Monasterio, quod Rex Guntramus Cabilloni ad honorem hujus

hujus S. Martyris fundaverat, inclusi. Verum Salonius & Sagittarius ex hoc quoque carcere elapsi, reliquum vitæ per diversa loca errantes exegerunt. At eorum Ecclesiis alii Episcopi, Vapinci Aridius seu Arigius, & Embroduni Emeritus præpositi. Sæculum VI. A.C. 579.

§. XXXIX.

Concilia Matisconense & Lugdunense.

Concilium primum Matisconense quoque Guntrami Regis jussu anno 581. seu 583. prima die Nov. celebratum. Adfuere Episcopi viginti & unus, inter quos Archiepiscopi quatuor Lugdunensis, Viennensis, Senonensis, & Bituricensis eminebant. Septem vero illorum Episcoporum in Ecclesia inter Sanctos colluntur. In hoc Concilio novemdecim Canones conditi, & memoratu magis digni sunt sequentes. Clericis prohibetur, ne arma gerant, nec vestitu Sæcularium hominum aut calceamentis incedant. Hanc legem transgredientium pœna sit triginta dierum carcer, atque in pane & aqua jejunium. Judicibus Sæcularibus prohibetur sub pœna Excommunicationis, ne Clericum judicio persequantur, aut vinciri jubeant, excepta criminis causa, puta homicidii, furti, aut maleficii. Clericis prohibetur ne Confratres Clericos coram Judice Sæculari accusent, aut

to. 5. *Conc.* *p.* 966. *V. Coint.* 583 *n.* 12.

ibid. n. 43.

c. 5.

c. 8.

Sæculum VI. A. C. 579.

aut actionem moveant, quod si fecerit Clericus in minoribus ordinibus triginta novem inflictis plagis castigetur, si sit in majoribus triginta dies carcerem sustinebit. Lites omnes Clericorum ab Episcopo, Presbyteris, aut Archidiacono componantur. Clerici omnibus Festis obsequii præstandi causa apud Episcopum sint. A Festo S. Martini usque ad Nativitatem Domini diebus Lunæ Mercurii & Veneris jejunetur, iisdem diebus Sacrificium sicut in Quadragesima, ideſt, Vespere celebretur, & legantur Canones, nequis ignorantiam obtendat. Hoc jejunium solis Clericis fuisse præscriptum creditur, atque origo adventus deprehenditur.

to. 5. p. 973. Eodem anno 583. Guntrami vigesimo secundo celebratum est Lugduni Concilium, quod tertium habetur. Prisco Episcopo Lugdunensi præsidente octo Episcopi & duodecim absentium Legati adfuere. Sex Canones in eo conditi. In secundo monentur Episcopi, ut dum epistolas commendatitias captivis dant, diem, & quanto pretio redimantur, cau-

c. 5. te apponant. Episcopis prohibetur, ne extra suas Ecclesias Festa Nativitatis aut Paschatis celebrent, nisi morbo, vel Re-

c. 6. gis Mandato impediantur. Leprosi cujuslibet Civitatis & Ditionis illius ex ærario Ecclesiæ & cura Episcopi alantur & vestian-

veſtiantur, ne cogantur vagari. Hæc Guntramo regnante acta ſunt. Sæculum VI. A. C. 579.

§. XL.

Vanum Chilperici Ingenium.

Rex Chilpericus, de rebus ad Religionem pertinentibus decernere, ultra quam fas eſt, præſumens, edito Reſcripto juſſit, ut Sancta Trinitas ſimpliciter Deus ſine Diſtinctione Perſonarum appellaretur, quod diceret, indignum eſſe Deo, ut ipſi nomen Perſonæ tanquam homini corporeo tribueretur, & affirmaret, eundem eſſe Patrem, Filium & Spiritum Sanctum. Poſtquam iſtud Reſcriptum coram Gregorio Turonenſi recitari præcepiſſet, dixit ad Epiſcopum: *volo, ut hæc ſit Fides veſtra, tua nempe & cæterorum, qui in Eccleſiis docetis.* Gregorius reſpondit: *dimitte hanc Fidem, Rex! & illam ſerva, quam Doctores Apoſtolorum Succeſſores, quales ſunt S. Hilarius & S. Euſebius, nos docuerunt.* (de S. Euſebio Vercellenſi loquebatur) *Crede, quod ipſe in Baptismo confeſſus es.* Rex iratus dixit: *ſcio me neminem magis Hilario & Euſebio in hac re habere adverſarium.* Gregorius: *cave ſis, Deum & Sanctos ejus offendas. Non Pater incarnatus eſt, nec Spiritus Sanctus, ſed Filius. Filius paſſus eſt, non Pater, aut Spiritus Sanctus. Hæc vero diſtinctio non* *Greg. T. hiſt. c. 45.*

Sæculum VI. A. C. 579.

non, ſicut tu mente concipis, in ſenſu materiali, ut in corporibus, ſed ſpiritualiter accipienda eſt.

Rex necdum mitigatus inquit: *mentem meam explicabo aliis te doctioribus, qui mihi facile aſſentientur.* Cumque poſt paucos dies S. Salvius Albigenſis ad Regiam veniſſet, jubente Chilperico idem Reſcriptum ipſi prælectum eſt. Exhoruit Vir Sanctus, & laceraſſet Reſcriptum hæreticum, ſi illud apprehendere potuiſſet. Rex videns, Epiſcopos tantopere ſibi adverſari, a propoſito diſceſſit. Hymnos quoque & Miſſas compoſuit, quæ nemini probabantur. Præterea alios libros ſtilo ligato, Sedulii verſus imitari conatus, ſcripſit; verum Syllabarum dimenſionem imperitus negligebat. Quatuor litteras Alphabeto addere Regia Auctoritate volebat, miſſisque per omnes Civitates Regni ſui Mandatis, parvulos ſecundum hanc novam methodum informari & veteres Libros ſecundum novam ſuam orthographiam corrigi præcepit. Sed nemo imperata fecit. Chilpericus in privatis colloquiis detrahere Epiſcoporum famæ ſolebat, & cavillabatur. Conqueri auditus eſt, quod ſoli Epiſcopi regnarent, hi totam ſibi arrogarent Auctoritatem, & Eccleſia omnibus divitiis ſola potiretur.

§. XLI.

§. XLI.
S. Salvius.

Sæculum VI.
A. C. 579.

Sanctus Salvius, qui a vulgo *Salvi* dicitur, cum diu prius in Sæculo versatus, causis profanis cum Judicibus vacasset, vitiis tamen, quibus juvenilis ætas immergi solet, non est inquinatus; sed ad majorem vitæ perfectionem tendens relicto Mundo Monasterium ingressus, cum diu ibi sub Regula vixisset, electus est Abbas. Tunc vero solitudinis & rigoris amore captus, & Cellulæ se includens Congregationi valedixit. Advenis tamen ad ipsum invisentibus responsum dabat, pro eis orabat, & distribuebat Eulogias, quæ sæpe ægrotantibus saluti fuere. A febri violenta aliquando oppressus, expirasse credebatur. Lavatur, vestitur, feretro imponitur, & tota nocte fratres apud eum preces ad Deum fundunt. Mane moveri, & quasi e profundo somno evigilare visus est, aperuit oculos, levatisque ad Cœlum manibus auditus est dicere: heu! Domine! cur me ad hanc terram tenebris opertam redire cogis? Surrexit recepta sanitate nemini loqui volens. At post triduum narravit, se ab Angelis duobus in Cœlum evectum vidisse Paradisi Gloriam, & invitum fuisse dimissum, ut iterum in hac terra degeret. Gregorius *Greg. VII. c. 1.*

Sæculum VI. A. C. 579.

Turonensis testem Deum invocat, se hoc factum ex ipsius ore excepisse, & credibile est, quod illo temporis spatio, quo mortuus videbatur, ipsi hæc mirabilia in somno vel in visione supernaturali fuisse conspecta.

Longo post hæc tempore S. Salvius sua cellula exire compulsus, & invitus Episcopus Albigensis electus est. Elapso decennio cum illius Civitatis incolas contagio invasisset, ipse tamen gregem suum ad exiguum numerum redactum non deseruit, sed infectos ut ad felicem mortem conscientiam præpararent, paterne exhortabatur. Adeo alienus a cupiditate habendi erat, ut si pecuniam accipere compulsus fuisset, eam sine mora in pauperes distribueret. Obiit circa annum 584. & Desiderium Successorem habuit. Sancti Salvii Memoriam Ecclesia decima Sept. colit.

Greg. VIII. 6. 22. Mart. 10. Sept.

Rex Chilpericus Dynastam nomine Dacconem interfici jussit, ad hoc facinus Ducis Dracoleni perfidia impulsus. Dracolenus Dacconem structis insidiis captum Brenniam ad Regem perduxit, permovitque Chilpericum ut contra fidem datam eum vita exueret. Dacco intelligens, sibi certissime moriendum, a quodam Presbytero Pœnitentiam petiit inscio Rege, qua accepta necatus est. Ecce hic habemus exemplum Confessionis,

&

& Pœnitentiæ ſecretæ in articulo mortis; Dacconi enim tempus non ſuperarat Pœnitentiam publicam ſubeundi. Id quoque ex iſto facto diſcimus, Pœnitentiam Sacramentalem illis non fuiſſe conceſſam, qui capite damnati erant, cum neceſſe fuerit, Dacconi Pœnitentiam clam & Rege iſtud ignorante dari. Id crudelitatis genus diu poſt hæc in uſu fuit. (*)

Sæculum VI. A. C. 580.

Greg. V. c. 26. Mabill. præf. in Sæc. 3. part. 1. obſ. 24. n. 98.

§. XLII.

Concilium Brennianum.

Rex Chilpericus cum comperiſſet, Ludaſtum Comitem Turonenſem Eccleſias & Populum multis vexationibus afflixiſſe, eum munere ſuo privavit. Ludaſtus, jam diu Gregorio Epiſcopo infenſus, eundem accuſavit, quod urbem Childeberto Regi tradere cogitaret. Rege fidem non adhibente addidit, quod Gregorius diceret, Fredegundam Reginam & Bertrandum Epiſcopum Burdegalenſem thorum regium adulterii conſuetudine fœdare. Chilpericus Rex contumelia excitatus Ludaſtum ab illis, quibus imperatum, pugnis, pedibusque protritum, & vinculis oneratum carceri mancipat. Nihilominus convocatis Brenniam,

v. c. 48.

(*) At hæc crudelitas non Eccleſiæ, ſed Principum Sæcularium ſeveritati adſcribenda.

Sæculum VI. A.C. 580.

niam, (ea tribus leucis Sueſſione diſtat) Epiſcopis Gregorium quoque & Bertrandum adeſſe jubet. Ipſe etiam Rex illo ſe contulit, & ſalutatis Epiſcopis, acceptaque eorum Benedictione conſedit. Mox Bertrandus Epiſcopus Gregorium tanquam ſuum Accuſatorem interpellat. Negavit Gregorius, ſe iſtud de Regina ipſoque unquam fuiſſe locutum; fatebatur autem ſe id ab aliis dicentibus audiviſſe.

6. 50.

Rex ad Epiſcopos: *Cum hæc cauſa pudorem meum poſt ſe trahat, ſi creditis teſtes contra Epiſcopum audiendos eſſe præſto ſunt, ſi putatis neganti fidem eſſe habendam, edicite, lubens, quid ſentiatis audiam.* Inter teſtes præcipuus erat Riculphus Subdiaconus, quem Ludaſtus ſpe Cathedram Epiſcopalem Turonenſem conſcendendi lactaverat. Epiſcopi omnes Regii animi moderationem mirati dixerunt: *Subditus Epiſcopum ſuum accuſans non eſt audiendus*, tumque decretum, ut Gregorius, poſtquam Miſſam ſuper tria Altaria celebraſſet, juramento ſe purgaret, & quamvis iſta ſuam innocentiam defendendi ratio Legibus Canonicis adverſaretur, placuit tamen, quod id fieri Regis honor exigeret. Ita hac de re ipſe Gregorius loquitur. Epiſcopi deinde ad Regem redierunt dicentes: *Gregorius Epiſcopus omnia, quæ ſtatuta fue-*

fuerant, implevit. Jam tu & Bertrandus Accusator Fratris sui excommunicandi estis. Nempe Gregorio objectum crimen diluente ipsi calumniæ convincebantur. *Ego excommunicandus?* inquit Rex, *nihil aliud dixi, quam illa quæ ab alio audiveram*, atque Episcopis sciscitantibus, quis ejusmodi sermonis fuisset Auctor, respondit, Ludastum fuisse. Tunc omnium Episcoporum una sententia fuit, Ludastum, qui tunc discesserat, scandali Auctorem, Episcopi calumniatorem, & famæ Reginæ, quoad poterat, prædonem ab omnibus Ecclesiis esse excommunicandum, dataque Epistola absentes Episcopos quid decretum fuisset, monuerunt. Sæculum VI. A. C. 580.

Hæc Synodus Brenniana ad annum 580. refertur.

§. XLIII.

Conversio S. Hermenegildi.

Elapso exinde quadriennio sub initium Sept. anno 584. Chilpericus Rigontem filiam suam Recaredo Leovigildi Regis Visigothorum in Hispania filio secundo genito nuptui dare constituit. Levigildus susceptis ex prima uxore duobus filiis Hermenegildo & Recaredo secundam duxit Goswindam Athanagildi alterius Regis Visigothorum Viduam, quæ Brunehildem Regis Sigeberti uxo- *Greg. VI. c. 45. Id. V. hist. c. 39.*

Sæculum VI. A. C. 580.

rem pepererat. Leovigildus filio suo primogenito Hermenegildo Conjugem dedit Ingundem Sigeberti & Brunehildis filiam ideoque Goswindæ Neptem, quam illa in Hispania adventantem maximo gaudio excepit. At brevi Religionis diversitas pacem turbavit; nam Ingundis Religioni Catholicæ fideliter inhærebat, econtra Goswinda Arianæ Hæresi pervicaciter erat addicta. Cum igitur ea Nepti persuadere conaretur, ut pateretur se rebaptizari, & nihil effeciſſet blanditiis, in furorem acta capillis apprehensam terræ affligit, diu calcibus proterit. Tum sanguine suo perfusam & spoliatam vestibus aquæ immergi jubet, ut invita rebaptizaretur. Nihilominus Ingundis in Fide Catholica perseveravit.

Greg. M. III Dial. c. 31. Greg. Tur. v. hist. c. 39.

Imo ipsa Hermenegildum Maritum ad Fidem convertit; nam postquam Rex Parens Leovigildus filio, Civitatem Hispalensem dediſſet, in qua Sedem figeret, Ingunde vehementer instante, ut Catholicis adscribi vellet, a S. Leandro Episcopo Hispalensi in Doctrina Fidei maxima cura eruditus, cum diu fuiſſet reluctatus, ad Catholica Sacra transiit. In Confirmatione Nomen Joannis accepit, sed sub priore Nomine Hermenegildus notissimus est. Rex Pater, comperta filii conversione, omnes Catholicos perse-

Leovigildus Catholicos persequitur.

qui

qui cœpit. Multi relegati, aut Bonis suis spoliati. Alii verberibus affecti, in carceres detrusi, fame, aut variis supplíciorum generibus necati. Multi Episcopi in Exilium pulsi, Ecclesiæ suis reditibus & Privilegiis privatæ. Haud exiguus Catholicorum numerus vel timore fractus, vel Regis munificentia perversus a fide defecit. Aliquos Rex rebaptizari jussit, & quidem etiam Episcopos, quos inter Vincentium Cæsarauguſtanum fuisse legimus. Hæc anno 580. Regni Leovigildi undecimo contigerunt; at anno sequente 581. Toleti Synodum Episcoporum suorum Arianorum celebrari curavit, in qua statutum, ne illi, qui a Religione Romana ad ipsos transirent, amplius rebaptizarentur, sed satis esset, si eis manus imponerentur, & daretur Communio. Item decretum, ut in oratione diceretur: *Gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto.* Hæc decisiones causæ fuere, cur multi Catholicorum seducerentur.

Sæculum VI. A. C. 581.

Isid. Goth. hist. æra 607.

Jo. Biclar.

Interim Hermenegildus, cum sciret, Patrem sibi interitum parare, ad Græcorum auxilium respexit. S. Leandrum Constantinopolim misit, & pacta iniit cum Præfecto Cæsareo exiguæ Ditionis, quam ut tueretur, Imperator bellum adversus Visigothos gerebat. Itaque Hermenegildus aperte seditionem commovebat,

Greg. præf. in Job. Greg. Tur. V. hist. 39. VI. hist. c. 43.

Sæculum VI. A.C.581.

vebat, ignarus, inquit Gregorius Turonensis, Dei Judicium sibi imminere, quod Patrem utut Hæreticum invaderet. Patris vero iram reformidans, cum ille misisset, qui filium ad Colloquium invitarent, venire recusavit, quo exacerbatus Leovigildus Græcorum Præfecto numeratis triginta solidorum aureorum millibus corrupto, exercitum eduxit contra filium, qui & ipse, uxore Hispali relicta, sua agmina parenti objecit. Verum ubi dimicandum fuisset, Græcis ab Hermenegildi partibus perfide deficientibus ipse in Ecclesiam fugit, ut triste fatum devitaret, quo vel ipse patris manu periret, vel Patri mortem inferre cogeretur. Leovigildus misso ad eum Recaredo altero filio juratam fidem dedit, si se submitteret, nullam pœnam esse subiturum. Petiit Hermenegildus ut Rex Parens ad se veniret in Ecclesiam; tum limen ingredientis pedibus se advolvit. Leovigildus jacentem erigens osculatus est filium, & blande compellatum in castra deduxit. Deinde vero Rege innuente, quibus imperatum erat, Hermenegildum comprehendunt, detractis regiis vestibus centonibus contegunt, famulos omnes uno excepto amovent, & Valentiam in destinati exilii locum ducere cœperunt. Hæc anno 583. Mauritii Imperatoris secundo, & Leovigildi decimo

sexto

sexto gesta sunt. Ingundem vero Hermenegildi Conjugem Leovigildus capere non potuit, sed illa in potestate Græcorum remansit, dumque illi iter faciunt Regiam Principem cum filio parvulo ad Imperatorem perducturi, præmaturo fato e vivis erepta est. Timuit Leovigildus, ne Childebertus Rex defunctæ frater, injuriam sororis ulturus, sibi bellum inferret; hinc Chilperici affinitatem exoptans pacta de Nuptiis filii sui Recaredi secundo geniti & Riguntis hujus Regis filiæ iniit. Ecce vero antequam Sponsa in Hispaniam perveniret, Chilpericus interfectus est, & hæ Nuptiæ nunquam initæ sunt. S. Leander Episcopus Hispalensis Constantinopolim perveniens Hermenegildi Legatus novum ibi Patriarcham, & novum Imperatorem invenit.

Sæculum VI. A. C. 581.

Jo. Biclar. Greg VI. hist. c. 43. VIII. c. 28.

§. XLIV.

Joannes jejunans Patriarcha Constantinopolitanus.

Eutychius Patriarcha post reditum adhucdum annis quatuor in vivis egit, & patravit aliqua miracula. Jam Septuagenarius in morbum incidit, atque Tiberio Imperatori ægrotantem se invisenti prædixit Sanctus Episcopus, ipsum Principem brevi moriturum. Illo etiam tempore S. Gregorio violenta Febri de-

vit. S. Eut. ap. Boll. 6. Apr. c. 10. Greg. XIV. Mor. c. 29.

Sæculum VI. A. C. 582.

cumbenti, amici, qui Eutychium invisebant, narrarunt, quod se præsentibus cutem manus suæ prehendens diceret: *Confiteor, nos omnes in hac carne resurrecturos.* Hinc eo defuncto S. Gregorius in illum errorem inquirere desiit, quia præterea vix paucos invenire erat, qui hanc opinionem sequerentur. Eutychius Dominica post Pascha quinta Aprilis anno 582. obiit, at Ecclesia Græcorum ejus Memoriam sexta colit. Die ab obitu ejus sexto electus est Joannes Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus Cognomento jejunans, qui illam Sedem annis tredecim tenuit.

Menol. 6. April.

Theoph. p. 213.

§. XLV.

Tiberii obitus. Mauritius Imperator.

Chr. Pasch. p. 376

Theoph. ibi.

Tiberius Imperator, cum vires deficerent, Mauritium Cæsarem quinta Aug. eodem anno 582. Indictione decima quinta pronuntiavit. Porro decima tertia ejusdem Mensis Constantina filia sua eidem in Matrimonium data, ipsum a Joanne Patriarcha Imperatorem coronari jussit. Tiberius die sequente e vita cessit, postquam a Justini obitu annis quatuor imperasset. Mauritius annis viginti Imperium tenuit, natus Arabissæ in Cappadocia ex Familia, quæ olim Roma Constantinopolim migraverat. Ab Impera-

Theoph. ibid.

Evagr. V. hist. c. 19.

peratore Tiberio exercitibus Præfectus magnam sibi laudem bello peperit. Vir annorum quadraginta trium prudens, sobrius, gravis, secreti tenax. Non omnibus sine discrimine aures indulgebat. Imperium auspicatus eximia Clementiæ dedit specimina. Inter amicos habebat S. Gregorium, atque ipso Patrino natam sibi prolem e fonte lustrali levari voluit. Sæculum VI. A.C. 582. *Evagr. VI. c. 2.*

Mauritium Imperii fasces adeptum memoria subiit vaticinii, quod S. Theodorus Siceota ediderat; cum enim aliquando a Tiberio Imperatore in Persas movere jussus fuisset, illis devictis in reditu per Galatiam iter faciens S. Viri fama invitante ad ipsius specum, in quo versabatur, venit, & pedibus ejus advolutus rogavit, ut sibi a Deo prosperam ad Imperatorem profectionem impetraret. Vir Sanctus, postquam preces ad Deum fudisset, Mauritio dixit: *Fili mi! si S. Georgii Cultor fueris, brevi cognosces, te ad Romani Imperii fastigium evehendum esse, jamque te rogo, ut cum Imperator fueris, pauperes alas.* Tum Mauritium verbis suis fidem adhibere hæsitantem Theodorus ex hominum turba evocat, eique diserte prædicit, Imperatorem futurum. Postquam impletum est Vaticinium, Mauritius datis ad S. Theodorum litteris ipsius precibus se com-

Sæculum VI. A. C. 582.

commendavit, hortatus etiam ut quodcunque exoptaret beneficium, a se peteret. Rogavit S. Theodorus, ut Monasterio frumentum in pauperes erogandum concederet. Mauritius illi Monasterio sexcentos modios singulis annis pendendos imperavit, & poculum misit, peculiare S. Theodoro donum.

§. XLVI.

S. Theodori Siceotæ initia.

Sanctus Theodorus in Galatia Siceonii prope Civitatem Anastasiopolitanam natus erat Matre in publico hospitio prostituta Patre Belliduce, qui ad Provinciam regendam commigrans illuc forte diverterat. Natum mater statim baptizari curavit, sollicite educavit, & ipsa vitam omni culpa vacantem ducere instituit. Filius ejus ab unguiculis devotissime colebat S. Georgium, cujus honori sacra Ecclesia in vicini montis vertice stabat. Adolescens vitam anachoreticam amplexus in specu a Festo Nativitatis Domini usque ad Dominicam Palmarum inclusus, diebus tantum Sabbati & Dominicis sponte nascentes fructus & olera manducabat, quod rigidissimum jejunii genus toto vitæ tempore observavit. Theodosius Episcopus Anastasiopolitanus eximias ejus virtutes cognoscens ordinavit Presbyterum, etiamsi necdum annum

vit. c. 1.

c. 2.

c. 3. n. 21.

annum vitæ decimum octavum esset su- Sæculum VI.
pergressus. Postea Theodorus Jeroso- A.C. 582.
lymam profectus in Laura, quæ *Chozeba* c. 4.
dicebatur, in Jordanis ripa posita, habitum Monasticum recepit. Inde in patriam reversus, construi sibi curavit cellulam ferream, a cavea non abhorrentem, alteramque ex ligno, in qua hyemis tempore verteretur, utramque sine tecto. Corpus totum ferro oneraverat, gestabat enim thoracem ferreum decem & octo librarum, cingulum, calceamenta, chirothecas, omnia ferrea. Cum multa c. 6.
patraret miracula, magnus confluxit Discipulorum numerus, partim illorum, qui ipsius ope sanati a carissimo medico reliquo vitæ tempore nunquam discedere statuerant, partim aliorum, quos late diffusa Sancti Viri fama adduxerat. Quia igitur S. Georgii Oratorium, quod primum condiderat, capientis tot hominibus impar erat, pulcherrimam Ecclesiam honoribus S. Michaelis dedicatam ædificavit, junxitque duo Oratoria, unum ad dexteram Beatæ Virgini, alteram ad sinistram Sancto Joanni Baptistæ sacrum. Porro Monachi in Oratorio Beatæ Vir- S. Theodo-
ginis officium celebrabant, quia ægroti rus.
& Energumeni, qui ad recipiendam sanitatem veniebant, in Ecclesia S. Michaelis, cujus aditus diu noctuque patebat omnibus, excipiebantur. Discipulorum

omnium

Sæculum VI. A.C. 582.

omnium cariſſimus S. Theodoro fuit Philumenes, quem ipſi Mater donaverat in grati animi argumentum, cum aliquando filii auxilio ab ægritudine ſanata fuiſſet. Hunc Presbyterum ordinari curavit, & Fratribus præfecit. Archidiaconum vero ſuum miſit Conſtantinopolim, ut vaſa argentea, quibus in officiis Divinis ad Altare uterentur, coemeret, hactenus enim lapidea habuerant. Exinde etiam magnam Eccleſiam in Honorem S. Georgii extruxit, eratque in latere dextro vetus illius Sancti Oratorium, & in ſiniſtro alterum Oratorium honoribus SS. Sergii, & Bachi dicatum.

c. 7. n. 53.

Timotheo Epiſcopo Anaſtaſiopolitano fatis functo, Cives & Clerici Epiſcopum Ancyranum illius Provinciæ Metropolitanum adierunt, petieruntque, ut ſibi Abbas Theodorus Epiſcopus daretur. Is libentiſſime annuit, juſſitque, ut Theodorus adduceretur. Tunc erat illud anni tempus, quo neminem ad ſe admittere, neminem conſpicere ſuſtinebat; nec aliter quam injectis manibus ex antro ſuo elici potuit. Itaque Ancyram perductus & Epiſcopus Anaſtaſiopolitanus ordinatus, non minus quam antea virtutibus enituit, claruitque miraculis, quæ Georgius, unus Diſcipulorum ejus in vita recenſet.

§. XLVII.

Sæculum VI.
A.C. 582.

§. XLVII.

S. Gregorius Constantinopoli.

Sanctus Leander, cum Constantinopoli versaretur; arctissimam dulcemque cum S.Gregorio iniit amicitiam, non tantum in linguæ commercio & vitæ Monasticæ Professione, sed etiam in morum congruitate, & ingeniorum consensu fundatam. Nam S. Leander, priusquam Episcopatum suscepisset, vitam Monasticam professus fuerat. Carthagine nova natus Patre nomine Severiano duos habebat fratres Fulgentium & Isidorum itemque Sororem nomine Florentinam. Igitur huic S. Viro S. Gregorius arcana cordis sui revelabat, & quæcunque in seipso displicebant; se nempe postquam conversionem suam diu distulisset, tandem confugisse ad Monasterium tanquam ad portum a Sæculi tempestatibus securum; *Sed ecce*, subjiciebat, *jam vides me denuo toto Mundi hujus Oceano obrutum. Prætextus huc me mittendi causæ Ecclesiasticæ fuere; nullibi vero quietem nisi in Fratrum meorum consortio invenio.*

Isid. illust. c. 28. v. Acta SS. p. 379.

Greg. Præf. in Job. c. 1.

Itaque ut tempus cum Fratribus sancte transigeret, Librum *Job* ipsis explicari cœpit, diu ante ut id faceret ab iisdem & S. Leandro rogatus. Initium ipsis viva voce exposuit, in reliqua Homilias

ibid. c. 2.

Sæculum VI. A. C. 582.

milias dictavit; postea plus otii nactus totum Opus retractavit, & magnum Commentarium in Libros triginta quinque divisum composuit. Illi sunt, qui S. Gregorii Moralia appellantur, quia explanationem sensus litteralis semper ad emendationem morum dirigit. Hoc opus in Ecclesia semper maximi factum est. Ut plurimum Textum Versionis S. Hieronymi sequitur, quam novam dicit, sed citat etiam antiquam, quia, inquit, Ecclesia Romana utraque utitur.

S. Gregorius Liber Moralium. c. 5. *in fin.*

S. Gregorius in illa commoratione Constantinopoli pluribus aliis Viris illustribus tam Proceribus, quorum magna in Regia erat Auctoritas, quam Præsulibus Orientis amicitiæ vinculo junctus est; quibus accensendus Eulogius Joannis haud multo abhinc tempore in Sede Alexandrina Successor. Id ex plurimis Epistolis, quas sequente tempore ad eos dedit, dispicimus. Gregorium Apocrisiarii munere magna Auctoritate fungentem ipsi Imperatores reverebantur. Sæpe ipsius cura & sollicitudine effectum, ut Italia non levia reciperet auxilia, quod ex Epistolis Pelagii Papæ colligitur. Unam illarum Epistolarum posteris conservavit Joannes Diaconus in qua Pontifex loquitur in hunc modum: *Ad Imperatorem deferes; nos a perfida Longobardorum Gente contra Fidei datæ Sacramen-*

Niceph. Chro. Evag. V. 16.

Jo. Diac. Lib. 1. *c.* 31.

to. 5. *Conc. p.* 938.

cramentum tot mala perpessos fuisse, ut iis enumerandis par non sim. Frater quoque noster Episcopus Sebastianus nobis promisit, se apud Imperatorem commemoraturum, quantis periculis & calamitatibus Italia prematur. Itaque conferte consilia, qua ratione nobis promptissime opem feratis; extrema est enim in hac Regione Reipublicæ necessitas, & nisi Deus Imperatori mentem indiderit, ut ad nos saltem Magistrum Militiæ cum uno Duce mittat, perdita sunt omnia, præsertim in Ditione Romana, ab omni militum præsidio destituta. Exarchus vero nobis scripsit, nihil auxilii ab ipso nobis sperandum, cum nec copiæ suppetant, quibus vel urbes sibi propinquas tueri posset. Deus det, ut succurrat nobis Imperator, priusquam Gentis detestabilis exercitus urbes, quæ adhucdum Romano Imperio supersunt, (*) occupent. Hæc Epistola quarta

Sæculum VI. A. C. 584.

(*) Ex hac Epistola dispicere est, quem Pelagius Papa Italiæ & Romanæ Civitatis legitimum Dominum esse crediderit. Quomodo autem sequente ævo SS. Pontifices Dominium temporale in Ditionem Romanam adepti sint, ipsa Rerum gestarum narratio docebit. Certe si omnes cæteri abessent Tituli, tamen SS. Pontifices præstitis auxiliis, atque Paterna sollicitudine, qua temporibus Gothorum & Longobardorum Ro-

Sæculum VI. A. C. 584.

quarta Octob. Indictione tertia nempe anno 584. data est.

§. LVIII.

Res in Galliis gestæ.

Greg. Tur. VI. c. 42. Paul. Diac. III. c. 17.

Mauritius Imperator, ut laboranti Italiæ auxilium ferret, misit quinquaginta millia aureorum solidorum Childeberto Francorum Regi, sperans Longobardos expulsurum. Ille exercitum quidem in Barbaros movit, sed eorum obsequiis & donis facile delinitus, cum præterea Chilperici Patrui sui necem comperisset, paulo post in Franciam revocatur. Rex Chilpericus Parricidarum manibus occubuit Cellis ad Matronam anno 584. cum die illa feras insectatus domum rediret, postquam annis viginti tribus regnasset. Malculsus Episcopus Sylvanectensis, qui jam triduo expectatus ad Regis conspectum non admissus fuerat, funus curari jussit, in oratione apud defuncti corpus pernoctavit, atque secundo fluvio Parisios devectum in Ecclesia S. Vincentii sepelivit. Fredegundis Regis occisi Vidua pertimescens, ne scelerum suorum debitas pœnas subire compelleretur, in Ecclesiam Parisiensem &

Greg. VI. 46 VII. 4.

sub

manos foverunt, meriti sunt, ut eo ferme modo quo Episcopi in Germania, terrenum quoque Principatum obtinerent.

sub Episcopi Raimundi tutelam convolavit. Filium ex Chilperico susceperat non plus sex mensibus natum, qui in Regno Patris sui successit. At tota Auctoritas ad Guntramum, qui solus ex filiis Clotarii I. supererat, in Regno Francorum tunc devoluta est. Sæculum VI. A. C. 584.

Chilperico sublato Cives Rothomagenses Pretextatum Episcopum suum ab Exilio revocatum in Sedem suam inter maximæ lætitiæ signa restituerunt. Haud multo exinde elapso tempore Parisios se contulit, & in conspectum Regis Guntrami admissus rogavit, ut Causam suam examini subjici juberet. Fredegunda Regina huic Episcopo semper adversa dicebat, eum recipi non posse, olim quadraginta quinque Episcoporum Judicio depositum. Verum Guntramo Concilium ad discutiendam hanc Causam convocare parante Raimundus Parisiensis omnium Episcoporum nomine dixit; Pretextatum non fuisse depositum, sed ei solummodo Pœnitentiam injunctam. Melanius autem, quem pulso Pretextato in Sedem Rothomagensem intruserant, eadem ejectus Rotovium locum vicinum cum Fredegunda Regina, illuc a Guntramo relegata, se recepit. *Greg. VII. c. 16.*

Interea Gundebaldus, se Rege Clotario I. genitum jactans, collecta factiosorum hominum multitudine multas A- *c. 19.*

Sæculum VI. A.C. 585.

quitaniæ urbes in potestatem suam re degerat. Aliqui etiam Episcopi victo rem in suas Civitates, non nulli quidem sponte, alii vi compulsi receperant, illi Ursicinus Cadurcensis & Bertrandus Bur degalensis accensendi sunt. Imo Ber trandus Gundebaldi Mandato obtempe rans Faustianum Episcopum Aquis Ta bellicis ad Aturum amnem ordinari cu

Greg. VII. c. 31.

ravit. Bertrandus quidem oculorum a gritudinem prætendens, noluit ei manu imponere, verumtamen ipso Auctore Pa ladius Santonensis & Orestes Vasatens Faustianum ordinarunt. Gundebald suorum proditione capto, & interfect Rex Guntramus Concilium Matiscon decimo Cal. Nov. anno Regni sui 24. i est 23. Octob. anno 585. celebrandu pronunciavit, in quo Episcopi, qui a eum defecerant, judicarentur.

Prius tamen 23. Maji eodem anno

to. 5. p. 976.

liud Concilium non multorum Episcopo rum nempe septendecim Valentiæ con gregavit. Inter illos præcipui fuere Sapaudus Arelatensis, Priscus Lugdunen sis, & Evantius Viennensis. Rex missi cum Epistolis Asclepiodoto Referenda rio suo ab hujus Concilii Patribus petiit, ut Donationes ad Loca Sacra a se, a Re gina defuncta Astrechilde uxore sua, & filiabus suis Clodeberga & Clodehilde Virginibus Deo consecratis factas vel

facien-

faciendas confirmarent. Concesserunt Patres, quod petebat Rex, atque in illo Confirmationis Decreto Ecclesias S. Marcelli Cabilloni, & S. Symphoriani Augustoduni nominatim memorant; præterea illorum locorum Episcopis Regibusque sub Anathematis pœna prohibent, ne futuris temporibus Bona donata auferant, vel minuant. Sæculum VI. A. C. 585.

§. XLIX.

Guntramus Aureliæ.

Concilio soluto Rex Guntramus profectionem suscepit Parisios Clotarium puerum Nepotem suum Chilperici filium e fonte Baptismi levaturus, quod tamen non nisi post elapsos annos sex factum est. Rex in transitu Civitatem Aurelianensem ingressus, exceptus est ingenti clamore populi maximam lætitiam profitentis, præprimis vero Judæorum, vota ingeminantium, ut omnes Nationes huic optimo Regi subjicerentur. Facile intellexit Rex, quid adulatione manifesta circumcisi isti sibi vellent, scilicet ut eorum Synagoga multis abhinc annis a Christianis dejecta, repararetur; at prandio assidens dixit: nunquam feram, ut hoc fiat. Tum ad Episcopos præsentes: *Unam Gratiam rogo vos! date mihi crastina die Benedictionem vestram domi meæ, ut ingressus vester mihi salutaris accidat.* *Greg. VIII. 6. 2.*

Sæculum VI A. C. 585.

cidat. Id est, ad mensam regiam invitavit Episcopos. Gratias egerunt omnes, & Rege pransо surrexerunt; unde colligimus, & Episcopos assedisse.

Altera die tempore matutino Ecclesias visitans, & preces persolvens venit ad S. Avitum, ubi S. Gregorius Turonensis habitabat. Is Regis præsentia lætissimus & adventanti occurrens rogabat, ut S. Martini Benedictionem vellet recipere. Consensit Rex & potu sumto Episcopum ut veniret ad prandium invitans, contentus discessit. Ceterum Bertrando Burdegalensi & Palladio Santonensi admodum iratus, quod Gundebaldi factionem secuti fuissent, eos in conspectum admittere nolebat, & ægre reliquorum precibus dedit, ut assidere mensæ Regiæ ipsis liceret. Ad Bertrandum dixit: *Multum profecto tibi debeo, ob fidem Generi tuo egregie præstitam; nam meminisse oportebat, quod Matrem meam & me sanguinis propinquitate contingas, ne hostem externum in me excitares.* Tum

Convivium Regium.

conversus ad Palladium: *Tu quoque de me præclare meritus es, tu, inquam, qui fidem mihi juratam ter fregisti.* Non nulla etiam Nicasio Engolismensi & Antidio Aginnensi exprobravit. Tum ablutis manibus & Episcoporum Benedictione accepta cum ipsis mensæ assedit.

Rex

Rex prandens petiit a Gregorio Turonensi, ut cantare juberet Diaconum suum, qui pridie Graduale pronunciaverat. Deinde etiam jussit, ut unusquisque Episcoporum cum uno Clericorum suorum unum Responsorium decantaret. Tum etiam Episcoporum precibus Childebertum Regem, qui ipsi filii loco erat, commendavit, statimque omnes pro utroque Rege Patruo & Nepote Orationem ad Deum pronunciarunt. Tandem Guntramus vehementer animo commotus multa in Episcopum Massilienſem dixit, incusans atrocissimi facinoris, quod ipso Auctore Chilpericus Rex fuisset trucidatus. Altera die Gregorius Turonensis Garacarium Comitem Burdegalensem & Bladastum, qui factionem Gundebaldi secuti postea ad S. Martini Asylum confugerant, in conspectum Regis adducit; at cum jam prius iisdem exorare veniam conatus fuisset, sed frustra, Regem alloqui ausus est in hunc modum: *Audi me, Rex! Legatione Domini mei ad te defunctus sum; quid reversus dicam, cum respondere mihi non sis dignatus?* Rex miratus dixit: *Et quis est Dominus tuus, cujus Legatus fuisti?* Gregorius subridens: *Nullus alius nisi S. Martinus.* Rex vocatos ad se Garacarium & Bladastum, postquam aliqua acerbe ingessisset, in Gratiam recepit.

Sæculum VI. A. C. 585.

c. 3.

c. 4. 5.

c. 6.

Sæculum VI. A.C. 558. c. 7. Mabill. lit. lib. 1. c. 3. n. 10. c. 5. n. 4.

Die Dominica sequente Rex in Eccle- siam venit Missæ adfuturus. Episcop Palladium elegerant, qui illa die officiu Divinum perageret, cumque Prophetiam quæ ante Epistolam ritu Ecclesiæ Gall canæ legebatur, recitare inciperet, qua sivit Rex, quis celebraret Missam, & audito Palladii nomine vehementer of fensus dixit: *quis? ille in me toties per- jurus hodie sacra proferet? saltem ego no audiam, sed Ecclesia excedam.* Simul hi ad fores procedebat. Episcopi suo & Confratris pudore attoniti dicebant a Regem: *vidimus ipsum a te convivio ad hiberi, & Benedictionem manu ipsius de tam recepisti. Si credidissemus, te hu re offensum iri, alterum ad Missam ce lebrandam elegissemus. Permitte, ut Of ficium compleat.* Palladius contumeli turbatus in Sacristiam confugerat; ve rum a Rege revocatus officium absolvit Exinde accidit alia die, ut Palladius & Bertrandus convivio Regio assidentes acerbissime jurgarentur, alterque alteri adulteria & perjuria exprobraret. Ad hæc quidem multi ridere, sapientiores vero alte ingemere. Dum a Rege exeunt ob- strinxerunt se etiam data cautione quod ad Concilium 23. Octob. celebrandum venturi essent. Rex Theodorum quo- que Massilien. em venire jussit, ut in hoc Concilio staret, eumque aliquamdiu in carce-

c. 12. 13.

carcere detinuit; sed Childeberti Regis precibus (nam illa Civitas in ipsius Ditione posita erat) dedit, ut eum nullam pœnam subire cogeret. Sæculum VI. A.C. 585.

§. L.

Concilium Matisconense secundum,

Tandem ubi præstituta dies advenit, nempe vigesima tertia Octob. Concilium Matisconе congregatum est. Adfuere Episcopi quadraginta tres, quorum primus legitur Priscus Lugdunensis, & Patriarcha appellatur, quo Titulo illo tempore præcipui inter Metropolitas ornabantur; Lugdunum vero inter Civitates Metropolitanas in Regno Guntrami prima habebatur, in qua etiam Rex sæpe versabatur. Præterea Archiepiscopi quinque in hoc Concilio numerabantur, scilicet Evantius Viennensis, Pretextatus Rothomagensis, Bertrandus Burdegalensis, Artemius Senonensis, & Sulpitius Bituricensis. Inter Episcopos præ aliis memorandi sunt, Syagrius Augustodunensis, Orestes Vasatensis, Aunacarius Antissiodorensis, Hesychius Gratianopolitanus, Theodorus Massilіensis, Palladius Santonensis, Pappolus Carnutensis, Raimundus Parisiensis, & Marius Aventinus, seu Lusunensis, cujus habemus breve Chronicum ab anno 455. ubi Chronicum S. Prosperi finitur, usque

to. 5. *p.* 979. *V. Coint.* 585 *n.* 60. *Thom. disc.* 2. *p. l.* 1. *c.* 4. *n.* 10.

Sæculum VI. A.C. 585.

ad annum 581. continuatum. Id potissimum res in Regno Burgundiæ & ad lacum Genevensem gestas complectitur.

Mart. Rom. 19. *Octobr.*

Præter Episcopos memoratos in Concilio Matisconensi secundo etiam sedebant S. Veranus Cabalionensis, quem Ecclesia decima nona Octobris colit, Ursicinus Cadurcensis, & Aredius Vapincensis Sagittarii Successor. Episcoporum absentium Legati aderant quindecim, quorum primus fuit Sapaudi Arelatensis. Tandem etiam venerant Episcopi tres Sedibus suis privati, nimirum, Fronimius Aginnensis, Promotus Castrodunensis, & Faustianus ad Aquas Tarbellicas.

Fronimius Leovigildi Regis Visigothorum, in cujus Ditione Civitas Aginnensis erat posita, indignationem incurrerat; nam ad Regis illius aures non nemo detulerat, Episcopum istum, cum Ingundis in Hispaniam proficisceretur Hermenegildo nuptura, Virginem Regiam fuisse exhortatum, ne unquam animum suum Hæresis labe infici sineret. Itaque Fronimius structas sibi a Leovigildo insidias sæpe vitavit; tandem vero ab amicis monitus, immissos esse sicarios, qui ipsum interficerent, Aginno aufugiens ad Regiones Francicæ Ditionis transiit. A multis Episcopis exceptus, & donis recreatus est. In aula deinde Childeberti Regis moratus ipso patro-

Greg IX. hist. c. 24.

Concilium Matisconense.

patrocinante electus est Episcopus Vapincensis anno nono ex quo Aginnum reliquerat, nempe anno 588. Promotus erat ille Episcopus Castrodunensis, in Concilio Parisiensi anno 573. depositus. Maximum sed irritum conatum adhibuit, ut a Guntramo Sedi suæ restitueretur, sed plus non obtinuit, quam ut Bona, quæ in Territorio illius Civitatis possederat, ei redderentur. Sæculum VI. A. C. 585. *Sup. n. 25. Greg. VII. c. 17.*

At Faustianus Gundebaldo favente olim Episcopus ad Aquas Tarbellicas ordinatus in isto Concilio Matisconensi depositus est, addita conditione, ut tres Episcopi, qui eum ordinaverant, Bertrandus, Palladius & Orestes alternis vicibus eundem alerent, (*) eique annis singulis centum aureos solidos darent; in ipsius locum vero suffectus est vir Laicus, nomine Nicetius, qui jam antea, ut ordinaretur, Mandatum a Rege Chilperico impetraverat. *Greg. VIII. c. 20.*

Ursici-

(*) Das Wort *alere* hat unser Uebersetzer gegeben wechselsweis fütern. Einen Bischoff fütern? der Ausdruck klinget seltsam. In Bayern saget man so vom Vieh. Es ist aber kein Wunder, daß ein Protestant ungelassen wird, wenn er immer in der Uebersetzung eines Römisch-Katholischen Geschichtschreibers solche Dinge übersetzen muß, welche erweisen, daß in der wahren Kirche Christi rechtmäßig geweyhete Bischöfe seyn müssen, die doch in seiner Kirche abgeschaffet worden.

Sæculum VI. A. C. 585.

Ursicinus Episcopus Cadurcensis, olim Reginæ Ultrogothæ Referendarius, ab Episcopo Maurillonio, morti proximo, delectus, ut ipsi succederet, ipso etiam Auctore & adhuc vivo, Childeberti anno quinto, id est anno 580. ordinatus fuerat. Is, quod Gundebaldum, ut publice fatebatur, recepisset, excommunicatus est, eique Pœnitentia ad annos tres injuncta, quo tempore nec capillos sibi abscindi, nec barbam radi permitteret, a vino & carnibus abstineret, insuper eidem functiones Episcopales interdictæ, nempe Missam celebrare, Clericos ordinare, consecrare Ecclesias, aut Sanctum Chrisma, aut Eulogias distribuere; ceterum vero Regimen suæ Ecclesiæ servaret. His non obstantibus Ursicinus Concilio subscripsit, sicut etiam Theodorus Massiliensis, qui Guntrami Regis jussu bis ex urbe sua pulsus fuerat.

Greg. V. c. 43.

Greg. VI. c. 11. VIII. c. 12.

Pretextatus Episcopus Rothomagensis, in Concilio præsens, Episcopis prælegit orationes, a se ad fallendum tempus in exilio suo compositas, quæ non omnium Patrum approbationem meruere.

Hujus Concilii Matisconensis Patres viginti Canones condiderunt. In primo præcipitur Diei Dominicæ observatio, quæ valde negligebatur. Prohibetur ne quis illa die Actionem in Judicio moveat, addita pœna, ut si fecerit, causa cadat.

Canon. Concilii Matisconensis.

Prohi-

Sæculum VI. A. C. 585.

Prohibetur, ne quis labores domesticos ita ordinet, ut necessarium sit, Die Dominica boves plaustro jungere, & præscribitur pœna, ut Ruricolæ aut mancipia, si hoc præceptum transgrediantur, fustibus castigentur, Clerici aut Monachi sex Mensibus sint excommunicati. Præcipitur ut tempore Paschali Fideles per dies sex ferientur. Nullo alio tempore nisi Paschali Baptismus conferatur; nam mos involuerat, ut multi omnibus ferme Martyrum Festis baptizarentur, ita ut in Festis Paschalibus vix duos tresve invenire esset, qui Baptismum reciperent. Concilium etiam omnibus Fidelibus præcipit, ut in Quadragesima liberos suos ad Ecclesiam deducant certis diebus, quibus manuum impositionem, & Olei Sacri unctionem reciperent; nam examen seu scrutinium tanquam præparatio ad Baptismum æque in infantibus ac in adultis adhibebatur. Præcipitur omnibus Fidelibus tam viris quam fæminis, ut singulis Dominicis Oblationem suam (*) panis & vini ad Altare afferant. Præci-

c. 2. c. 3.

Sup. l. XXX n. 39. V. coin. an. 585. n. 25. c. 4. c. 5.

(*) Des Fleury Worte sind: il est ordonné à tous les Fideles, tant hommes que femmes, de faire tous les Dimanches leur offrande de pain & de vin à l'Autel. Der deutsche Uebersetzer hat solche gegeben auf seiner 392. Seite: daß sie alle Sonntage Brod und Wein als ein Opfer zum

Sæculum VI. A.C. 585. Præcipitur, ut Decimæ Ecclesiæ Ministris secundum Legem Dei & consuetudinem Christianorum, quæ supra hominum memoriam est, sub pœna excommunicationis solvantur. Hic adverto, nullam legem pœnalem de Decimis istis antiquiorem reperiri.

In Gregorio Turonensi multa exempla leguntur, Episcopos aut Presbyteros ex suis Ecclesiis raptatos, vinculis oneratos, verberibus & variis contumeliis
c. 8. affectos fuisse; nempe necdum satis Barbarorum mores mansuetudo Christiana emendaverat. Huic malo ut mederetur
c. 9. Concilium, prohibet, ne Asyla violentur, & ne Judices Sæculares Episcopum ex claustris Ecclesiæ suæ injectis manibus abstrahant; sed si quis Episcopo litem movere voluerit, adeat Metropolitam, qui Causam solus, vel cum uno alterove Episcopo, vel si res poposcerit, in Synodo Provinciali judicet. Pari modo Presbyteri & Clerici ab Episcopo suo
c. 10. judicentur. Antequam contra viduas vel

zum Altar bringen sollten. Diese Uebersetzung ist zweydeutig, und ist das Fürwort *Leur* ausgelassen. Solche schicket sich besser auf das Abendmahl der Herrn Protestanten, in welcher Handlung das Brod, so etwan die Leute brächten, und dasjenige, welches der Predicant eingesegnet, einerley Ding ist, als auf das, was hier Fleury aus dieser Kirchenversammlung angemerket hat.

vel pupillos Actio moveatur, Judices id Episcopo, vel ipso absente, Archidiacono vel Presbytero indicent, ut rei illorum familiari provideant. Episcopi omnes Fideles ad officia hospitalitatis exercenda hortentur, atque ut ipsi cæteris exemplum lenitatis dent, canes in ædibus suis non habeant, qui pauperes ab accessu arcere solent. Item Episcopi aves rapaces non alant. Laici omnibus Clericis in majoribus ordinibus honorem exhibeant. Quando sibi in via occurrunt, si uterque equitet, laicus caput detegat, si Clericus pedes incedat, laicus ex equo descendat, & Clericum salutet.

Sæculum VI. A.C. 585.

c. 12.
c. 11.
c. 13.
c. 14.
c. 15.

Viduis etiam minorum Clericorum prohibetur, ne ad secundas nuptias transeant. Rursus Clericis, ne Judicio intersint, dum Sententia mortis pronunciatur, aut dum condemnatus percutitur.

Hujus Concilii Canones confirmavit Rex Guntramus edito Decreto, in quo præcipitur, ut Fideles Festa & Dominicas celebrent, iisque diebus ab omni labore manuum abstineant. Solummodo cibos parare licet. Generatim deinde Episcopis & Judicibus Sæcularibus injungitur, ut illos, qui Decretum istud transgressi fuerint, puniant. Hoc Decretum decima Nov. Guntrami anno vigesimo quarto seu anno 585. datum. Ipse Rex Asylorum jura in hoc Concilio confirmata reli-

c. 16. 18.

Sæculum VI. A. C. 585.

ta religioſe obſervabat, quod elapſo exin de biennio hac nata occaſione patuit. Dum Guntramus Cabilloni Feſtum S. Marcelli celebrans ad Altare procedi communicaturus; ecce vir omnibus ignotus Regis lateri ſe admovet, tanquam alloquium petens, ſed ei dum adſtantium ulnis pulſatur, ſica e manu excidit. Statim proximi in turbatum manus injiciunt, & altera ſica armatum deprehendunt. Ex Eccleſia deinde abreptus in tormentis confeſſus eſt, miſſum ſe fuiſſe, ut Regem confoderet, & credidiſſe, perpetrando facinori aptiorem Eccleſiæ locum non eſſe, quod ubique extra eam corporis Cuſtodes Regem circumdarent. Inde colligimus, a Regibus in Eccleſia morantibus ſatellites abfuiſſe. Conjurationis conſcii pœnam morte dederunt, at Sicario Rex, quia in Eccleſia comprehenſus fuerat, vitæ gratiam fecit.

§. LI.

Synodus Antiſſiodorenſis.

Aunacarius Epiſcopus Antiſſiodorenſis congregata Synodo Diœceſana edidit Canones, Decretis Concilii Matiſconenſis, cui interfuit, conſentaneos; unde credendum, ipſum voluiſſe in eo Concilio ſalubriter ſtatuta executioni dare. Univerſim leguntur Canones quadraginta quin-

ta quinque, quos inter mihi memoratu digniores visi sunt sequentes. Varii generis Superstitiones vetantur, nempe ignorantiæ Paganorum reliquiæ; quales sunt, primam Januarii diem celebrare, sub specie vaccæ vel cervi personatum incedere, & strenas dare. Permittitur quidem mutua dona offerre, sed non inde omen captare. Prohibetur, ne quis rubis, arboribus, aut fontibus vota faciat, & reddat. Nemo pedes ligneos, aut totius hominis simulacrum fabricet, in via publica collocandum. Fideles in domos privatas ad celebrandas Festorum Vigilias non conveniant, sed in Ecclesiis vigilandum & vota solvenda; illuc eleemosynam conferant, inter pauperes Matriculæ aut Catalogo Ecclesiæ insertos distribuendam. Speciatim prohibetur, ne in honorem S. Martini vigilent; sine dubio ideo, quia ista pietas in abusum degenerabat. Non liceat Magos, aut Fatidicos consulere, nec auguriis, nec sortibus in ligno aut pane mittendis, aut vulgo dictæ sorti Sanctorum fidem adhibere. Non liceat in Ecclesia saltare, nec permittere ut in ea puellæ canant, aut ibi convivia adornare. Mortuis nec Eucharistia, nec osculum pacis detur. Eorum corpora Altaris velamento non involvantur. Nemo in Baptisterio sepeliatur. Non unus defunctus super alte-

Sæculum VI. A.C. 585.

to. 5. *Conc. p.* 956. *can.* 1.

c. 3. *V. Coint. an.* 586. *n.* 8.

c. 5.

c. 4.

c. 12.

c. 14.

c. 15.

Sæculum VI. A.C. 585.

rum ponatur, id est, si prioris sepulti corpus necdum fuerit consumtum.

Conc. Matis. II. c. 17. Non liceat Die Dominica boves vehiculis jungere, aut quocunque modo laborare.

Synod. Ant. c. 18. Nemo baptizetur extra tempus Paschale, nisi illi, qui in periculo mortis existunt.

c. 11. Parvuli non extra Diœcesin portentur, ut ibi baptizentur.

Canon. Concilii Antissiodorensis. Non liceat quidquam edere aut bibere media nocte in Vigilia Paschæ, Nativitatis Domini, aut aliorum Festorum solemnium; sed expectetur saltem hora secunda matutina.

c. 8. Non liceat super Altare ponere vinum melle dulcoratum, aut quemcunque potum alium, nisi vinum aqua mixtum.

c. 10. Nec una die duas Missas in eodem Altari legere, præsertim si Presbyter post Episcopum legat. Inde dispicimus, illa ætate necdum magnum Missarum, quæ una die legebantur, numerum fuisse.

c. 36. 42. Fœminæ Evchariſtiam nuda manu non

c. 6. excipiant, sed unaquæque habeat linteum (illud tunc temporis Dominicale dicebatur) Presbyteri Chrisma media Quadrageſima petant. Omnes Presbyteri in medio Mensis Maji, & Abbates omnes prima Nov. ad Synodum veniant.

c. 7. Item Pres-

c. 2. byteri ante Epiphaniam in Diem primam Quadrageſimæ sollicite inquirant, ut in illo Festo initium jejunii populo denunciare possint.

Non liceat Presbyterorum, Diaconorum, aut Subdiaconorum

viduis

viduis alteri nubere. Præceptum Concilii Matiſconenſis ad viduas omnium Clericorum extendebatur. Non liceat Clericis, dum rei torquentur, quæſtioni adeſſe, aut dum capitis ſententia pronunciatur, nec in Judicio ſanguinis Actores ſint. In conviviis non cantent, nec ſaltent. Abbates aut Monachi in Baptismi collatione non ſint Patrini.

Archipresbyteris Presbyteros, & etiam Laicos corripiendi poteſtas ſit. Huic Synodo Antiſſiodorenſi cum Epiſcopo Aunacario interfuere Abbates ſeptem, Presbyteri triginta quatuor, & Diaconi tres, qui abſentium Presbyterorum nomine ſubſcripſerunt. Petiit Epiſcopus, ut hæc ſtatuta a Rege Guntramo confirmarentur.

Idem Epiſcopus ordinem conſtituit Supplicationibus publicis, quas duci oportebat aliqua ſingulorum Menſium die in omnibus ſuæ Diœceſis Parochiis; prima autem Parochia habebatur Civitas Antiſſiodorenſis, cui die prima procedendum erat. Secunda die Menſis ſupplicabant Appondienſes, tum etiam cœteræ Parochiæ, quælibet vice ſua. Præterea indicavit urbis Antiſſiodorenſis Eccleſias, ubi Supplicationes terminarentur. Prima die Januarii procedebant conprecantes ad Eccleſiam S. Germani, prima Februarii ad Sancti Amatrii, prima Martii

Sæculum VI. A. C. 585.

c. 22.
c. 33.
c. 34.
c. 41. 40.
c. 25.
c. 20. 44.
Hiſt. Epiſc. Antis. c. 29.

Sæculum VI. A. C. 585. ad S. Mariani, & aliis diebus ad alias Ecclesias. Id quoque Aunacarii cura effectum, ut certis viris injungeretur munus in Ecclesia Cathedrali S. Stephani singulis per Septimanam noctibus Vigilias celebrandi; unde cognoscimus, diversas Clericorum & Monachorum Congregationes alternis vicibus hoc officio fuisse defunctos; at de die Sabbati nulla mentio.

§. LII.

Pretextati Cædes.

Greg. VIII. hist. c. 31. Interim Regina Fredegunda muliebri pertinacia persuasum habebat, Pretextato Episcopo atrociorem inimicum sibi non esse, utpote Reginæ Brunehildis amicum. Cum Rothomagi versaretur, ei aliquando inclementius locuta minas quoque adjecit, se ipsum secundo in Exilium ejecturam. Episcopus virili constantia fœminæ respondit, increpuit ob tot admissa crimina, & severum Dei Judicium timere jussit. Sequenti die Dominica in Ecclesiam mature se contulit, atque inchoato officio consedit in Solio. Tunc vero pessimum Fredegundæ mancipium proxime accedens educto e cingulo pugione Episcopum ferit infra axillam. Exclamat Pretextatus, ut Clerici ad auxilium procurrerent, sed nemo se movit. Tum manus cruentatas Altari impo-

imponens oravit; peractis precibus a mi- Sæculum VI.
niſtrs in ſuum cubiculum devehitur & in A. C. 585.
lectum attollitur. Illico etiam Fredegunda venire & vulneratum inviſere ſuſtinuit, dixitque: *Sancte Epiſcope! tam nos, quam populus tuus dolemus vices tuas. Sed faxit Deus, ut percuſſor deprehendatur!* repoſuit Pretextatus: *& quis alius facinoris auctor ſit, niſi illa manus, quæ tot Reges ſuſtulit, & tot inſontium ſanguinem fudit?* Cumque Fredegunda Medicorum ſuorum operam promitteret, reſpondit: *Dei voluntas eſt, ut huic Mundo eripiar; tu vero tot malorum cauſa humani Generis execratio eris, & Deum meæ mortis ultorem ſenties.* Illa deinde diſcedente, quid de rebus ſuis fieri vellet, decrevit, & obiit.

Romacarius Epiſcopus Conſtantinenſis comperta cæde advenit, curavitque ut funus tumulo inferretur, civibus Rothomagenſibus & præprimis e gente Francorum Optimatibus Epiſcopi chariſſimi fatum vehementer lugentibus. Ludobaldus Bajocenſis, qui in illa Provincia Epiſcoporum primus habebatur, cura Eccleſiæ Rothomagenſis ſede vacante in ſe ſuſcepta litteras dedit ad omnes Epiſcopos, & exquiſito ipſorum conſilio omnes Eccleſias in Civitate Rothomagenſi claudi juſſit, ne populus Officio Divino intereſſe poſſet, donec patefieret, quis

Sæculum VI. A. C. 586.

tanti sceleris auctor fuisset. Is quoque mandavit, ut aliquot viri comprehenderentur, qui deinde in tormentis fassi sunt, atrox facinus imperante Fredegunda fuisse patratum. Hac re ad Regem Guntramum delata tres misit Episcopos Artemium Senonensem, Veranum Cavallionensem, & Agrecium Trecensem, ut de isto crimine cum illis, qui Clotarii juventutem moderabantur, cognoscerent. Verum Optimates delegatis a Guntramo Episcopis responderunt: *peractum scelus summopere detestamur, & nihil magis curæ nobis erit, quam ne impunitum remaneat; si vero, qui reus est, inter nos versatur, non concedemus, ut ad vestrum Regem deducatur, cum Auctoritate Regis nostri plecti possit. Igitur scire vos oportet*, reposuerunt Episcopi, *nisi ille tradatur, qui nefas perficere ausus est, Regem nostrum cum exercitu venturum, & Regionem istam igne ferroque deleturum.* Nullo alio Responso accepto revertentes edicebant, nunquam se passuros, ut Melanius olim in Sedem Pretextati ipso exulante intrusus quocunque actu Episcopali fungeretur.

c. 41. Interim cum Fredegunda per totam Provinciam fama publica accusaretur, quod ipsa mandante Pretextatus fuisset interfectus, ut objectum crimen diluere, jubet Servum illum, qui Virum San-

Sanctum percusserat, capi, & crudeli- Sæculum VI.
ter verberibus contundi, ac si nequiter A.C. 586.
falsum crimen de Domina sua commentus esset; tum in potestatem Nepotis occisi Episcopi tradit. Is adhibitis tormentis ex Servo verum expressit. *Fateor*, inquiebat, *accepi centum solidos aureos a Fredegunda Regina, ut necem Episcopo inferrem, quinquaginta solidos addidit Melanius Episcopus, rursusque quinquaginta alios Archidiaconus Rothomagensis. Præterea polliciti sunt, quod me & uxorem meam libertate donare vellent.* Ad hæc Pretextati nepos evaginato gladio confitentem cæsim interficit, sive jure Francorum usus, quod propinquis licentiam dabat parricidam necandi, sive crediderit, id sibi in nequissimum mancipium & a Domina sua derelictum licere. Ecclesia S. Pretextatum tanquam Martyrem 24. Febr. colit. Pretextato occiso *Martyr. R.* Fredegunda Melanium in Sedem Rotho- 24. *Febr.* magensem induxit.

§. LIII.

Interdicta Ecclesiastica.

Quod in hac rerum gestarum serie narratur, Episcopum Bajocensem Ecclesias Rothomagi claudi jussisse, Interdictorum Ecclesiasticorum exemplum est, atque referente Gregorio Turonensi plu- *Greg. V. hist. c.* 33. ra alia legimus. Annis abhinc aliquot

Sæculum VI. A. C. 586.

Parisiis cum Ecclesia S. Dionysii cædibus & effuso sanguine fuisset polluta, cessarunt Officia Divina, & rei fuere excommunicati, usque dum satisfeciissent. Franco Episcopus Aquensis a Rege Sigeberto contra æquitatem condemnatus, nam unum Ecclesiæ ipsius fundum abstulerat, & insuper ad mulctam trecentorum aureorum pendendam compulerat, injuriam non ferens ante Sepulchrum Sancti Mitriæ (†) in pavimentum se demisit orans in hunc modum: *Magne Sancte Mitria! non amplius accendentur hic lucernæ, non decantabuntur amplius Psalmi, quoad usque Ministros tuos vindicaveris, & Bona vi ablata recuperaveris.* His verbis inter singultus prolatis Sepulchrum spinis instravit, & clausis januis etiam in aditu Ecclesiæ spinas sparsit. Leo Episcopus Agathensis sub Dominatione Gothorum constitutus eodem Ritu Ecclesiastico usus est, ut Vindictam Divinam provocaret in Comitem Gommacarium Arianum, qui Ecclesiæ fundum usurpans minatus fuerat, se Episcopum, si quid moveret, male mulctaturum; venit Leo in Ecclesiam S. Andreæ, oravit in terra prostratus, Vigilias celebravit, noctem psallendo & flendo transegit; cum illucesceret, ad lucernas, quæ ex Ecclesiæ fornice dependebant, accessit, baculo, quem tenebat, omnes confregit,

Id. de Glor. Conf. c. 71.

(†) S. Merre.

de Glor. M. l. c. 79.

fregit, dicens: *non hic ardeant lucernæ, donec Deus de inimicis suis se ulciscatur, & Domui suæ bona restituat.* (*) Sæculum VI. A. C. 586.

Interea Rex Guntramus Leovigildo Visigothorum Regi bellum inferebat, ut pœnas reposceret, ob injurias Principi Ingundi Nepti suæ & ejus Conjugi Hermenegildo illatas. In Septimaniam mi- *Greg. VIII. c. 28. 30.*

(*) Hier ist eine Anmerkung unsers Protestantens, in welcher er überhaupt die Kirchen-Interdict mißbilliget. Das ist nämlich der grosse Fehler der Herren Protestanten, daß sie die Sache selbst von den Mißbräuchen nicht unterscheiden. Es ist besser wenn man in einer oder mehrern Kirchen den Gottesdienst auf eine Zeit gar aufhebet, zum Exempel wenn darinn Mordthaten verübet worden, als wenn man wider die Ehrerbietigkeit, die man dem Hause GOttes schuldig ist, und mit Aergerniße der Gemeind solchen verrichtet. Ferner saget der Uebersetzer: so war auch die Absicht darbey sehr lasterhaft ꝛc. Die Bischöfe, von welchen in diesem Orte die Rede ist, können vielleicht als einfältig, aber nicht als lasterhaft angesehen werden. Hierauf klaget unser Uebersetzer: daß man nach dieser Zeit ganze Länder und Königreiche mit dem Interdict beleget, viel tausendmal tausend Unterthanen die Gnadenmittel abgeschnitten ꝛc. Nun nach der allgemeinen Kirchenversammlung zu Trient sind diese Kirchen-Interdict ganzer Länder zwar nicht aufgehoben, aber nicht mehr üblich. So daß der Uebersetzer auch in diesem Puncte mit der römischen Kirche zufrieden seyn sollte.

Sæculum VI. A. C. 586.

sit exercitus duos; sed milites, quos o portuisset cum hoste dimicare, propria Francorum terras rapinis & incendiis va stârunt, Ecclesias spoliarunt, plebem & Clericos ad Altaria confugientes macta runt. Hac calamitate ad Regem dela ta, cum acerbissime in Duces excande sceret, ut iræ Regiæ se subducerent, ad S. Symphorianum in Civitate Augusto dunensi Asylum mutatis vicibus quæsie runt. Regi deinde ad celebrandum hu jus Sancti Festum venienti occurrerunt, ea conditione, ut postea in judicio sta rent. Guntramus convocatis quatuor Episcopis & Laicorum Senioribus Præfe ctorum Causam examini subjicere cœpit, dixitque: *Quomodo jam Victoriam spe rabimus, cum Majorum nostrorum exem pla minime sequamur? illi Ecclesias ædi ficabant, Episcopos reverebantur, Mar tyres honore prosequebantur, & spem suam omnem in Deo ponebant; nos vero Vasa sacra & ipsas Reliquias rapimus, Mini stros Dei morte afficimus. Hinc sine vi ribus sunt manus nostræ, & inutilis ar morum strepitus. Si culpa mea est, ame Deus reposcat pœnas; si autem imperata facere detrectastis, Belliducum primi ca pite vecordiam luant, ut militaris Disci plinæ & severitatis exemplum totus exer citus habeat, & ira Numinis a Patria avertatur.* At Præfecti culpam in mili

tes

tes refractarios rejiciebant, & Regis ira ultra verba non processit. Sæculum VI. A. C. 586.

§. LIV.

S. Hermenegildi Martyrium.

Leovigildus Regni sui fines strenue tuebatur, sæpe etiam Pacis conditiones offerens, quæ non audiebantur. Verum Catholicos persequi non cessabat, & tandem Hermenegildum Filium suum primogenitum necari jussit. Piissimus Princeps vinculis ferreis oneratus agnoscebat, quam despicabilis esset rerum terrenarum magnificentia, & Regnum Cœleste anhelare incipiebat. In Cilicio decumbens a Deo ferventibus precibus postulabat, ut sibi robur necessarium sufficeret. Superveniente Paschalis Festivitatis die Rex Pater misso ad eum noctu Episcopo Arianorum paternam Gratiam obtulit, si de manu illius Præsulis Communionem vellet accipere. At Hermenegildus accedentem indignans repulit, Hæresin exprobravit, ac si libertate integra frueretur. Episcopo itaque ad Regem reverso, is ira infremuit, misitque satellites, qui filium interficerent. Illi carcerem ingrediuntur, & unus eorum, cui nomen Sisbertus, securim jacentis capiti infigit. Hoc mortis genus subiit Princeps Hermenegildus Tarracone anno Leovigildi decimo septimo seu anno Christi *Greg. III. dial. c. 31.* *Jo. Bicl. an. 586.*

Saeculum VI. A.C. 586.

Christi 586. in Sabbato Sancto decima tertia Aprilis, qua Die Ecclesia ejusdem Memoriam tanquam Martyris honorat.

Mart. R. 13. Apr.

S. Leander Legatione Constantinopolitana defunctus, ubi in Hispaniam rediit, cum aliis Episcopis Catholicis exulare cogitur. In exilio duos scripsit libros contra Arianos, & alterum de Institutione Virginum, quem Florentinæ Sorori suæ nuncupavit. Hunc S. Leandri Regulam dicunt. Joannes Biclarienſis quoque illius Persecutionis particeps factus est. Natus is erat Scalabæ, seu Santareni in Lusitania ex Gente Gothorum. Juvenis Constantinopolim profectus, & ibi ex libris græcis & latinis apprime eruditus post annos septendecim in Hispaniam rediit, illo tempore, quo Leovigildus in Catholicos vehementissime furebat. Hinc ab eo tentatus, ut Hæresin amplecteretur, quia fortiter repugnabat, Barcinonem relegatus est, ubi per annos decem multa mala ab Arianorum partim nequitia, partim violentia tulit. Exinde Monasterio fundato, quod Biclaria dictum, illuc Monachos congregavit, iisque Regulam tradidit; sed illa ad nos non pervenit, habemus vero ejus breve Chronicum quod composuit, ut Chronicum Victoris Tunonensis continuaret. Incipit anno primo Justini Junioris seu anno 566. & anno octavo Mauritii

Isid. Ill. c. 28. Cod. Reg. t. 3. p. 155. Isid. c. 31.

Joannes Biclarienſis.

ritii seu Recaredi quarto absolvitur, id est, anno 589. Joannes Abbas post hæc Episcopus Gerundanus electus est. Eadem ætate in vivis agebat Licinianus Episcopus Carthagine nova, qui librum edidit de Baptismo, & Amicus ejus Severus Episcopus Malacanus, qui adversus Episcopum Vincentium Cæsaraugustanum Apostatam scripsit. Sæculum VI. A. C. 586. c. 29. c. 30.

Suevos etiam in Gallæcia habitantes persecutus est Leovigildus; nam Eborico ipsorum Rege e throno pulso, & ab Andeca in Monasterium detruso in hunc Leovigildus arma movit, cepit, & attonsum in Presbyterum ordinari jussit. Itaque Gallæciæ Dominus volebat, ut Suevi non multo abhinc tempore ad Fidem Catholicam conversi ad Arii Sectam reverterentur, & magnum eorum numerum pervertit. Verum filio suo Hermenegildo haud diu superstes fuit Parens. Pœnitentia ductus, quod eum sustulisset, veritatem Religionis Catholicæ agnovit, sed Gentis suæ timore absterritus eam publice profiteri non est ausus. Cum ægrotaret, & sentiret se moriturum, advocato S. Leandro, quem tantopere persecutus fuerat, filium suum Recaredum in Regno Successorem fidei ejus commendavit, rogans, ut similia in ipso sicut olim in Fratre ejus efficeret; nempe in Fide Catholica erudiret. Quin aliqui dixe-

Joan. Brici. an. Leov. 16. 17.

Conc. Tolet. III. p. 999. *S. Greg IV. dial. c.* 31.

Sæculum VI. A. C. 587.

dixerunt, Leovigildum ſeptem diebus mœrore languiſſe, & tot mala, quæ contra Deum auſus fuiſſet, defleviſſe; tandem Catholicum obiiſſe. Ut ut autem res ſe habeat, anno Regni ſui decimo octavo, JEſu Chriſti 587. e vita migravit.

Greg. Tur. VIII. c. ult. Jo. Biclar.

§. LV.

Viſigothorum Converſio.

S. Greg. ib. Greg. Tur. IX. c. 15.

Defuncto ſucceſſit filius Recaredus, qui S. Hermenegildi veſtigia ſecutus & in Fide inſtructus, cum veritatem Religionis Catholicæ perciperet, Signum Crucis cum unctione S. Chrismatis, ſcilicet, Sacramentum Confirmationis recepit. Menſe decimo, ex quo regnare cœpiſſet, tam fortiter & concinne coram Epiſcopis Arianis pro Religione Catholica dixit, ut juvenis Regis ſapientiam admirati argumentis magis quam Auctoritate ad amplectendam Fidem Catholicam permoverentur. Paucis, Recaredus totam Nationem Viſigothorum convertit, nec conceſſit, ut Hæreticorum ullus in exercitibus ſuis militaret, aut munere civili fungeretur. Suevos quoque ad Religionem Catholicam reduxit. Itaque Regni ejus principium interitum attulit Hæreſi in Hiſpania, ubi ex illo tempore, quo Barbari advenerant, nempe ab initio Sæculi V. per annos

nos centum & octoginta dominata fuerat. Conversionis Regiæ nuncio, Recaredo jubente in Provinciam Narbonensem, quæ ipsi parebat, perlato, Hæretici, qui ibi versabantur, Regis ad exemplum conversi sunt; Athalocus vero Arianorum Episcopus superante indignatione mortem oppetiit. Sæculum VI. A. C. 587. *Jo. Biclar.*

Nihilominus Recaredi conversionem secuti sunt non nulli motus, quos feliciter repressit. Anno Regni ejus secundo Episcopus Arianus, cui nomen Sunna, cum Seggone & quibusdam aliis seditionem commovere conatus est; at molitione ista mature detecta Sunna in exilium missus, Seggon quoque præcisis manibus in Gallæciam proscriptus. Anno tertio nova conjuratio Uldilæ Episcopi & Goswindæ Reginæ Recaredi Novercæ patuit. Hæc Recaredo addictissimam imo & Catholicam sicut & Uldila se finxerat; sed deprehensi sunt, quod Communionem acciperent, & deinde projicerent. (*) Uldila solum vertere jussus est, & Goswindam, nunquam non Catholicis infensam, mors opportuna abstulit. *Jo. Biclar.*

§. LVI.

(*) Hæc verba: *Hæc Recaredo addictissimam &c.* & quod sequitur de Communione. Interpres Protestans pag. sua 399. p. 5. omisit.

Sæculum VI.
A.C. 589.

§. LVI.

Concilium Toletanum tertium.

To. 5. Conc. p. 589. Recaredus Rex, ut Gothos conversos in Religione Catholica confirmaret, et omnibus Provinciis sibi subjectis convocavit Concilium in urbe Toletana celebrandum. Convenere Episcopi septuaginta duo, nempe quinque Metropolitæ, Euphemius Toletanus nomine Provinciæ Carpentamiæ, tunc ita dicebatur, S. Leander Hispalensis ex Provincia Betica, Migetius Narbonensis ex Gallia, Pantardus Braccarensis ex Gallæcia. Aderant Episcopi sexaginta quatuor, & cœterorum absentiam Legati. Omnibus Toleti congregatis Auctor fuit Rex, ut jejuniis, vigiliis & oratione animos ad Concilium præpararent. Igitur jejunium trium dierum indicitur, quibus exactis Patres sexta die Maji anno Recaredi quarto æra 627. id est anno 589. convenerunt. Rex præsens præprimis recitari jussit suam Confessionem Fidei de Trinitatis Mysterio, in qua dicit, propositum sibi esse, omnes Subditos suos ad eandem Fidem reducere. *Ecce vobis*, inquiebat ad Episcopos, *Illustrissimam Gothorum Gentem! quæ licet usque in hanc diem Doctorum suorum improbitate ab Ecclesia univer-*

universali (*) *separata fuerit, hodie sincero corde ad eam redit. Recipite etiam Gentem Suevorum numerosissimam, quæ, ab aliis in Hæresin pertracta, nostra cura ad Veritatem reducta est. Hos populos offero per manus vestras tanquam gratum Deo Sacrificium. Vestrum jam est eos Doctrina Catholica imbuere.* Tum in Fidei suæ Confessione prosequitur, atque edicit, quod Arium Doctrinam ejus & Sectatores anathematizet; quod Concilium Nicenum, Concilium Constantinopolitanum contra Macedonium celebratum, primum Concilium Ephesinum contra Nestorium, & Concilium Calcedonense contra Eutychem & Dioscorum, atque generatim omnia Concilia orthodoxa, quæ illis quatuor sunt consentanea, recipiat. *Accipite*, inquit, *hanc nostram & Gentis nostræ Confessionem, scriptam, & signis nostris confirmatam, & inter Monumenta Canonica servate, ut futuris* Sæculum VI. A.C. 589.

(*) Der Protestant hat hier anstatt des Wortes *universel* allgemein gesetzet: von der wahren Kirche. Es ist aber nicht der eigentliche Ausdruck, und ist es merkwürdig, daß Recaredus, ob schon alle Könige, bis auf die Fränkischen, Arianer gewesen waren, und die Anzahl dieser Ketzer in der ganzen Kirche unendlich, nichts destoweniger der römischen den Namen der allgemeinen beygeleget hat.

Sæculum VI. A. C. 589.

futuris temporibus coram Deo & hominibus teſtimonium ſit adverſus illum, qui reſilire vellet.

Hic Definitiones quatuor Conciliorum generalium inſertæ erant, tum Nomina Regis Recaredi & Baddo Reginæ Sponſæ ejus, quibus lectis Concilium lætitiam ſæpius acclamando profeſſum eſt. Gratias Deo agebant Epiſcopi pro felicisſima reconciliatione, Regique in vita præſenti Gloriam, & in futura coronam æternam precabantur. Concilio deinde mandante unus Epiſcoporum Catholicorum ad Epiſcopos aliosque neo-converſos dixit: *Muneris noſtri ratio & Regii præceptum exigit, ut ex vobis quæramus, quam Hæreſin damnetis, & quam Doctrinam in Eccleſia Catholica teneatis, ut omnibus pateſiat, vos hujus Eccleſiæ veræ membra eſſe, & Hæreſin Arianorum, illius Dogmata, preces Eccleſiaſticas, Communionem, Libros damnare.* Tunc Epiſcopi converſi cum Clericis ſuis & Primatibus de Gente Gothorum uno ore reſponderunt: *Quamvis, quod petitis, jam converſionis noſtræ tempore fecerimus, id tamen iterum lubenter faciemus, & confitebimur, quæcunque nos meliora docuiſtis.*

p. 1002.

p. 1000.

Concilium Toletanum.

Tum Articuli viginti tres cum Anathematiſmo ſpeciatim contra præcipuos Aria-

Can. 11. *c.* 16.

Arianorum errores recitati sunt. Inter alia Fides quatuor Conciliorum recipiebatur, Libellus anno duodecimo Leovigildi Regis compositus nempe Decretum Conciliabuli Toletani rejiciebatur, nominatim Concilium Ariminense (fortissimum illud Arianorum Propugnaculum) damnabatur. His Neo-conversi subscripserunt, primo Episcopi octo, quorum nomina barbara satis probant, fuisse Gothos, tum Presbyteri & Diaconi, atque etiam Gothorum Optimates; quibus omnibus peractis Rex monuit, ut Articuli ad Disciplinam spectantes definirentur, tumque Canones viginti tres conditi, ut damna repararentur, quæ Hæresis scelerum omnium Fautrix Religioni attulerat.

Sæculum VI. A. C. 589.

Sup. n. 40. *c.* 17.

p. 1008.

In Exordio generatim præcipitur, ut omnes antiqui Canones & Epistolæ Synodales Paparum observentur. Deinde salva reverentia debita illis sanctis Legibus, quibus duo Concilia singulis annis celebrari præcipitur, considerata tamen magna locorum distantia, & Ecclesiarum in Hispania paupertate, statuitur, ut Episcopi congregentur semel per annum in loco, quem Metropolita elegerit, & locorum Judices atque Regiorum Fundorum œconomi in Concilio prima die Nov. adsint, ut modum, quo populos re-

c. 1.

c. 18.

Canones Concilii Toletani.

Sæculum VI. A. C. 589.

gant ex ore Episcoporum discant; his enim committitur, ut Præfectorum factis invigilent. Priusquam Concilium annuum solvatur, locus, in quo agendum erit Concilium futurum, indicetur, et Metropolitæ novas Epistolas, quibus Synodum convocent, mittere non cogantur.

Ut Fides populorum roboretur, Symbolum Concilii Constantinopolitani, sequendo exemplum Ecclesiarum Orientalium, in Missa ipsis præcinatur. Episcopi, Presbyteri & Diaconi Arianorum uxores habentes jure matrimonii utebantur. Id Concilium conversis prohibet & præcipit, ut in eodem cubiculo, & fieri possit in eadem domo non habitent.

c. 2.

c. 5.

Episcopo mensæ assidente semper aliqua pars S. Scripturæ prælegatur. Clerici contra Confratres suos coram Judicibus sæcularibus Actionem non moveant; si moverint, causa cadant, & excommunicentur.

c. 7.

c. 13.

Ecclesiæ nuper ab Ariana Secta conversorum unacum Bonis suis ad Episcopum Diœcesanum pertineant. Episcopi Ecclesiarum suarum Bona non alienent; si vero Episcopus aliquam suæ Diœcesis Ecclesiam deligat, ut ibi Monasterium fundet, id ipsi consentiente Synodo liceat. Episcopi sit omnia Bona Ecclesiæ administrare, quam potestatem Funda-

c. 9.

c. 3.

c. 4.

c. 19.

Fundatores ab eo auferre non possint. Non liceat Episcopo a Presbyteris & Diaconis nova onera aut pensiones exigere, sed antiquo jure, quod Episcopi in Parochias obtinent, contentus sit. Sæculum VI. A.C. 589.

Illi, quos Episcopus manumiserit, aut qui in tutelam Ecclesiæ traditi fuerint, sub Episcopi Patrocinio sint. Clerici, qui ex familia Fisco addicta assumti fuerint, in Ecclesiæ Ministerio remaneant, & censum Principi reddant. Nemo eos sub prætextu, quod sibi a Rege fuerint donati, vindicare possit. Si quis Servus Fisci Ecclesiam fundavit & dotavit, curæ sit Episcopo, ut hanc fundationem Princeps confirmet. Judices & Præfecti servos Episcoporum, Ecclesiarum, & Clericorum exactionibus non vexent. Viduæ aut Virgines ad nuptias non compellantur. c. 6. c. 8. Canones in Hispania. c. 15. c. 21. c. 10.

De Pœnitentibus hujus Concilii Patres decernunt in hunc modum: *Relatum est ad nos, peccatores in aliquibus Ecclesiis pœnitentiam agere non secundum Canones, sed modo Ecclesiæ admodum probroso, ita ut a Presbytero petant, ut ipsos reconciliet toties quoties peccare lubuerit.* (*) Ut abusus execrabilis re- c. 11.

(*) Si hodieque Conscientiarum Rectores, dum Fidelium Confessiones excipiunt, hujus Canonis

Sæculum VI. A. C. 589.

primeretur, præcipit Concilium, ut ille, quem peccati pœnitet, primum a Communione ſuſpendatur, & ſæpe veniat, ut cum cœteris pœnitentibus impoſitionem manuum recipiat. Poſtquam tempus ſatisfactionis impleverit, Communioni reſtituetur, ubi Epiſcopo viſum fuerit. Illi vero, qui durante pœnitentiæ tempore, vel poſt reconciliationem in priſtina peccata relabuntur, ſecundum antiquorum Canonum rigorem condemnentur, id eſt, ad Pœnitentiam non amplius recipiantur. ✝

✝ intellige publicam.

§. 12. Ut præcaveatur relapſus, Epiſcopus vel Presbyter, antequam pœnitentiam concedat, illam petenti capillos abſcindat,

---

nonis Auctoritatem, quæ ad minimum directive eſt, ſequerentur, multarum animarum ſaluti ſecurius conſulerent.

Scio quidem Moraliſtas aliquos docere, Pœnitentis & peccata gravia, in quæ ſæpius relapſus eſt, confitentis propoſitum, ſi ſe illud habere coram Confeſſario nude affirmet, poſſe eſſe verum & ſincerum; nihilominus valde periculoſum, ne dicam noxium, videtur, talem peccatorem ſine ulla dilatione ſtatim abſolvere & ad S. Communionem admittere, ſi Confeſſarius, quod ſæpiſſime fit, certitudine morali prævideat, hunc pœnitentem eadem forte die vel poſt breve tempus in eadem, de quibus nunc dolere ſe dicit, peccata gravia eſſe relapſurum.

dat, si vir sit, si autem mulier, jubeat eam vestes mutare. Sæculum VI. A. C. 589.

In exequiis Christianorum Psalmi quidem cantentur, ut Spes Resurrectionis excitetur, sed carmen funebre non recitetur, ne pugnis tundantur pectora. Nempe hæc luctus signa Gentilium superstitionem olebant. A festis & solemnitate Sanctorum saltus, & cantiones lascivæ abesse jubentur. Meminerit Lector, hæc in Hispania prohiberi. (*) Per totam Hispaniam & Galliam omnia Idololatriæ vestigia Potestatibus Sæculi & Ecclesiæ operam jungentibus deleantur. c. 22. c. 23. c. 16.

Pater districte prohibetur interimere prolem, ex fornicatione natam, si ea ipsi oneri sit. Hæc quoque crudelitas a Paganorum moribus profecta ad Christianos pervenerat. Judæi munere publico non fungantur, mancipia Christiana non habeant, mulieres Christianas non ducant, & si ex iis prolem genuerint, baptizetur. In isto Concilio Toletano, quod tertium habetur, S. Leander Sermonem pronunciavit de felicissima sorte Ecclesiæ Hispanæ, quæ post duram persecutionem libertate fruebatur, & omnes c. 17. *Sup. l. III.* §. 40. c. 14. p. 1018.

(*) Quid sibi Fleurius hac Reflexione velit, non dispicio.

Sæculum VI. A. C. 589.

filios suos in unitate Fidei congregatos complectebatur. Rex Recaredus Decretum edidit, quo omnia in hoc Concilio definita confirmat, addita pœna excommunicationis in Clericos refractarios; Laici bonis suis a Fisco priventur, aut pro conditione Personarum in exilium migrare cogantur.

p. 1015.

§. LVII.

Concilium Narbonense.

Ut ea, quæ in Concilio Toletano decreta fuerant, executioni mandarentur, Episcopi ex illa Galliarum Parte, quæ Gothis parebat, Narbonæ prima die Nov. eodem anno 589. Recaredi quarto congregati sunt. Octo, non plures, erant Episcopi, scilicet, Migecius Episcopus Narbonensis Metropolita, Sedatus Biterrensis, Benenatus Elnanus, Boetius Magalonensis, Pelagius Nemausensis, Tigridius Agathensis, Sergius Carcassensis, Agrippinus Lutevensis, qui omnes in Acta Concilii Toletani vel ipsi præsentes, vel per Legatos consenserant. In isto Concilio Narbonensi quindecim condiderunt Canones, atque illa, quæ ex iis memorari merentur, sunt sequentia.

to. 5. *Conc. p.* 1028.

Can. 2.

In fine cujuslibet Psalmi, & in Divisione longiorum Psalmorum cantetur *Gloria*. Haud dubie hæc brevis Oratio

c. 4.

pro

pro Fidei Catholicæ compendio contra Arianos habebatur. Cuncti, tam Liberi quam Servi, Gothi, Romani, Syri, Græci, aut Judæi, Die Dominica a labore abstineant. Transgressores si liberi sint in mulctam sex solidos pendant, servus flagris cædatur, & plagas centum accipiat. Ex his cognoscimus, quæ Nationes in illa Galliarum Parte extiterint. Gothi primo loco nominantur tanquam Domini, Romani dicuntur veteres illius Regionis coloni, Syri Græcique Peregrini sunt, qui mercaturæ causa illo veniebant. Ex eo, quod in hoc Canone etiam pœnæ temporales statuantur, liquet, quod Judices Sæculares in Concilio adfuerint, sicut in Concilio Toletano Canone decimo octavo decretum fuerat. Sæculum VI. A. C. 589. c. 9. 14.

Nullus Presbyterorum aut Diaconorum durante Missa ex Sanctuario discedat, & antequam ad finem perducatur, Diaconi, Subdiaconi, aut Lectores Albam non exuant. Hic videmus omnes Clericos Alba, sed tantum sub officio Divino, usos fuisse. Subdiaconi, Ostiarii, aliique Clerici fideliter ministrent, & Senioribus suis ingredientibus vel egredientibus valvas reducant. Valvas hic voco siparia, quæ ante Ecclesiarum januas dependebant. Id si facere contem- c. 12. c. 13.

Sæculum VI. A. C. 589.

pserint, Subdiaconis stipendium subtra-
hatur, minores vapulent. Clerici Epis-
c. 10. copis suis obediant, & ad illas Ecclesias se conferant, in quibus ministrare juben-
c. 5. 7. tur. In hoc Concilio leguntur plures alii Canones, quibus inobedientia & su-
c. 11. perbia Clericorum reprimitur. Qui lit-
teras legere non didicit, Presbyter aut
c. 1. Diaconus non ordinetur. Clerici pur-
c. 3. pura non vestiantur, & in foro publico
c. 6. fabulis non vacent. Abbatibus illorum Monasteriorum, in quibus Clerici casti-
gandi includuntur, curæ sit, ut in luctu
c. 14. & pœnitentia vivere cogantur. Nemo Ariolos aut Magos consulere audeat. Qui se hanc artem callere comminiscun-
tur, fustibus cædantur, venumdentur, &
c. 15. pretium in pauperes erogetur. Nemo diem Jovis tanquam Deo Jovi sacrum celebrare præsumat.

§. LVIII.

Gregorius Antiochenus.

Evagr. VI. c. 7. Mense Junio ejusdem anni 589. celebratum est Concilium Constantinopoli in Causa Gregorii Patriarchæ Antiocheni. Ortis inter ipsum & Asterium Comitem Orientis jurgiis Comes Urbis Primores & plebem in suas pertraxit partes, ita ut in plateis atque etiam in theatris convicia in Episcopum ingere-
ren-

rentur. Joanni Comiti Asterii Succesſo- Sæculum VI.
ri in mandatis dedit Imperator, ut in A.C. 589.
hujus litis cauſam inquireret. Ipſe vero affixa publice ſcheda; ſi quis Epiſcopum accuſare vellet, ſe accuſationem recepturum, oleum igni affudit. Non defuere, qui Libellos traderent, quibus Epiſcopus inſimulabatur, adulterium cum ſorore ſua admiſiſſe, & Civium pacem ſæpe turbaſſe. Gregorius reſpondit, ſe poſterius crimen, quod ſibi objiceretur, coram Comite velle diluere; ob reliqua ad Imperatorem & Concilium appellavit. Itaque Conſtantinopolim profectione ſuſcepta itineris ſociu[illegible] adſcivit Evagrium Scholaſticum id eſt Cauſidicum, cujus conſilio uteretur. Is etiam hoc factum Hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ inſeruit. Omnes Patriarchæ vel in Perſona vel per Legatos in hoc Judicio adfuere, Senatus quoque & multi Metropolitæ advenerant. Cauſa mature in utramque partem penſata poſt multas Seſſiones Gregorius abſolutus liber dimittitur; Accuſator vero per urbem circumducitur, virgis cæditur, & proſcribitur. Hic notari meretur, quod *Valeſ. in Evagr.* Gregorius inceſtus a Laico accuſatus ad Imperatorem & Concilium appellaverit, a Senatu ſimulque ab Epiſcopis fuerit judicatus, & quod Senatus medio loco

Sæculum VI. A.C. 589.

co post Patriarchas & ante Metropolitas ponatur.

Evagr. VI. c. 8. *v. Valef. hic.*

Cum quatuor Menses ab hac profectione Gregorii Episcopi effluxissent, ultima die *Hyperberetée* anno 637. æræ Antiochenæ, id est, trigesima prima Octobr. anno 589. terra mota est Antiochiæ, qua concussione sexaginta ferme hominum millia & inter alios Asterius Comes perierunt; at Gregorius Episcopus evasit incolumis. Haud multo post hæc tempore mandatis ab Imperatore acceptis jussus est omnem conatum adhibere, ut exercitum in Oriente, qui a Mauritio defecerat, ad Officium reduceret. Nemo ignorabat, quanta Gregorii apud illos milites esset Auctoritas, qui aliquos pecunia, alios datis sagulis juverat, tunc cum primum conscripti per ejus Civitatem transirent. Igitur Ducibus Litarbum, quod oppidum centum stadiis seu quindecim leucis ab Antiochia distat, convocatis, quamvis æger esset corpore, ex strato tamen tanta dicendi vi inter viriles lacrymas peroravit, ut animi prius aversi subito mutati fuerint. Petierunt Duces ut exire ad deliberandum liceret, & mox redeuntes dixerunt, facturos se, quod vellet. Tum Episcopus suasit, ut secundum voluntatem Imperatoris Philippicum sibi belli Præfectum deposcerent.

Evagr. VI. c. 11.

c. 12. 13.

Gregorius Antiochenus

rent. Illi vero reſponderunt, totum exercitum Sacramento ſe obſtrinxiſſe, huic viro nunquam parendi. Ad hæc Gregorius dicere non dubitavit: *Epiſcopus ſum per Miſericordiam Dei, poteſtatem ligandi & ſolvendi in Cælo & in Terra habeo.* Citavitque JEſu Chriſti verba, volens innuere, ſibi eſſe poteſtatem eos a juramento abſolvendi. Conſenſerunt milites; ipſe peractis precibus, ut eos Deo reconciliaret, cunctis deinde Domini Noſtri Corpus porrexit. Poſtea jubens terram inſterni ſtoreis, quibus accumberent, omnibus etſi numero eſſent duo millia, cœnam præbuit. Hæc die Lunæ Majoris Hebdomadæ acta, & poſtera die Gregorius domum rediit. Illico ad ſe vocavit Philippicum, qui Tarſi morabatur; cum Antiochiam pervenisſet, milites flagitii veniam flexis genibus deprecabantur, & Patronos interpellabant Neobaptizatos. Ipſo deinde ducente in Perſas moverunt, juſſitque Imperator Mauritius, ut Gregorius Epiſcopus exercitum ſequeretur.

Sæculum VI. A.C. 589.

Concilium Conſtantinopolitanum, in quo Gregorius Antiochenus abſolutus fuit, Patriarchæ Joanni Jejunatori anſam dedit, uſurpandi Titulum Epiſcopi Oecumenici, quod ubi ad Pelagium Papam delatum eſt, miſſis Epiſtolis Auctoritate

Greg. IV. ep. 36. 38.

S. Pe-

Sæculum VI. A. C. 589. S. Petri illius Concilii Acta rescidit, prohibuitque Diacono, qui Constantinopoli Nuncii munere apud Imperatorem fungebatur, ne cum Joanne Missæ interesset. Erat ille Nuncius Laurentius Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, posteriore tempore depositus a S. Gregorio, cui in Munere Nuncii Pontificii in Aula Imperatoris successerat.

Lib. II. epist. Greg. init.

§. LIX.

Epistola Pelagii Papæ ad Episcopos Istriæ.

Interim Episcopi Istriæ tria Capitula propugnantes sub Patriarcha suo Aquilejensi, qui in oppido Gradensi Sedem habebat, in Schismate perseverabant, & Pelagius Papa inter Longobardorum arma diu nihil litterarum ad eos dederat; at postquam Smaragdus Exarcha pacem iniisset, ad illos Episcopos primam dedit Epistolam, in qua exhortatur, ut ad Ecclesiæ unitatem redeant, *S. Petro*, inquit, *Dominus mandavit, ut confirmet Fratres suos, & promisit, Fidem ipsius nunquam defecturam*; (*) *ut vero sinistram de Fide*

Ep. 5. tom. 5. Conc. p. 940.

Luc. 22.

(*) His JEsu Christi verbis Protestantes, qui Ecclesiam Romano-Catholicam & Caput ejus visibile Romanum Pontificem non audiunt, sensum congruum & rationi consentaneum nunquam

de noſtra opinionem, quæ vobis ſuggeri potuit, tollamus, ſcitote, Fidem noſtram non eſſe aliam quam Fidem Concilii Niceni, Concilii Conſtantinopolitani ſub Theodoſio, primi Concilii Epheſini, cui Anteceſſor Noſter Cæleſtinus, & Cyrillus Alexandrinus præfuerunt, Concilii Calcedonenſis, cui Sanctæ Memoriæ Leo Papa per ſuos Legatos præfuit, Nosque ipſius ad Flavianum Epiſtolam omnino recipere.

Sæculum VI. A. C. 589.

His

quam dare potuerunt. Si enim iſtud Præceptum: *Confirma Fratres tuos,* ✝ de ſola Petri Perſona & non etiam de Succeſſoribus ejus Romanis Pontificibus explicetur, Verba Chriſti nihil ſignificant, quia ex Actis Apoſtolorum habemus, aliquando potius S. Petrum a S. Paulo, quam S. Paulum a S. Petro fuiſſe confirmatum. ✝ *Luc.* 22. 32.

Simili ratione ſi Promiſſum de Fide Petri non defectura, non etiam ad Succeſſores Petri extendatur, iterum Chriſtus nihil dixit, quia nec ullius alterius Apoſtoli Fides in hoc ſenſu defecit. Si vero quis dicat, verba de Fide Petri nec de Fide ipſius Perſonæ tantum, nec de Fide ipſius in Romana Sede Succeſſorum, ſed de Fide totius Eccleſiæ eſſe accipienda, ſequeretur, Chriſtum Dominum Fidelibus ſuis pro futuris temporibus nullam reliquiſſe certam & infallibilem Regulam, qua ſcire poſſent, ſe Fidem Petri tenere; nam ex falſo illo principio: *Habemus ſanam rationem & Sacram Scripturam*, omnes quotquot fuere Hæreſes natæ ſunt.

Sæculum VI. A. C. 589.

His Pelagii Papæ Epistolis a Redemp-
pto Episcopo, & Quodvultdeus Abbat
Monasterii S. Petri Romæ ad Episcopo
Istriæ perlatis, illi responderunt dato Re-
scripto, in quo omni examine rejecto di-
cebant, hanc Quæstionem jam fuisse de-
cisam, eorumque Delegati nihil amplius
Ep. VI. hac de re audire voluerunt. Pelagius
p. 644. Papa data ad eosdem altera Epistola que-
ritur se non audiri, dumque respondet
ad Sancti Leonis Auctoritatem, quam ob-
tendebant, ostendit, ab ipso Concilium
Calcedonense tantum quoad Fidei defi-
nitionem fuisse approbatum. Ipsis dein-
de ex S. Augustino & ex S. Cypriano no-
tas veræ Ecclesiæ, a qua separari (*) non
p. 948. licet, demonstrat. *Tandem si necdum*
inquit, *quod vellemus, vobis persuaderi*
potuimus, mittite ad nos viros hujus cau-
sæ gnaros, quod ut fieri juberet, jam an-
tea a Smaragdo Exarcha petieramus. Si
ob locorum distantiam & temporis istius
calamitatem huc ad nos mittere gravemini, Episcopi Ravennam coeant, mitte-
mus nos Legatos nostros, qui vobis in om-
nibus satisfacient.

Nec

(*) Das ist auch ein Vorwurf, auf welchen weder unser Gegner, noch seine Glaubensbrüder jemal nur etwas erträgliches hätten antworten können.

Nec ista quidem Epistola quidquam effectum est, sed iterum Episcopi Istriæ responderunt, definitam esse hanc causam, atque Papam in suam Sententiam pertrahere se posse putabant. Pelagius, ne aliquid eorum omitteret, quod Charitas postulare videretur, tertiam quoque prioribus multo ampliorem scripsit Epistolam, in qua omnia ab illis objecta diluit, & Quæstionem de tribus Capitulis solide pertractat. Episcopi Istriæ dicebant; *S. Leo profitetur, nolle se quæstionem movere de rebus, quæ in Concilio Calcedonensi definitæ fuerant.* Respondet Pelagius Papa: *Id verum quidem, sed de Fidei definitione solum loquitur, non vero de causis aliis, quæ ibi ad examen vocatæ sunt.* Rursus Episcopi Istriæ dicebant: *Sacra Sedes* (*) *& Ecclesiæ Romanæ Tabulæ nos docuerunt, illa, quæ sub Justiniano acta fuere, non esse recipienda.* Nam ab initio Vigilius Papa, & primarum Sedium in Provinciis Latinis Episcopi trium Capitulorum condemnationi vehementer obsistebant. Pelagius respondet: *Quia Latini linguæ Græce erant ignari, tardius errores, de quibus*

Sæculum VI. A. C. 589.

tom. 5. Conc. p. 615.

c. 3.

Pelagii Papæ Epistolæ.

(*) Mirum! quod Episcopi hi Schismatici S. Sedi ejusdem Sacræ Sedis Auctoritatem opponant.

Sæculum VI. A. C. 589.

quibus agebatur, intellexerunt; quanto vero majore constantia repugnarunt quoadusque veritatem cognoscerent, tanto lubentius illis fidem adhibere debetis postquam agnitæ veritati victas manus dederunt. Tunc Patrum Latinorum nimiam facilitatem contemnere potuissetis, si præcipiti consilio assensi fuissent, priusquam hujus causæ viscera ipsis fierent perspicua: cum vero tot mala ob hanc Quæstionem perpessi fuerint, & usque ad mortis periculum pugnaverint, jam vobis persuasum sit, non aliter quam veritatis luce compulsos acquievisse. Non est probrosum mentem mutare, ubi inconstantia abest. Quicunque sincere veritatem quærit, quamprimum eam ignorare cessaverit, errorem dimittat.

c. 9. Inferius Pelagius Papa probat Auctoritate S. Augustini de Ceciliano loquentis, & exemplo Concilii Ephesini, quod Symbolum Theodori Mopsuesteni rejecit, mortuos damnari posse. *c.* 10. Tum aliquos textus ex eodem Theodoro refert, *c.* 11. ut errores demonstret. Subjungit Libellum Episcoporum Armeniæ adversus ipsum Proclo traditum, Epistolas Joannis Antiocheni, S. Cyrilli & Rabbulæ, *c.* 12. 13. testimonium Hesichii Presbyteri Jerosolymitani in sua Historia, & Legem Theodosii Junioris. *c.* 14. Transit deinde ad Epistolam Ibæ, probatque, *c.* 16. 17. eam defendi non posse,

posse, nisi eo ipso Concilium Ephesinum damnetur. Cum itaque Concilium Ephesinum a Concilio Calcedonensi fuerit approbatum, istud sibimetipsi fuisset adversatum, si hanc Epistolam tanquam Orthodoxam recepisset. *Ad illud attendere debetis*, addit Pelagius, *ubi Concilium Calcedonense concluſum fuerit. Omnes scimus, in Conciliis nunquam prius Canones condi, quam Articuli Fidei definiti fuerint. Advertite ergo, in sexta Actione Concilii Calcedonensis Confessionem Fidei fuisse absolutam, cum in septima edantur Canones, & in sequentibus Actionibus causæ privatorum tractentur. Cum a vobis Delegati id in dubium vocarent, in multis exemplaribus exhibitis illud ipsis ostendimus.* Imo si attente omnia considerentur, apparebit, Canones non esse partem Actionis septimæ, sicut esse creduntur, sed sextæ, his enim nec Dies, nec Annus, nec præsentium Episcoporum Nomina apposita fuerunt, quod satis probat, Editionem Canonum esse ejusdem Actionis continuationem. Fidei Causam in sexta Actione fuisse finitam, ex Subscriptione Episcoporum, & ex precibus, quibus ab Imperatore petunt, ut ad sua dimittantur, clare perspicitur. Post illa, quæ deinde in causis privatis decisa sunt, nulla visitur subscriptio. Pleraque

Sæculum VI. A. C. 589.

Sup. Lib. XXVIII. §. 23. §. 31.

Sæculum VI. A. C. 589.

Exemplaria Græca hujus Concilii præter Actiones sex, & Canones, nihil aliud complectuntur. Præterea in Epistolis circularibus ad Leonem Imperatorem datis Alipius Cæsariensis in Cappadocia dicit: *Fateor, me ea non legisse, quæ Calcedone in causis privatis acta sunt, quippe Thalassius Antecessor meus, qui Concilio interfuit, nibil nisi Fidei Definitionem ad nos retulit.*

Sup. Lib. XIX. §. 12.

c. 20.

Ad tertium Capitulum progrediens Pelagius Papa dicit: *Non omnia Scripta Theodoreti damnamus, sed solum ea, in quibus duodecim Articulos S. Cyrilli impugnat. Personam ipsius recipimus, & reliqua ejus Scripta non solum recipimus, sed etiam iisdem contra Adversarios nostros utimur. Verum Joannes Antiochenus*, dicebant Delegati Istriæ, *Theodorum Mopsuestenum laudavit.* Pelagius respondet: *Quandoque Boni improbos laudaverunt. Quis Hæresiarcharum pejor Origene? Quis inter Scriptores Historiæ illustrior Eusebio? Nemo tamen nescit, quam magnifice iste Origenem laudibus extollat.* Notatu dignum est hoc Elogium Eusebii Cæsariensis ex ore Pelagii Papæ, vel potius S. Gregorii; ipse enim hanc Epistolam nomine Pelagii Papæ, atque ut conjicere licet, & duas priores scripsit.

Paul. Diac. hist. Long. L. III. c. 20.

c. 27.

Omnes

Omnes hæ Epistolæ effectu optato caruere, atque Eliam Patriarcham brevi post tempore mors abstulit, postquam Sedem Aquilejensem annis quindecim tenuisset. Ei successit Severus, quem Smaragdus Exarcha de Sede sua deturbavit; nam Gradam delatus ex Ecclesia abstractum cum aliis tribus Episcopis Istriæ, Joanne, altero Severo, Vindemio, & quodam Sene, cui nomen Antonius, Ecclesiæ Defensore, probrose Ravennam perduxit. Exilium illis minitabatur, & tantopere trepidantes exterruit, ut communicaverint inviti cum Joanne Episcopo Ravennatensi, qui tunc tria Capitula damnabat, postquam ea de causa ab Ecclesia Romana prius fuisset excommunicatus. Uno anno exacto Severus & cœteri Ravenna Gradam reversi sunt; at eos populus & Episcopi reliqui Schismatici, ipsorum judicio Apostatas, recipere recusarunt. Sæculum VI. A. C 590.

§. LX.

Pelagii Papæ obitus.

Exinde post breve tempus Pelagius Papa obiit ex morbo contagioso, qui in medio Mensis Januarii anno 590. Romæ grassari cœpit. Animam reddidit octava Febr. postquam sedisset annis duodecim & ferme tribus mensibus. Domum suam in Hospitium ad excipiendos Se- *Greg. Tur. L. X. init.*

Sæculum VI. A. C. 590.

nes inopes convertit. Cœmeterium S. Hermetis Martyris reſtauravit, & a fundamentis reparavit Eccleſiam S. Laurentii, cujus Sepulchrum argenteis tabulis ornavit. Simili marmore Sepulchrum S. Petri veſtivit. Duabus Ordinationibus Menſe Decembri creavit Presbyteros octoginta duos, Diaconos octo, Epiſcopos quadraginta octo, nempe diverſis locis & temporibus, quod ſemper ita accipiendum eſt, nam Papa Clericos tantum in Romana ordinabant, at Epiſcopos pleriſque in Italia Eccleſiis dabant.

Lib. Pont.

DISSERTATIO AUCTORIS IN HISTORIAM ECCLESIASTICAM SEX PRIMORUM SÆCULORUM.

§. I.

Christiana Religio a Deo est.

Lectoris jam est judicare, an promissis steterim, & an demonstraverim, quod in Præfatione pollicitus fueram, Religionem Christianam Opus esse pure Divinum. Vidimus hanc Religionem per universum Romanum Imperium & ultra non solum sine humano auxilio, sed etiam hominibus summo conatu adversantibus propagari. S. Irenæi & Tertulliani ætate, nempe sub finem Sæculi secundi, omnes Imperii Provinciæ non tantum Christianis vitam privatam de-

Iren. lib. 1. c. 3. Hist. l. 5. n. 8. Tertul. Apol. c. 27. v. Mœurs Chr. n. 4.

gentibus, sed frequentissimis Ecclesiis quæ a suis Pastoribus regebantur, & mutuo commercio uniebantur, repletæ erant. (*) Unde istæ Ecclesiæ? An non natæ

(*) Unser Uebersetzer, welcher sich angemasset diese Abhandlung schon vor seinem zweyten Theile hinzusetzen, als wenn er besser verstünde als der Herr Fleury, wohin sie gehöre, saget im Eingange: Inzwischen ist dieselbe mit so viel zuverläßigen nöthigen und nützlichen Wahrheiten angefüllet, daß die Leser nichts nachtheiliges davon zu befürchten haben. Und wo der Abbt *Fleury* aus Schwachheit oder Vorurtheilen die Gerechtsame der Wahrheit solte beleydiget . . . . haben, da soll ihr derjenige Dienst geleistet werden, den sie von einem jeglichen ihrer Verehrer erwarten kann. Ob in dieser Abhandlung nichts seye, welches einen protestantischen Leser billig überzeugen soll, daß er sich in der wahren Kirche Christi nicht befinde, werden wir gleich sehen; nur ist hier anzumerken, daß er die vorgegebene Schwachheit oder Vorurtheile des Herrn Fleury nicht anders zu verbessern gewußt, als durch die verwegene Kritick, da er nämlich die Worte des Herrn Fleury sehr oft geändert, ausgelassen, oder verwechselt, wie solches tausendmal erwiesen worden.

In diesem ersten Abschnitt redet Herr Fleury de Commercio Ecclesiarum. Von einem angenehmen Bande der Freundschaft und des Briefwechsels, wie es der Uebersetzer giebt, unter den ersten Kirchen der Christenheit. Ja! eine solche geistli-

natæ erant ex illis ipsis populis, qui per tot Sæcula Idololatriæ tenebris, & licentiosæ vitæ sordibus immersi fuerant? Unde repentina mutatio? Quis permovit, ut Majorum suorum mores relinquerent, Religionem damnarent, quæ sensibus blandiebatur, & vitæ genus rigidum & molestum amplecterentur? Ingentia prodigia profecto viderint ne-

geistliche Gemeinschaft ist allzeit ein Kennzeichen der wahren Kirche Christi gewesen; und eben dieses Zeichen haben die protestantischen Kirchen nicht. Denn die Deutschen dörfen nicht nachfragen, was man in Englande glaubet, und die Engländer leben unbesorget, wie es in Schweden oder in Norwegen um den Glauben hält. Es haben auch die protestantischen Bischöffe und Superintendenten die in der wahren Kirche allzeit üblich gewesene geistliche Freundschaft und Briefwechsel mit den Ausländern aufgehoben. Und kann es auch bey ihnen nicht anders seyn, denn quæ non conveniunt in uno tertio, nempe in uno Capite visibili, non conveniunt inter se. Darum können alle protestantische Kirchen zusammen genommen die wahre Kirche nicht seyn, weil sie das Kennzeichen der Liebe und Einigkeit nicht haben, und betrachtet man eine jegliche ins besondre, so kann keine den Vorwurf von sich ableinen, welchen der heilige Augustinus den Donatisten gemacht: Meynet ihr denn, daß die Kirche JESU Christi könne in einem einzigen Winkel der Welt eingeschlossen seyn?

ceſſe eſt, atque attoniti fuerint miraculis & virtutibus illorum Virorum, qui novam Religionem prædicabant.

§. II.

Martyres.

De Repub. L. 2.

Verum enimvero quod comodum, quod Bonum ab hac nova Religione ſperare poterant? Nihil omnino quod præſens eſſet aut ſenſibile, ſed vitam futuram & Bona inviſibilia; in hac autem vita perſecutiones & pericula continua, quod minime ignorabant, erant ſuſtinenda. Vidiſtis, quanta Chriſtiani per tria integra Sæcula perpeſſi fuerint. Non ſatis mihi fuit, ſummatim dicere ingentem fuiſſe Martyrum numerum, nomina eorum, & præcipua Paſſionis adjuncta referre, ſed ipſos Martyres ante oculos veſtros poſui, recenſui Acta, quærentium & reſpondentium, torquentium & patientium verba repetii, morientium conſtantiam & mortis modum ſigillatim enarravi. Periculum ſubire malui, ut fortaſſe alicui Lectori delicato tœdium parerem, quam ne vel minima pars fortiſſimi & luculentiſſimi pro Fidei veritate argumenti periret, aut digniſſima omnium Chriſtianorum attentione materia non ſatis profunde legentium animis imprimeretur. Noviſſimum erat illa Mundi ætate & inauditum, Martyrium lubenter pati. Græci Romanique

pro

pro Patria quidem, sed non pro Religione & solius veritatis amore mori poterant. Verum quidem, inter Judæos Martyres licet paucos inveniri, quia nempe soli veram Religionem colebant; & ideo etiam istos Ecclesia Catholica tanquam suos recipit & honorat.

Verumtamen illa fortitudo, quæ inter Christianos propemodum vulgaris erat, ab Ethnicis Philosophis non immerito virtutum omnium apex existimabatur. *Vir perfecte justus*, † inquit Plato, *ille est, qui non bonus videri, sed esse cupit; alias honorabitur, & mercedem referet; eritque dubitandi locus, an Justitiam propter se ipsam amet, vel propter commodum, quod ob Justitiam percipit. Justus itaque, ut manifeste probetur Bonus, Bonis omnibus spolietur excepta Justitia; imo nequidem Bonæ Famæ solatio fruatur, sed malus & improbus credatur ab omnibus, & tanquam reus flagris cædatur, torqueatur, crucifigatur; ipse nihilominus usque in mortem justitiam non amittat.* Diceres, ab hoc Philosopho JEsum Christum, & JEsu Christi Martyres mente prævisos fuisse! Hi enim, cum omnium hominum optimi essent, & sanctissimi, viri impii, & omnium execratione digni habiti sunt, & tanquam impii morte crudelissima e numero viventium ablati; ipsi vero pro Veritate inter tor-

† *De Rep. L. II.*

tormenta acerbissima mortem hilari animo tolerarunt. At nemo existimet, paucorum Philosophorum istam constantiam fuisse, quippe omnis ætatis, Sexus & Conditionis innumerabilis multitudo pro Fide sanguinem, & vitam dedit.

Si vero Christianis solummodo adversus furorem populorum & Magistratuum potentiam pugnandum fuisset, arbitrari aliquis posset, ipsos contra vim ratione destitutam eo majore pertinacia & audacia iviisse; at Christianorum Adversarii simul omnia Persecutionis genera, vim, calumnias, cavillationes, & argumenta adhibebant, atque longe major injuste lacessentibus quam Religionem suam tuentibus libertas erat. Non nullas tamen Christiani scripserunt Apologias, quas suo loco retuli, & judicare potuistis, Lectores! an solida fuerint & stringentia argumenta. Sed his parum effectum est. Nempe quia homines sola ratione parum moventur. Gentiles non nisi post longi temporis experientiam errorem suum agnoverunt. Cum Christiani constantissime bene viverent, tandem calumniantium se malitiam superarunt. Cum semper lubentissime mortem tolerarent, patuit, Christianos persecutionibus deleri non posse.

v. Mœurs Chr. n. 16. 17.

Hist. l. III. §. 21. §. 27. 47. 51. Lib. V. §. 4. 5. &c. §. 39. VIII. §. 45.

Tandem post lapsum annorum trecentorum vicit veritas, ipsique Romani Imperatores, qui Christianos persecuti fue-

fuerant, facti sunt Christianæ Religionis Defensores.

Tunc vero manifeste apparuit, quantum vera Religio a Gentilium Superstitionibus distet. Idololatria nemine persequente cecidit, quamprimum eam Potestates Sæculares defendere desierunt; id ut luculentius pateret, Divina Providentia permittente factum, ut post annos quinquaginta a Fide deficeret Julianus Imperator, qui nec omnibus Imperii viribus nec Philosophiæ & Magiæ auxilio efficere potuit, ut Deorum cultus postliminio reduceretur. Ipsum Julianum in Scriptis suis præsertim contra Populum Antiochenum hac de re conquerentem audivistis. Chimærica illa morum Emendatio, qua Paganos reddere meliores optabat, insigne Testimonium etiam ab invito extortum Christianæ Sanctitatis est, quam imitari frustra conabatur, atque illius persecutionis ratio, quamvis esset nova & callidissima, non modo nihil ad veram Religionem labefactandam, sed etiam ad eandem stabiliendam plurimum contulit. Juliano regnante Idololatria ultimum edidit suspirium; exinde enim non alios Roma Principes habuit, nisi Christianos. *Hist. L. XV.* §. 15. §. 7.

§ III.

Monachi.

Sanctorum Martyrum Triumpho aliud

liud, non minus admirabile, ſuccedit Spectaculum, Anachoretarum vita. Hoc nomine omnes illos, qui primis Eccleſiæ Sæculis Aſcetæ dicebantur, ſcilicet tam Monachos quam Eremicolas complector. Hi Pœnitentiæ Martyres non immerito appellandi, quorum Paſſio eo magis admiratione digna eſt, quo magis voluntaria & diuturna, & hi Chriſti Pugiles non paucorum dierum tormenta, ſed per ſpatium annorum quinquaginta vel ſexaginta Crucem fideliter portaverunt. Iſta a me fuſius fuiſſe relata, fortaſſe diſplicebit res novas legendi cupidis & viris doctis, quibus oratio continua & Pietatis opera in levi pretio ſunt. Ego vero Sanctorum vitam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ magnam & neceſſariam Partem eſſe, atque hos Sanctos Anachoretas tanquam egregia Chriſtianæ Perfectionis ſpecimina Fidelium oculis exhibenda exiſtimo. Hos Antiquitas veræ Philoſophiæ Sectatores venerabatur, qui a cæteris hominibus ſeparabantur, ut meditarentur res Cæleſtes, non eum in finem, nec ea ratione, qua illi Ægyptii a Porphyrio memorati, qui magnificum Philoſophi nomen jactantes præter Geometriam aut Aſtronomiam nihil didicerant; nec ſicut Philoſophi Græci, ut ſecreta Naturæ ſcrutarentur, de Ethica ſpecioſe diſſererent, de Supremo Bono & de diſtinctione omnium Virtutum ſubtiliter diſputarent. Non

Porph. de vit. Pythag.

v. Traité des Etudes n. 4.

Non alia Monachis causa erat Mundum fugiendi & renunciandi Nuptiis, quam ut a Negotiorum tumultu, & a peccandi periculis, quæ in Commercio cum hominibus evitari nequeunt, se liberarent, ut orarent, id est, Dei Magnitudinem contemplarentur, Beneficia ab ipso accepta recolerent, Divinæ Legis Præcepta meditarentur, & corda sua ab omni nævo munda conservarent. Unicum eorum studium erat Doctrina Moralis seu omnium virtutum exercitatio; raro loquebantur, nunquam disputabant, spernebant neminem. Admonitiones Seniorum suorum dociles auscultabant. Multi etiam Litteras nesciebant, & tamen Sacræ Scripturæ Doctrinam ex auditu haustam meditabantur. Hominum consortium fugiebant, soli Deo placere cupientes, nec aliter quam maximo Virtutum splendore & Miraculorum editorum fama orbi innotescebant; imo plerosque eorum ignoraremus, nisi Deus excitasset viros Eremicolarum vitam cognoscendi avidos, quales Rufinus & Cassianus fuere, qui illos in remotissima solitudine latentes quæsiverunt, &, ut sibi colloquerentur, compulerunt. *Hist. L. 20. n. 3.*

Ceterum nullus suspicioni locus est, Monachos vel avaritiæ causa vel cujuscunque commodi obtinendi spe ad id vitæ genus amplectendum permoveri potuisse,

tuisse; nam extremam paupertatem profitebantur, pauciſſima ad ſuſtentandam vitam neceſſaria labore manuum ſuarum ſibi comparabant, ita ut etiam aliquid ad dandam eleemoſynam ſupereſſet. Non nullis erant Patrimonia, quæ ſuis manibus colebant; alii ad majorem perfectionem tendentes timebant, ne rei œconomicæ & peculii cura ad negotiorum ſæcularium ſtrepitum, quem reliquerant, denuo retraherentur, malebantque majore merito vitam quietam, omni rerum temporalium ſollicitudine in Deum jactata, ducere. Non nunquam eleemoſynam accipiebant ut laboris defectum ſupplerent, nullibi vero lego, ipſos aliquando eleemoſynam petiiſſe. Statuta, quæ ad Monaſtici Inſtituti ſubſtantiam pertinent, qualia ſunt ſtabilitas loci, & labor manuum, optima fide obſervabant. Quisque Monachus in ſua Congregatione, & quisque Anachoreta in ſua Cellula perſeverabat, niſi graviſſimæ cauſæ exitum ſuaderent, quia nihil magis perfectæ orationi & cordis puritati, quam quærebant, ac levitas & curioſitas adverſatur. Tanta erat cura variarum cogitationum multitudinem abigendi, atque animæ tranquillitatem & ſapientiam conſervandi, ut etiam amœnas ruri regiones ſedesque non eligerent, ſed maximam temporis partem ſuis incluſi Cellulis

S. Nilus.

Caſſ. Coll. 24. hiſt. 20. n. 6.

lulis transigerent. Laborem sibi esse necessarium censebant, non solum ut nemini oneri essent, sed etiam ut virtutem Humilitatis exercerent, & rerum spiritualium fastidium non subreperet.

Cum in una Congregatione Monachi admodum multi essent, cavebatur, ne multa in uno loco conderentur Monasteria, tum quia non facile invenire erat Præpositos, tantæ multitudini regendæ pares, tum ut invidiæ & jurgiorum tolleretur occasio. Cuilibet Monasterio Abbas præerat, & in quibusdam locis unus Præpositus Generalis, quem Exarchæ, Archimandritæ, vel alio simili Titulo honorabant, plura Monasteria regebat; at omnia Episcoporum Jurisdictioni subserant, & nullum illa ætate Exemptionis apparet vestigium. Monachorum conditio non ita a Sæcularibus, & Clericis separabatur, ut ab uno Statu ad alium transitus non daretur. Frequentissima erant exempla, ut ex Monachis Sanctissimi eligerentur in Presbyteros & Clericos ordinandi, nam Monasteria tanquam fertilissima habebantur Seminaria, unde Episcopi præcellentes viros ad suscipienda munera Ecclesiastica evocarent, & Abbates Ecclesiæ universalis utilitatem lubentissime privato Monasterii sui Bono præponebant. Tales fuere Monachi, quos S. Chrysostomus, S. Augustinus,

S Bas. Reg. fus. n. 35.

Hist. Lib. 19. n. 8. n. 17.

& omnes Patres laudibus ſuper ſidera extollunt, & quorum Inſtitutum ob integerrimam puritatem pluribus Sæculis, & cut ſequentia docebunt tempora, perduravit. In Monaſteriis præprimis exercebantur opera ſublimis illius Pietatis, quam ex Libris Scriptorum antiquiſſimorum & Apoſtolis proximorum vobis exhibui, & in Libro Paſtoris, in Libris S. Clementis Alexandrini, præſertim ubi depingit Chriſtianum vere contemplantem, quem Gnoſticum appellat, legiſtis. Illa, inquam, Pietas, quæ in principio Chriſtianis prope communis fuit, temporum lapſu in ſolis ferme Monaſteriorum clauſtris reperiri potuit. (*)

Hiſt. L. 2. n. 44. L. IV. n. 41.

§. IV.

(*) Hier iſt eine Anmerkung des Proteſtanten, in welcher ſeine Schwachheit und Vorurtheil gleichſam ſelbſt reden. Er ſaget: daß zu einer ſolchen Einſiedleriſchen Lebensart im Evangelio JEſu nichts enthalten ſeye. Herr Ueberſetzer! leſene er doch einmal das Evangelium JEſu verſtehen; vom Einſiedleriſchen Leben iſt in dieſem Evangelio zwar kein Geboth enthalten, wohl aber Chriſti des HErrn guter Rath an alle Chriſten gerichtet, da er ſaget: & omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter Nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Matth. 19. Nun Chriſtus der HErr ſaget hier: centuplum accipietis &c. und unſer

§. IV.

Episcopi & Clerici.

Alius quoque & perfectior Christianorum Status in Ecclesia vigebat, scilicet, Episcopi, Presbyteri, & reliqui Clerici, qui, exemplum Apostolorum

unser Protestant: so sind die Leiden, denen sie sich freywillig unterworfen, und die Härtigkeiten, die sie an sich ausgeübet, und um derentwillen sie der Abt *Fleury* Martyrer der Buß nennet, nicht von dem geringsten Werth. Wem aus beyden soll man glauben?

Der zweyte Vorwurf, den er machet zielet dahin: wem war mit dem Klosterleben gedienet? Dieses habe ich schon in einem andern Orte widerleget, und der Herr Fleury zeiget ja hier klar aus den Kirchengeschichten, daß die Kloster Pflanzschulen gewesen, aus welchen man die fürtrefflichsten Männer zum Dienst GOttes, und dem Nebenmenschen zum Besten heraus gezogen.

Drittens saget er: Man sehe nur die Zeiten an, da die Nestorianischen und Eutychianischen Streitigkeiten die Kirche zerrüttet. Zu derselben erblicket man die Mönche und Einsiedler als Menschen, die sich anwerben lassen die *Orthodoxie* mit Knitteln, Schwerdten und Stangen zu vertheidigen &c. Wenn einige Mönche, oder solche, welche sich vor Mönche ausgegeben, Ausschweifungen begangen haben, so thut das dem Mönchsstande überhaupt nichts.

Er

sequentes, in medio Sæculi tumultu positi, vitam tamen animæ interiorem colebant, quamvis illis auxiliis, solitudine, silentio, & malarum occasionum absentia, quibus Monachi juvantur, essent destituti. Hinc sibi penitus persuasum habebant, nihil prorsus commodi ex his Muneribus Ecclesiasticis ad se redundare.

Chryſ. de Sacerd.

Hiſt. l. XXII n. 29. Aug. S. 358. al. 36.

Ad utilitatem nostram, inquiebat S. Augustinus, *Christiani, in vestram vero Episcopi sumus.* Non ignorabant, quemlibet Pastorem, si bonus Pastor sit, gregis sui utilitatem, non suam, curare; si aliter agat, Mercenarium esse & furem.

Plat. l. Rep.

Platone teste constans principium est, omne Regimen institutum esse in bonum illius, qui regitur, non autem illius, qui regit. Medicus, si iterum Platoni credimus, non se ipsum sanare vult, sed ægrotum, & Doctor non vult discere, sed docere.

Er beschliesset seine Anmerkung also: diese und andere Umstände machen die Vorzüge dieser Leute (nämlich der Mönche) sehr klein, und sie würden noch kleiner werden, wenn man ihrem Stande und Lebensart die in der römischen Kirche eingewurzelte *opinionem Meriti* benehmen wollte. Gut! daß er der Mann nicht ist, der im Stande wäre solches zu thun, wie es ein Calvin oder Luther auch nicht gewesen sind. Dessen nicht zu gedenken, daß dieser Uebersetzer die Lehre der römischen Kirche de Merito niemal recht eingenommen.

cere. Si mercedem petant, exigunt, quod arte sua indignum est; qui enim mercedem accipit, nec Pastor, nec Medicus, nec Doctor est, sed Mercenarius.

Viri Sancti omnibus commodis temporalibus, Religionem Christianam amplectendo, renunciaverant. Non avaritia, non ambitione impellebantur, nihil videbant, quod cupiditatem aliis imperandi posset accendere. Econtra Regimen Ecclesiarum suscipientibus multa occurrebant pericula, nempe Primatus, aliis imperandi voluptas, laudes & hominum plausus. Rursus, ne Regimen capesserent, deterrere poterant, reluctatio & odium certissime incurrendum illorum, quos emendare vellent, aut quibus injusta petentibus, fortiter denegarent; molestia corripiendi discolos, minari, punire, præcipue vero illis primis Sæculis Persecutionis & Martyrii periculum; nam nemini Christianorum furiosius quam Episcopis & Presbyteris Gentiles irascebantur. Nihil igitur erat nisi ardentissima charitas, & obedientia erga Dei voluntatem, quod Christianos movere posset, ut mallent in se suscipere onus serviendi aliis, quam sine suo incommodo aliena opera & labore frui. Cum ex Christiana Humilitate crederent se supremis Ecclesiæ Dignitatibus esse indignos, necesse erat, ut ipsis vo-

luntas Divina clarissime manifestaretur. Quare Episcopatum summopere fugiebant, & quantum poterant se ipsos occultabant, nullatenus dubitantes, si voluntas Numinis esset, ut Ecclesiæ Regimen susciperent, eidem Potestatem quoque non defuturam, qua utcunque resistierent, ad obediendum compelleret. Dixerat olim Plato ; in Republica probo-
1. *Rep.* rum virorum plerosque æquali ardore publicorum Munerum expertes esse cupere, quæ alibi ambire solent. Hanc Regulam , Lectores ! in Historia Ecclesiæ sæpe ad praxin deductam vidistis. (*)

Ut

(*) Hier muß ich eine freche Anmerkung unsers deutschen Uebersetzers widerlegen. Es heisset: die Bischöflichen Aemter veränderten gar bald ihre Gestalt, und es gehörete eben keine grosse Demuth und Verleugnung darzu , ein Bischoffsamt anzunehmen , so bald nur die Kirche äusserlichen Frieden erhalten hatte. Vielmehr sahen sich die Vorsteher der Kirche genöthiget, durch besondere Verordnungen sowohl dem Geitz als der Ehrbegierde . . Einhalt zu thun ꝛc. Der Herr Fleury hat hier den Stand der Geistlichkeit überhaupt in den ersten sechs Jahrhunderten gegen den folgenden bis auf die Zeit der allgemeinen Tridentinischen Versammlung abgeschilderet ; das Bildniß ist aufrichtig, und wenn unser Uebersetzer ein billiger Richter wäre , so hätte er sich hier der Regel bedienet: a potiore

Ut vero tales Episcopi eligerentur, nulli curæ parcebatur. Plerumque, ut refert Tertullianus, probatissimæ vitæ *Apol. c. 39.*

potiore parte fit Denominatio. Allein er wollte die Gelegenheit suchen den H. Pabst Damasus zu lästern, denn er fährt also fort zu schreiben: Man darf nur in die Zeit des *Damasus*, des Bischofs zu Rom, hinein sehen, das ist, nicht weit über die Helfte des vierten Jahrhunderts .... es war so ferne, daß *Damasus* vor diesem Amte sich unsichtbar machen sollen, daß er sich vielmehr einem andern, der auch darzu erwählet worden war, heftig widersetzete, und die gröbsten Thätlichkeiten ausübete. Denn er brachte sich eine Menge Anhänger zusammen, die er mit Knitteln, Beilen, und Aexten rüstete ꝛc. Das übrige alles in dieser Anmerkung ist nichts als eine Beschimpfung dieses H. Papstes, welche sich auf die Lüge gründet, daß solcher seine Anhänger zu Mordthaten angeführet hätte. Da jedoch der Uebersetzer dessen keinen einzigen Zeugen anführet, und im Gegentheile ein H. Hieronymus ep. 49. ein H. Ambrosius ep. 30. und Rufinus l. 2. c. 10. von der rechtmäßigen Wahl und Sanftmuth Damasi zeugen. Allein unserem Uebersetzer ist es genug, daß Marcellinus und Faustinus zween Schismaticker diesen H. Pabst verleumdet haben; denn er ist ein grosser Vertheidiger aller Ketzer und Schismaticker, und wenn die Römisch-Katholische Kirche den Ursicinus als rechtmäßigen Pabst erkennete, so würde unser Uebersetzer ohne Zweifel diesen beschimpfet, und den Damasus gelobet haben.

Senibus Regimen Ecclesiarum committebatur. Provectæ ætatis Presbyter eligebatur, vel Diaconus ejusdem Ecclesiæ, ibidem baptizatus, & qui exinde ab illa Ecclesia nunquam discessisset, ita ut cuncti ejus vitam & animi dotes novissent. Ipse vicissim gregem, cui præfuturus erat, noverat, cum ministrasset sub Episcopis Antecessoribus, qui eum gradatim ad Ordines Lectoris, Acolythi, Diaconi promoverant. Ab ipsis Doctrinam, quam traderet, & Canones, ex quorum præscripto Ecclesiam regeret, didicerat; nihil eorum, quæ ipsi agenda erant, ignorabat. Hoc solum novum, quod ad locum primum ascenderet; ceterum non alia, nisi quæ tota vita sua egerat, & peragi viderat, ipsi facienda erant. Nemo credebat, populum & Clericos alicujus Ecclesiæ in viro ignoto fiduciam posituros, aut exterum oves, quas non cognovisset, bene feliciterque recturum.

V. hist. l. XII n. 25.

Ex hac causa ad eligendum Episcopum vocabantur Episcopi vicinarum Ecclesiarum, accedente consensu populi & Clericorum vacantis Ecclesiæ nempe illorum omnium, qui hujus Ecclesiæ statum scire, & optime ejusdem necessitatibus consulere poterant. Veniebat Metropolita cum omnibus suæ Provinciæ Episcopis, Clericorum non tantum Ecclesiæ Cathedralis,

dralis, sed totius Diœcesis mens explorabatur, Monachorum quoque, Magistratuum, populi sententia exquirebatur, at soli Episcopi decidebant, quorum electio Judicium Dei, ut S. Cyprianus loquitur, vocabatur. Illico novus Episcopus consecrabatur, & officio suo fungi incipiebat; nihilominus consensus populi tam sollicite ratio habebatur, ut si Episcopum ordinatum nollet recipere, non cogeretur, sed alius, qui acceptus esset, ei daretur. Cæterum extra curam Principum Electiones erant, nisi in majoribus Cathedris, & in urbibus, in quibus Imperatores Sedem fixerant, postquam ad Fidem conversi sunt. Inde etiam factum, ut Electiones in Majoribus Ecclesiis, quales erant Antiochena & Constantinopolitana, præ aliis cupidorum ambitione turbatæ fuerint. (*) Hæc

(*) Unser Uebersetzer hat wiederum eine Anmerkung daher geschmieret. Er hebet an: Der Abt *Fleury* handelt gar zu bescheiden, da er zu diesen Städten nicht auch Rom gezählet hat, um deren Bischöflichen Stuhl sich nicht nur die ersten ehrgeitzigen Zänkereyen erhoben, sondern um dessen Besetzung sich auch die Kayser am meisten bekümmert haben. Es belehren uns die Kirchengeschichte, daß die Spaltungen zu Alexandria, Antiochia, und Constantinopel mehrer an der Zahl und langwieriger gewesen.

erat in Electione Episcoporum Eccles
Disciplina, qualem per sex prima Sæcu
la vidistis, & adhucdum per quatuo
sequentia ferme similem videbitis. A
bona fuerit, ex effectibus judicate, &
ingentem Sanctorum Episcoporum nu
merum,

sen als zu Rom, allwo die heydnischen Kayser
die Wahl der Päbste sich nicht mengeten, und d
Christlichen nach der Ankunft der Gothen und Lo
gobarden insgemein keinen grossen Gewalt aus
ben konnten.

Hierauf suchet er den Pabst Vigilius herv
und schreibet wider ihn aus dem Cardinal Baro
nius ein langes heraus, worunter auch die Wor
te sich befinden: lupum gregem invadentem, fu
rem, latronem, Pseudoepiscopum, Anti-Chri
stum, cui cederet impietas Novati &c. Wo
aber dieses, denn dadurch widerleget er dasjeni
ge nicht, was der Herr Fleury saget? Allein e
verräth selbst seine Absicht, da er zuletzt hinzu se
tzet: freylich stellet er (Baronius) diesen Saul
(den Vigilius) schleunig unter die Propheten
und erdichtet eine neue Wahl ꝛc. Ein redli
cher und wohlerzogener Schriftsteller würde ein Be
denken getragen haben den Cardinal schlechterdings
zu beschuldigen, nur das geringste in seinen Jahr
büchern erdichtet zu haben. Es ist auch die Fra
ge von einer alten oder neuen Wahl Vigilii in der
Absicht unsers Uebersetzers ganz überflüßig; denn
Vigilius, es mag im Anfang zugegangen seyn, wie
es wolle, ist von der ganzen Katholischen Kirche als
Pabst erkannt worden, und das ist die beste Wahl.

merum, quem vobis ista Historia in omnibus orbis partibus exhibet, perpendite.

Episcopi ita, ut retulimus, electi pauperem vitam aut saltem frugalem ducebant. Aliqui manibus suis laborare non dedignabantur, multi e Monasteriis evocati illius Instituti mores servabant. Tituli, *Servus Servorum Dei*, aliique similes, qui hodie in formulas consuetas abierunt, ab initio serio assumpti sunt. Nullus Princeps Sæcularis, nulli unquam Magistratus, quod sciam, ejusmodi Titulos sibi attribuerunt. Qui primi eos usurparunt, sine dubio respiciebant ad illa Evangelii verba: *qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Igitur Clericos & Episcopos a populo distingui oportere existimabant, non, si majoribus hujus vitæ commodis fruerentur, sed, si studio continuo gregem suum doceant, corrigant, & in omnibus tam corporis quam animæ necessitatibus adjuvent. *Non istud agimus*, inquiebat Plato, *ut in nostra Republica aliquibus tantum hominibus felicitatem præparemus, sed ut totam Rempublicam etiam cum quorumdam paucorum onere quam felicissimam reddamus.* Eo majori jure ratio postulat, ut in Republica Spirituali, qualis est Ecclesia, qui regunt, aut verius, qui omnibus serviunt, neglectis

Hist. l. XIX. n. 15. Epiph. Hær. 30. n. 4. &c.

Matth. c. 20. 27. 28.

4. Rep. init.

glectis commodis ſuis temporalibus in labore & ærumnis Salutem aliorum procurent.

1. *Tim.* 5. 17. Sed quæret aliquis: *nonne S. Paulus dixit, qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur. Et nonne honor iſte de Retributione temporali explicatur?* verum id quidem, ſed etiam

ibid. 6. 8. Apoſtolus dixit: *habentes autem alimenta, & quibus tegamur, contenti ſimus.* Sancti primorum Sæculorum Epiſcopi ſine dubio bonis Operariis neceſſaria auxilia dare non recuſabant; ſciebant vero, Naturam ſemper ſibi ipſi blandiri, & difficulter inter mediocritatis terminos contineri. Timebat Eccleſia, ne tanta vitæ commoda Epiſcopis conferret, ut Epiſcopi eſſe deſinerent. Agricolæ ſunt Reipublicæ utiliſſimi, atque iſtorum hominum conditio honorem meretur. *Si vero*, inquit Plato, *ideo illis dederis aratrum ex ebore, veſtem ex purpura, vaſa aurea, menſam abundantem & obſonia opipara, jam nolent amplius ſolis ardorem aut pluvias ferre, in luto ambulare, boves jungere; verbo, nolent amplius agros colere, niſi fortaſſe ſereno cælo & tempus fallendi cauſa.* Eodem modo res ſe habet cum pecoris Cuſtode, ſi eum ſericis veſtibus, ut in ſcena fieri amat, induas. Denique quamcunque artem homo colat, ſi opibus abundet, & in deliciis vivat,

Rep. 4.

vat, totum se voluptatibus & pigritiæ dedet, atque illa ipsa adjumenta artem corrumpent, quæ artifici ad eam commodissime exercendam data fuerant.

§. V.

Ecclesiæ Regimen.

Episcopi, quos vobis in hac Historia exhibui, non errabant, nec illud, quod est accessorium, officio Principali præferebant. Functionibus suis tota mente addictis non vacabat de vestitu aut splendidis ædibus cogitare. Imo nec Bona temporalia suarum Ecclesiarum anxie curabant, sed maximam hujus sollicitudinis partem Diaconis & Oeconomis relinquebant; spiritualia vero officia nemini alii committebant. Oratione, fidelium instructione & correctione occupabantur. Minimarum rerum quoque rationem inibant, atque hac de causa tam modicæ erant Diœceses, ut vir unus sufficere, & per se ipsum cognoscere totum gregem posset. Si omnia per alios & in loca distantia fieri expediisset, unus Episcopus toti Ecclesiæ suffeciisset. Nihilominus Episcopi habebant Presbyteros, qui eos etiam in Regimine spirituali adjuvarent, qui recitandis precibus præessent, & Sacrificium (*) celebra-

(*) Et S. Sacrificium. Der Protestant hat gesetzet: das Hochamt. Er hat setzen sollen: das H. Meßopfer.

brarent Episcopo absente vel ægrotante, qui baptizarent, aut exigente necessitatis casu Pœnitentiam imponerent. Non nunquam Episcopi Presbyteris etiam Ministerium prædicandi Verbi Divini committebant, nam de consuetudine solus Episcopus ex Cathedra dicebat. Presbyteri erant Episcoporum Consiliarii, quos Rerum Ecclesiasticarum scientia, sapientia & experientia ad hunc gradum evexerat.

In Ecclesia omnia regebantur consilio, quia Episcopi cupiebant, ut Canones, Ratio, & Dei Voluntas regnarent. Nunquam non memores erant præcepti S. Petri, & ipsius JEsu Christi, ne æmularentur Regum Terræ Dominationem, quæ semper Potestatem Despoticam sapit. Cum nulla animi præsumtione agerentur, non arbitrabantur, sibi solis veritatem esse cognitam; proprio judicio non fidebant, & aliorum sententiam absque invidia sequebantur. Meliora suadenti non ægre cedebant. Ea plerumque Conventuum publicorum felicitas est, ut aliquis intersit, qui ostendat, quid optimum factu sit, & cæteris faciendum esse persuadeat. Omnes mutua cohibentur reverentia, & nemo coram multis injustus videri sustinet. Illi, qui vacillant, aliorum virtute & constantia confirmantur. Difficillimum aggreditur negotium,

gotium, qui totam Congregationem corrumpere vult, at facillime vir unus, aut ille, cujus sequi consilia solet, sollicitatur & flectitur; si neminem ad consilium adhibeat, & solus statuat, privato affectu, quem nihil retinet, inclinatur.

Ceterum, quæ communi consensu decreta fuere, semper melius effectui dantur, dum quisque se eorum Auctorem esse, & propriæ voluntatis Ministrum arbitratur. Brevior quidem via est imperare, & subditos ad obediendum compellere, quia magna industria & patientia opus est ad persuadendum; verum viri sapientes humiles, & quos Charitas regit, semper remedium certius & lenius amplectuntur, nec laboris pœnitet, quem ad obtinendum Bonum a se quæsitum impenderunt; vim nunquam, nisi extrema exigat necessitas, adhibent.

Has causas fuisse existimo, ex quibus iste præ aliis Regiminis Ecclesiastici modus placuerit. In qualibet Ecclesia Episcopus nihil adeo magni momenti, Presbyteris, Diaconis & Clericorum præcipuis inconsultis, faciebat. Sæpe etiam, quando id res postulare videbatur, totius populi mentem explorabat, præsertim in Clericorum Ordinatione. Hujus rei exempla vidistis, Lectores! apud S. Cyprianum; & id ipsum adhuc hodie ex ordinationis Formula apparet. Vidistis,

Hist. L. VI. n. 42. n. 50 Pont. Rom. Hist. I. XXIV. n. 40

distis, ut simplici & paterno affectu S. Augustinus de suis & Clericorum suorum factis populo suo rationem reddiderit.

In Causis totius Provinciæ utilitatem respicientibus Episcopi congregati Synodum celebrabant. In hoc Tribunali omnes causæ decidi solebant; hinc Episcopi bis per annum conveniebant. Id majorum etiam Ecclesiarum Episcopis ipsisque Romanis Pontificibus in more positum erat, & quamvis antiquæ Decretales solius Papæ nomen præferant, erant tamen Synodi Papalis Decreta. Ex his Synodis duplex Bonum fluebat; nempe amicitiam & concordiam Episcoporum fovebant, tum Disciplinæ unitatem conservabant. Episcopi inter se more fraterno missis cæremoniarum ambagibus sed magna Charitate agebant, & si observaveritis, quod sibi invicem titulos: Sanctissime! Admodum Venerabilis! aliosque similes tribuerint, id consuetudini, quæ tempore collabentis Imperii Romani invaluerat, omnibus hominibus Titulos dandi ipsorum conditioni congruos, adscribendum sciatis. Hæ tamen formulæ non obstant, quo minus ex mutuis Episcoporum epistolis, si in Lectorem incidant, qui istarum rerum sensu vel modice afficiatur, nobilis sinceritas & blanda fiducia eluceant. Quæ ex epistolis S. Cypriani, S. Basilii, S. Augustini

gustini retuli, hanc rem satis testatam faciunt. Istud litterarum commercium Conciliorum defectum, quando celebrari non poterant, supplebat, & communicationis cum Episcopis aliarum Provinciarum, erat indicium. Tempore Persecutionum Synodorum celebratio sæpe diutissime cessabat, quia Episcopi & Presbyteri, in quos atrocius Persecutores sæviebant, in diversa abire, & se occultare cogebantur. Nec quidquam aliud magis tempore persecutionis Episcopi dolebant, quam Synodorum cessationem, cum sibi persuasum haberent, sine Conciliis Disciplinæ vigorem conservari non posse. Mementote, quam amare Eusebius de Persecutione Licinii conquestus fuerit. (*)

v. hist. L. IV. n. 44. 45.

Hist. L. 10. n. 21. Eus. vit. Const. c. 25.

§. VI.

(*) Ein Lutheraner muß die Concilien überhaupt niemal billigen; denn alle Ketzereyen sind da verdammet worden. Dieses Merkmaal hat unser Uebersetzer auch an sich. Er saget hier in einer Anmerkung: denn auf einigen derselben, die sonderlich in der Nestorianischen und Eutychianischen Streitigkeit gehalten worden, ist es so ungöttlich und wirklich gottlos zugegangen, daß man sich kaum eine Gnadengegenwart ꝛc. Wenn man diejenigen Versammlungen, als zum Exempel das Latrocinium Ephesinum, welche von der Römisch-Katholischen Kir-

§. VI.

Clerici inferiores.

Sed ad Regimen Ecclesiarum particularium redeamus. Infra Episcopum & Presbyteros multi erant in officiis constituti,

---

che verworfen worden, ausnimmt, so hat dieses der Uebersetzer wider die Wahrheit hingeschrieben. Ferner; sie sind (die Concilien) die vornehmste Ursach, daß in einem grossen Theile der äusserlichen Christenheit das Wort GOttes verdränget und wegcanoniret worden. Denn wenn in einer Gemeinde oder Provinz eine Streitigkeit entstand, so nahm man nicht seine Zuflucht zu Mose und den Propheten, zu Christo und seinen Aposteln, sondern es mußte ein Concilium zusammen berufen werden, und da mußte ein jeglicher das holen, was er glauben, oder für recht erkennen sollte. Hier haben wir unsers Herrn Uebersetzers so viel Worte so viel Lügen, wenn er von den Versammlungen will reden, welche die Römische Kirche angenommen hat. Erstlich saget er: daß in einem grossen Theile der äusserlichen Christenheit das Wort GOttes verdränget ꝛc. das klinget lächerlich, wie kann er erweisen, daß die Christen in einem grossen oder kleinen Theile der Christenheit damals innerlich etwas anders geglaubet haben, als was ihnen in den Concilien zu glauben vorgetragen worden? ja wie kann er dessen nur eine vernünftige Muthmassung bringen?

Daß

tuti, qui ordinis sui functionibus occupabantur, scilicet, Diaconi, Acolythi, Lectores & Ostiarii. In Ecclesiæ primordiis opinio obtinuisse videtur, Diaconos

Daß man damals in der Christenheit seine Zuflucht nicht zu Christo und den Aposteln genommen habe, ist wiederum falsch. Der Herr Fleury saget in eben dieser Abhandlung im XIV. Abschnitt: car quiconque portoit le Nom de Chrêtien, faisoit profession de ne se fonder que sur l'ecriture. Les Heretiques en tiroient leurs objections, & les Catholiques leurs reponses. Vous l'avés pû voir dans toute cette Histoire. Zu Deutsch: Ein jeglicher, der sich zu der christlichen Religion bekannte, gründete sich nur allein auf die Schrift. Die Ketzer nahmen ihre Einwürfe daher, und die Katholicken ihre Antworten. Ihr habt es aus dieser ganzen Geschichte ersehen können. Der Uebersetzer hat die Verbindung dieser lezten Worte mit den vorigen nicht ausgedrucket. Nun kann der bescheidene Leser urtheilen, ob der Herr Fleury oder dieser Uebersetzer die Wahrheit geschrieben.

Den Liebhabern der Kirchengeschichte ist bekannt, daß man in allen Concilien, wo es um eine Glaubenslehre zu thun war, den Mosen, die Propheten, Christum, und die Apostel, nämlich die heilige Schrift zum Grund geleget, und alsdenn auch auf die Auslegung der ältesten Kirchenväter gesehen, wie es Fleury aufrichtig erzählet. Hierauf bringet der Uebersetzer das Zeugniß des H. Nyssenus, welcher in der Bitterkeit wider die

Conci-

saltem æque ac Presbyteros (*) fuisse
Act. 6. 2. necessarios. Quando Apostoli Jerosolymæ septem primos Diaconos crearunt, non legitur etiam Presbyteros ab ipsis fuisse ordinatos; sed contra posterioribus temporibus officia Presbyteris commissa, quorum præcipuum est Ministerium prædicandi Verbum Dei, sibi solis reservarunt. S. Paulus Tito & Timotheo pro Regimine novarum Ecclesiarum mandata præscribens de Episcopis tantum & Diaconis loquitur. Et profecto! quamdiu modicus fuit in una Ecclesia Fidelium numerus, vir unus magno zelo, & laboris amans ad Officia Spiritualia sufficere poterat; sed in operibus externis Adjutoribus opus erat, qui oblationes Fidelium reciperent, & pauperibus distribuerent, qui curarent, ut in Fidelium conventu omnia ordinate & decore fierent, qui mandata Episcoporum, quo opus foret, deferrent. Sequente tempore necesse fuit, ut ipsi Diaconi ad juva-

---

Concilien überhaupt geschrieben. Er muß aber lernen, daß man in diesem Stücke dem H. Gregorius Nyssenus nicht beyfallen soll, sondern sich an die Meynung aller übrigen H. Väter halten.

(*) Hier hat der Protestant das Wort: als die Aeltesten oder Priester hinzu geflicket.

juvarentur; inde profecti sunt Ordines inferiores, quorum usum vidistis per annos sexcentos, & adhuc diutius observare poteritis.

Quilibet Clericorum in suo Ordine tamdiu, quamdiu expedire Episcopo videbatur, & aliqui tota sua vita, ministrabant. Nemo mirabatur, si videret hominem toto vitæ suæ tempore Ostiarium aut Lectorem, sicut hodie non miramur, si in Foro Sæculari Apparitor aliquis aut Tabularius nunquam ad Judicis officium promoveatur. Non æquales sunt omnibus Naturæ dotes, & Deus etiam diversis diversas dat Gratias. Hic rebus gerendis aptus est, non vero Scientiis addiscendis. Alius bono zelo ardet, & valet prudentia, cui dicendi gravitas & copia deest. Fidelitas, sedulitas, & corporis vires Ostiario aut Sacristæ sufficiunt, Charitas & discretio Diacono; sed hæc Presbytero sine Sacra Scientia non sufficiunt. Econtra Presbyter doctus, pius & eloquens fortasse in negotiis externis industria & vigore necessario destituitur. Episcopi cum Ordinandos eligerent, non privatorum ambitioni satisfacere, sed aptos Ecclesiæ Ministros dare cupiebant; hinc admirandi non est locus, quod unum quemque in illo Ordine, cujus maxime capax esset, reliquerint. Non aliter aliquos ad Ordi-

nem superiorem evehebant, quam si procedente tempore dignos se illo gradu reddidissent. Juvenis non ultra ordinem Lectoris promovebatur, si deinde in pietate & scientia profeciisset, Presbyter ordinabatur. Diaconi ex ordine Acolythorum vel Ostiariorum assumebantur.

Nemo se ipsum offerebat ordinandum eo modo, quo alii Baptismum vel Pœnitentiam petebant, sed vel populus illius, cujus merita noverat, ordinationem postulabat, vel eum Episcopus consentiente populo eligebat. Sæpe aliquis etiam invitus ordinabatur, cujus rei plura exempla in S. Augustino, Pauliniano S. Hieronymi Fratre, S. Paulino Nolano & tot aliis vidistis. Eadem cæterorum Clericorum ordinandorum ac Episcoporum erat ratio. Inter Christianos optimi quærebantur, nempe humillimi, & ab avaritia alieniissimi, qui cupiebant latere, peccandi pericula devitare, & cavere ab occasionibus malis, in silentio Veritatis æternæ pulchritudinem contemplari, & in oratione Divinitati uniri. Vi opus erat, qua suavem quietem relinquere, ad actiones exteriores se convertere, & commercium cum hominibus miseris, quorum vulneribus mederentur, repetere compellerentur. Veritatis amor, inquit S. Augustinus, sacrum otium poscit, sed Charitas necessariis

Hist. l. XIX. n. 38. n. 48. n. 57.

XIX. Civit. c. 19.

fariis & juſtis operibus invita implicatur. (*)

(*) Hier haben wir wiederum eine Anmerkung unſers Proteſtantens. Er will erweiſen, daß die Prieſter den Biſchöffen an dem Stande gleich ſind, ob ſchon nicht an der Würde und am Rang. Das lezte erweiſet er freylich leicht, aber eben dadurch erweiſet er auch, daß die Biſchöffe und Prieſter am Stande nicht gleich ſind. Er ſaget: Ein Aelteſter konnte ohne Erlaubniß des Biſchofs nicht taufen .... er durfte das heilige Abendmahl nicht austheilen ... keine Predigt halten ... die Vergebung der Sünden nicht ankündigen ꝛc. hernach ſaget er: Sie haben (die Prieſter) alles dasjenige gethan, was ſonſt Biſchöffe zu thun pflegten, und will folgeren, daß ſie den Biſchöffen am Stande gleich geweſen. Aber mit Erlaubniß, Herr Ueberſetzer! die Prieſter haben niemal in der chriſtlichen Kirche alles thun können, was die Biſchöffe gethan. Sie haben niemal Biſchöffe oder Prieſter ordiniren können, oder den Gewalt mittheilen, die Glaubigen von ihren Sünden los zu ſprechen. Ob ſie ſchon, wie der Ueberſetzer ſaget, bey der Ordination (nämlich der Prieſter) die Hände mit aufgeleget, ſo war ſolches jedoch nicht nothwendig, und alſo zur Weſenheit der Ordination nicht gehörig. Endlich haben die Prieſter alle ihre Jurisdiction von den Biſchöffen, und die Biſchöffe ſind in keinem Stücke von den Prieſtern abhängig. Das iſt alſo keine Gleichheit des Standes. Dieſe Sach hat eine Verbindung mit der Frage, an Epiſcopatus ſit ordo diver-

§. VII.
Officia Solemnia.

Quæ tot Miniſtrorum diverſorumque Ordinum eſſet utilitas, in Conventu Fidelium perſpicuum fiebat, & maxime in celebratione Sancti Sacrificii, quod plerumque tanta, qua poterat, pompa, & Majeſtate peragebatur. Vidiſtis etiam hanc Oblationem privatim & paucioribus Cæremoniis quandoque peractam fuiſſe. S. Cyprianus memorat, S. Sacrificium in carceribus Martyrum fuiſſe oblatum, & præſcribit, ut ſolus Presbyter cum Diacono adſit; unde colligimus, quam neceſſarium eſſe judicaverit Diaconi Miniſterium. Obſervaſtis haud dubie, Lectores!

Hiſt. L. VI. n. 35.
Hiſt. L. XVIII. n. 19
L. XIV. n. 16.

diverſus a Presbyteratu, welche unſer Proteſtant nicht verſtehet. Zulezt ſetzet er hinzu: *Ignatius* aber hat einen Unterſchied zwiſchen beyden (den Biſchöffen und den Prieſtern) zu machen angefangen, der hernach in den folgenden Zeiten beybehalten war. Dieſe Folgerung iſt verkehret. Herr Ueberſetzer! er hätte ſagen ſollen: ſchon der H. *Ignatius*, welcher faſt zur Zeit der Apoſtel gelebet, hat einen Unterſchied zwiſchen den Biſchöffen und Prieſtern gemachet, alſo haben wir ein unverwerfliches Zeugniß, daß er dieſen Unterſchied von den Apoſteln ſelbſt gelernet. Wer anders denket, hat die gehörige Urtheilungskraft Kirchengeſchichte zu leſen nicht.

ctores! S. Ambrosium in ædibus privatis Missam celebrantem, & S. Gregorium Nazianzenum Seniorem & Patrem in suo cubiculo Mysteria peragentem. (*) Ecce Missarum privatarum exempla antiquissima! fatendum tamen, rara esse hæc exempla, & Missam pro more semper fuisse solemniter celebratam, nimirum omnes Presbyteros vel Episcopos, qui in Civitate existebant, in unam Ecclesiam cum reliquis Clericis populoque convenisse, & illo modo, quem memoravi, eidem Actioni fuisse cooperatos. *Mœurs Chr. n. 39. 40. &c. Hist. Lib. XXXVI. n. 15. &c.*

Omnibus persuasum erat, se nunquam posse Officium Divinum, Sacramentorum Administrationem, & præsertim Evchariſtiam, in qua JEsus Christus se ipsum præsentem reddit, satis digno honore prosequi. Inde originem habuerunt Magnificentia Ecclesiarum, quarum Architecturam vobis descripsi, vasorum aureorum & argenteorum multitudo, cereorum & incensi abundantia, ingens numerus Ministrorum, Ostiariorum, Mansionariorum, Sacristarum, Thesauri Custodum, qui Vasa Sacra ipsasque *Hist. l. X. n. 3. XI. 45. 54. XII. 10.*

(*) Von andern Unrichtigkeiten nichts zu gedenken, so hat der Protestant hier übersetzet: *Nazianzenus* hat es in seiner Cammer genossen. Celebrer heisset nicht nur allein geniessen, sondern etwas mehrers.

que Ecclesias custodirent, easque mundarent & ornarent. Hæc omnia non difficulter perfici poterant etiam in Civitatibus, quæ amplitudine non infra mediocres essent, quando unicum celebrabatur Officium, & omnes in uno loco congregabantur, erantque maxime apta ad summam æstimationem & Venerationem Mysteriorum nostrorum populo atque hominum rudissimis ingerendam. Ipsi Gentiles fatebantur, illud Sacrificium, quod ipsis tam sollicite celabatur, magnum esse arcanum, cum tam magnifico apparatu adornaretur. Præterea unitæ Fidelium preces & unum Sacrificium melius unitatem Dei & Sanctorum Communionem significabant. Si quis difficulter capiat, quo pacto omnis populus uni Sacrificio interesse potuerit, eum tamen credere oportet, quod aliquot Sæculorum experientia docet; nam nemo dixerit, Fidelium numerum præsertim a Sæculo quarto exiguum fuisse.

Epist. 11. *ad Diosc. al.* 81 Illud quoque verum, plures Missas continenter in una Ecclesia fuisse celebratas, quod S. Leo testatum facit. (*)

Primo

(*) Unser Protestant, welcher billig besorget, es möchten seine Leser, wenn er den Fleury allezeit aufrichtig übersetzete, die Wahrheit erkennen, hat hier schon wiederum eine Anmerkung gemacht, und damit er seinen Worten ein grösseres Ansehen

und

Primo loco Evchariſtiæ, ſecundo maximus honor Baptismo habebatur. Hoc Sacramentum duobus tantum totius anni diebus adminiſtrabatur; præcedebant opero-

und Gewicht beylegete, hat er in dieſem Abſchnitt den Fleury zweymal unverſchämt verfälſchet. Erſtlich hat er die Worte: où JEſus Chriſt ſe rend lui-même preſent, gegeben: dabey JEſus Chriſtus auf eine ſo beſondere Art zugegen iſt. Und dann: l'unité de prieres, & de Sacrifice. Die genaue Verbindung des Gebeths mit dieſem Opfer. Das iſt bey ihm um ſo vielmehr eine Verfälſchung, weil der Engländer, den er im erſten Theile zu Hülfe gerufen, ſaget: das Opfer des Altars ſey nichts anders geweſen, als ein mit vielen Umſtänden begleitetes Gebeth. Nun wollen wir gleichwohl ſeine Anmerkung, die er mit der Auctorität eines verwegenen Verfälſchers hingeſchrieben, zum Theil beantworten. Es heiſſet: Von einer ſolchen Meſſe aber, wie ſie itzo in der Römiſchen Kirche gebräuchlich iſt, hat man in den erſten Jahrhunderten der chriſtlichen Kirche nichts gewußt. Man hat nichts gewußt von dem ſogenannten *Canon Miſſatico*, oder dem langen Gebeth, welches über der Meß ſo her gebrummet wird, daß niemand was davon verſteht. . . . . Man hat nichts gewußt von der ſogenannten *Tranſubſtantiation* . . . dieſer Lehrſatz iſt eine Frucht von der Unſinnigkeit der Scholaſticker, und iſt erſt vor 500. Jahren canoniſiret worden ꝛc.

Man

operosa præparatio, plurimæ preces & Cæremoniæ, quarum formulam hodieque servamus, in Baptisterio magnifice extructo Vasis pretiosis conferebatur. Hæc

Man hat allezeit in der wahren Kirche das heilige Meßopfer gehalten wie heut zu Tage, mein Herr Uebersetzer! und er würde solches selbst erkennen, wenn er nur der Vernunft so viel einräumen wolte, daß man das Wesentliche von dem Zufälligen unterscheiden müsse. Der H. Apostel Andreas hat täglich (merke er es wohl, Herr Uebersetzer) eine solche Messe gehalten, wie sie itzo in der Römischen Kirche gebräuchlich ist. Dieser H. Apostel zeuget selbst davon mit den Worten: Ego omni die sacrifico; non thuris fumum . . . . nec hircorum sanguinem; sed immaculatum Agnum quotidie in Altari Crucis sacrifico; cujus Carnes postquam omnis populus credentium manducaverit & Sanguinem ejus biberit, agnus, qui sacrificatus est, integer perseverat & vivus. Breviarium. (†) Da haben wir die Transubstantiation und die Gegenwart des Fleisches und Bluts Christi im H. Sacrament, sonst könnte man diesen Worten keinen Verstand beylegen, der nicht widersinnisch wäre. Dem H. Andreas stimmen alle H. Väter bey; von den klaren Worten JEsu Christi im Evangelio nichts zu melden. Es halten also die Priester in der Römischen Kirche heut zu Tage kein anderes Meßopfer als der H. Andreas, ob solcher schon vorher das Confiteor und den ganzen Canonem, wie solcher itzt ist, nicht ausgesprochen. Endlich

(†) Et Acta S. Andreæ ab ipso Adversario pro se citata.

Hæc omnia aptissima erant ad persuadendum hominibus, Baptismi Actum gravissimi momenti rem esse oportere, & maximam Sacramenti reverentiam pariebant in animis illud recipientium, Spectatorum Fidelium, & Infidelium, qui de Mysterio admirabili loquentes audiebant.

§. VIII.

Pœnitentia.

Pœnitentiæ eadem ferme erat ratio. Non solum vobis exposui Canones Pœnitentiales, sed etiam retuli exempla, ut cognoscceretis modum, quo in praxi fuerint observati. Haud dubie ista vobis magnæ admirationis causa fuerint, præsertim si attendistis, Canones, quo antiquiores sunt, eo etiam esse rigidiores, atque ipso Persecutionum tempore Rectores Ecclesiarum existimasse, non indulgentia sed pœnarum rigore vacillantes esse continendos. Inde igitur, quod Canonum antiquissimi sint omnium rigidissimi, concludendum est, hanc severita-

Mœurs Ch. n. 25. hist. l. V. n. 46 l. IX. n. 14. n. 21. l. XVII n. 14. 15. 16. l. XIX. n. 52.

masset sich dieser Mensch eine Kritick an über die Theologie der Scholasticker, da er doch selbst keine versteht. Das übrige ist schon in verschiedenen Orten meiner Version, und sonderlich das elende Tractätel des Engländers in meinen Gegenanmerkungen gnugsam widerleget worden.

veritatem a Traditione Apostolorum, id est, JEsu Christi fuisse acceptam, atque sequitur, in judicio nostro, non autem in illo rigore esse errorem, si nobis nimius videatur.

Verum, inquies, an non nimium sit, homines ob unicum peccatum per annos quindecim aut viginti, & non nunquam per totam vitam cogere ad agendam Pœnitentiam? per annos integros extra Ecclesiæ portam omnium contemptui exponere, postea eosdem aliquot annis in Ecclesiam admittere sed prostratos? compellere, ut cilicia gestarent, cineres capiti inspergerent, barbam & capillos nutrirent, solo pane & aqua jejunarent, & domi inclusi vitæ hujus commercio renunciarent? (*) an hoc non erat peccatores ad desperandum adigere, & Religioni Christianæ apud omnes populos invidiam creare? Eadem & ego vobiscum contra illum Pœnitentiæ publicæ modum objicerem, si communem sententiam sequerer; sed obstant primo ipsa exempla & facta, quæ narravi. Hæc ego non commentus sum, nec enim mihi simile quidquam in mentem venire potuisset. Vera sunt & constantia, &, si placet, in fontes inquirere, id in vestra pote-

(*) Semper attendendum, non nisi peccatoribus publicis, & volentibus saltem plerumque publicam Pœnitentiam fuisse injunctam.

potestate est. Unde sic argumentor: Religionis nostræ non nos ipsi Auctores sumus, sed eam a Patribus nostris accepimus, & talem, qualem ipsis Majores sui, usque ad Apostolorum ætatem ascendendo, tradiderant. Ergo intellectum nostrum non solum circa Dogmata, sed etiam circa Disciplinam primorum temporum Auctoritati subjiciamus.

Secundo, attente perpendenti mihi argumenta illa, quibus tantum rigorem Ecclesiæ utilem esse probarunt Veteres, firmissima videntur. Peccatum, inquiunt, est animæ morbus; at morbi una hora non curantur. Longo tempore opus est, ut occasiones removeantur, & obscænæ flagitii imagines ex mente deleantur, ut irritati affectus coerceantur, peccati gravitas agnoscatur, omnes reæ conscientiæ explorentur latebræ, pravæ consuetudines radicitus evellantur, acquirantur contrariæ, firma eliciantur proposita, & ipse Peccator dubitare nequeat, quin sincera sit sua conversio; sæpe enim homo, etiam nolens, fervore sensibili, sed instabili fallitur. Ceterum longum Pœnitentiæ tempus idoneum erat ad peccati horrorem, & timorem relabendi, profunde imprimendum. Unius verbi gratia adulterii reo, & ideo a Sacramentorum perceptione

per

per annos quindecim excluſo ſatis, ut opinor, vacabat, peccati, quod admiſerat, enormitatem penſare, & meditari, quam horrenda pœna illos maneat, qui a Dei vultu in æternum privandi ſunt. Qui improbo affectu ad ſimile peccatum impelli ſe ſentiebat, ſi Religionem vel mediocriter amaret, non tam facile labebatur, cum præſciret, voluptatem momentaneam jam in hac vita acerbiſſimas pœnas ſecum tracturam, ſibique vel aſperrimam quindecim annorum pœnitentiam ſubeundam fore, vel apoſtatandum & ad Paganiſmum redeundum. (*) Quoniam unius anni pœnæ præſentes humanam mentem acrius afficiunt, quam ſupplicii æterni, ſed poſt mortem futuri, memoria.

Pœnitentia publica non ſolum pœnitentibus, ſed etiam Spectatoribus proderat. Unius exemplum multos forte peccaturos refrœnabat, & Reſpectus humanus famulabatur Religioni. *Bona illa paulatim recuperantur*, inquit S. Auguſtinus, *quæ per peccatum ſubito amiſſa fuerunt; ſi enim homo ad priſtinam felici-*

Aug. Serm. 278. n. 3. al. 34. de diverſ. c. 3.

(*) Nimium hic dicere videtur Fleurius. Ceterum hodieque Adulteri aliquod Pœnitentiæ publicæ genus ante Eccleſiæ januam ſubire coguntur.

felicitatem cito reciperetur, lapsum in peccatum mortale, jocum reputaret.

Si de rei veritate ex effectibus judicemus, rursus videbimus, quam salutaris hic rigor fuerit. Nunquam alias quam illo tempore pauciora fuisse Christianorum peccata leguntur, & communi ruina, ut Disciplinæ vigor remisit, Christianorum mores corrumpi cœperunt. Nunquam major Infidelium numerus ad Fidem conversus est, quam tunc, cum Catechumeni severissime examinarentur, & Baptizatorum peccata, gravissima punirentur pœnitentia. Opera Dei humana prudentia non reguntur. Ut argumentum afferamus a minori, id verum esse in Congregationibus Virorum Religiosorum experimur; dum illæ, quæ a pristinæ suæ Disciplinæ rigore defecerunt, quotidie minuuntur, quamquam remissionis causam fuisse obtenderint, dandum fuisse aliquid infirmitati humanæ, ut eo plures ad amplectendum Religionis institutum permoverentur; econtra ad illas Congregationes, in quibus Regula strictius observatur, & Disciplina magis viget, longe major postulantium numerus convolat.

Et profecto temeritatis notam non effugeret, qui acerbitatis aut imprudentiæ incusare auderet, non dico, Apostolos, qui Spiritu Dei agebantur, sed

S. Cyprianum, S. Gregorium Thavmaturgum, S. Basilium aliosque, qui hasce Pœnitentiæ Regulas posteris tradiderunt. Si virorum istorum dotes, quibus eos Natura ornavit, considéremus, his nemo sapientior, nemo lenior, nemo humanior; hæc autem dona supervéniens Dei Gratia utique non destruxerit. Hi unice sequebantur exemplum illius, qui venit salvare animas & non perdere, qui mitis est & humilis corde. Item populi, quorum Regimen susceperant, non fuere Nationes feræ & barbaræ, sed Græci, Romanique, quorum mores illa collabentis Imperii ætate luxus & mollities dissolverat.

Unde ergo tantus Pœnitentiæ rigor? sane non aliunde quam ab ardentissima Sanctorum istorum Pastorum Charitate, quam prudentia & constantia comitabatur. Peccatorum conversionem serio quærebant, quem finem ut consequerentur, nulli labori parcebant. Medico assentatori, avaro aut desidioso, satis est ægroto adhibere remedia fallacia, quæ uno momento dolores leniunt, sed morbum non tollunt, nec deinde ullatenus angitur, quod ægrotus frequenter relabatur, quod langueat, & miserrime vivat, si modo ipse sine magno labore magna mercede fruatur, & se præsente ægro ad breve tempus melius sit. Bonus

Medi-

Medicus paucorum curam suscipit, & sanat. Omnia morbi adjuncta attente considerat, causas & effectus perquirit, ægro rigidam abstinentiam & acerba medicamenta perscribere non veretur, si ea ad tollendam mali radicem apta judicat. Ægrotum refractarium & remedia ad sanitatem recuperandam necessaria respuentem derelinquit.

Ita Sancti nostri Episcopi Pœnitentiam non nisi petentibus, & sincerum conversionis propositum profitentibus concedebant. Nemo ad eam recipiendam cogebatur, sed qui se non subjiciebant, si alicujus peccati publici convicti essent, a communione Fidelium excludebantur. Illos vero, qui Pœnitentiam subibant, Pastores regebant secundum regulas a Majoribus suis acceptas, quas unicuique, prout ipsi expedire videbatur, singulari cura & discretione adhibebant. Tepidos excitabant, aliorum nimium zelum moderabantur, jam in superiore, jam in inferiore pœnitentium gradu pro emendationis mensura collocabant, nihil denique relinquebant intentatum, quo de eorum conversione certi essent, & relapsum præcaverent. *Mœurs Chr. n. 24. 25.*

Jam vero unusquisque vere Christianus secundum conscientiæ suæ dictamen judicet, an ista cum pœnitentibus agendi ratio a crudelitate vel charitate or-

tum traxerit. Nemo etiam de nimio rigore querebatur, nec ullas hucusque querelas in Conciliis motas fuisse legistis, nisi quod in quibusdam Ecclesis antiqua Pœnitentiæ Disciplina negligeretur; id autem abusibus adnumerandum omnes arbitrantur. Videbitis, eundem abusum sequentibus temporibus partim ob ferocium populorum inobedientiam, partim ob nimiam Pastorum facilitatem & ignorantiam magis magisque invaluisse. (*)

§. IX.

(*) Admodum rigidus si non nimius hic est Fleurius & ad ferendum in re tanta judicium præceps.

Der unsinnige Protestant hat hier auch wiederum seine Meynung geäusert: Es ist auch, sagter, in verschiedenen dieser strengen Verordnungen nichts anzutreffen das einem Sünder zu einer wahren Herzensänderung, als worinn allein die GOtt wohlgefällige Buße bestehet, Gelegenheit gegeben hätte ꝛc. Und ferner: So bald die Kirche Ruhe erhielt. Man suchte der auferlegten Strengigkeit auf eine andere Art los zu werden, und man fand auch wirklich Mittel die angekündigten Strafen zu versilbern. Die geistlichen Aerzte .. ließen sich behandeln, nahmen allmählig ... für die Sünden und Strafen Geld an, wovon bekanntermassen die Indulgenzen und der ganze Ablaßkram seinen Ursprung erhalten. Antwort: Die äuserlichen Bußübungen sind bey

§. IX.

Ecclesiæ Lenitas.

Ceterum Spiritus Ecclesiæ nullus erat alius quam Spiritus Lenitatis & Charitatis; Hæc enim tanquam piissima Mater non modo reis damnatisque filiis, sed etiam hostibus infensissimis vitæ veniam impetrare enixe conabatur. Legistis, quam amanter Martyrum Anaunienſium carnifices mortis pœnæ erepti fuerint, & quantum adlaboraverit S. Augustinus, ut a Legum rigore liberaret Donatistas, qui

Hist. L. XX. §. 22. L. XXII. §. 47.

bey diesem Uebersetzer von keinem Werth, weil er die Worte JEsu Christi im Evangelio, wenn der Erlöser von guten Werken, Fasten, Bußkleidern oder Cilicio und Einstreuung der Asche redet, nicht begreifet. Man weiß wohl, daß die wahre Herzensbuß nicht in äuserlichen Werken bestehet; allein wenn er saget, daß solche zu der innerlichen Buß nichts beytragen, so redet er wider die Vernunft und die Sittenlehre aller Völker. Das übrige, was er daher geschmieret, ist eine alte Lüge, und Lästerung wider die allgemeine und wahre Kirche, als wenn man jemal gelehret hätte, es könne die Herzensbuß durch etwas anderes ersetzet werden. Dieses freche Geschwätz ist auch eine Frucht des grossen Fehlers der Herren Protestanten, welche in der Lehre vom Ablaß so wenig als in andern Stücken die eingeschlichenen Mißbräuche von der Sache selbst gehörig unterscheiden.

XVIII

qui immani crudelitate in Catholicos
L. XXXIII §. 29. 30. 59. sævierant. Legistis, quantum Ecclesia detestata fuerit zelum discretioni contrarium illorum Episcoporum, qui Priscillianum Hæresiarcham usque ad necem persecuti fuerant. Nempe Ecclesia, quoad poterat, omnibus ad mortem damnatis vitam servabat, ut eorum Saluti prospiceret, & ad Baptismum, vel ad
Lib. XXII. §. 52. *ep.* 153. *al.* 54. Pœnitentiam adduceret. Hujus mansuetudinis rationem reddit S. Augustinus in Epistola ad Macedonium, ex qua docemur, Ecclesiam exoptasse, ut in hac vita pœnæ omnes tantum medicinales essent, quibus non homo sed peccatum destrueretur, & peccator supplicio æterno, in quo nulla amplius superest salutis spes, eriperetur. Tanta lenitas etiam Gentilium amorem Ecclesiæ conciliabat.

v. Instit. au Droit Eccl. 3. *p. c.* 20. 21. Sancti Episcopi, qui illa severitate, quam retulimus, in privatos utebantur, nullam pœnam multitudini, aut viris tam potentibus ut motus factiosos excitare possent, infligebant. Hujus rei ratio est, quod Episcopi nollent Censuras adhibere, nisi tunc, cum illas ad emendandos peccatores utiles fore crederent; dissimulabant vero, ubi facile prævidere poterant, fore, ut Censuræ contemnerentur, malum augerent, & peccatores in seditionem & Schisma impellerentur.

Id

Id discere potuistis ex S. Augustino tunc, cum adversus Donatistas decertat, & cum in alio casu S. Pater dicit; ubi plurimi errarent, ibi potius adhibendam esse instructionem, quam imperia, & admonitiones, quam minas, in privatorum vero peccata severe animadvertendum. *Hist. L. XX. §. 46. III. cont. Parm. c. 14. 15. ep. 22. al. 62.*

Vidimus nec Imperatorem Constantium nec Valentem, quamvis essent Catholicorum persecutores, unquam fuisse excommunicatos aut ab Ecclesia exclusos; imo S. Basilium Valentis Oblationem recepisse legimus. Objici posset, Theodosium a S. Ambrosio ab ingressu Ecclesiæ fuisse prohibitum; nimirum cum S. Episcopus mitissimi ingenii Principem & Religionis amantem sciret, dubitare haud poterat, quin hæc pœna ipsi perquam salutaris, & tantum exemplum toti Ecclesiæ proficuum futurum esset. *Hist. l. XVI. al. 48. L. XIX. §. 21*

Sancti illius ætatis Episcopi prudenter cavebant, ne Principes aut Magistratus sine utilitate ad iracundiam provocarent; sed nec ipsis adulabantur, nec ad propagandam Religionem brachio Sæcularis Potestatis opus esse censebant. Nolo vobis hac in re afferre exemplum Luciferi Calaritani, quia fortasse responderetis, virum fuisse plus justo severum; sed remittam vos ad S. Hilarium, vecordiam suæ ætatis Episcoporum increpantem. Fuere illi Hæretici & Schismati- *Hist. l. XVI. §. 28. L. XVI. §. 3. Hilar. contr Aux.*

ci, qui imbecillitatis suæ conscii, & pravo affectu impulsi potestatis mundanæ opem implorabant, & pudenda indulgentia suos sectatores retinere conabantur, quod ipsis Tertullianus exprobravit.

Præscr. c. 41.

§. X.

Disciplina Ecclesiastica in Genere.

Hæc pauca ex veteri Disciplina repetii, ut vobis viam aperirem, & ad seriam reliquorum omnium considerationem invitarem. Spero fore, ut ubique Spiritum Dei deprehendatis, & confiteamini, jam ex tunc Ecclesiæ Regimen ab errore immunem fuisse. Et profecto! quis dicere audeat, Apostolos, dum Ecclesiam fundarunt, tradere Regulas tam ad regendum totum Corpus, quam emendandos privatorum mores negle-xisse? Porro nemo etiam dixerit, has Regulas fuisse imperfectas, aut in usum & praxin non deducendas, sed firmiter credendum, eo ipso quod fuerint ab Apostolis acceptæ, etiam fuisse optimas & maxime idoneas, quibus homines ad Perfectionem Evangelicam majorem, minoremve pro diverso Gratiæ Divinæ modo perducerentur. Imperfectæ, inquam, non fuere hæ Regulæ; nam Religio Christiana, cum Deum Auctorem habeat, in principio perfecta fuerit, necesse est. Nec Religio similis est quibusdam

busdam hominum Inventis, quæ ortum, progressum, & interitum habent, eo quod Deus nullo temporis processu sapientior vel potentior fiat. *Omnia ostendi vobis*, inquit Salvator, *quæ accepi a Patre meo.* Tum, loquens de Spiritu Sancto, dicit: *Ipse docebit vos omnem veritatem.* Et ne putemus, Christum Dominum solummodo de Doctrina velle intelligi, subjungit: *Euntes ergo docete omnes Gentes . . . docentes eos servare omnia, quæcunque mandavi vobis.* Jo. 15. 15. 16. 13. Matt. 28. 20.

Itaque omnia hominibus utilia, non credenda modo sed etiam facienda, æqualiter & ab initio instituta fuere.

Illud equidem verum est, præcepta ad Disciplinam pertinentia, si ea pauca excipiamus, quæ in novo Testamento leguntur, non statim fuisse litteris mandata. Ejusdem Disciplinæ non ultimum erat præceptum, ne scriberetur, sed traditione secreta inter Episcopos & Presbyteros præcipue circa administrationem Sacramentorum conservaretur. Ideo etiam, ne arcanum istud divulgaretur, Episcopi solis Clericis Epistolas suas Ecclesiasticas deferendas committebant. Quando igitur Veteres de observatione Canonum loquuntur, absit, ut credamus, ipsos de illis tantum loqui, qui scripti erant; nam loquuntur de iis omnibus, quæ a Traditione constante accepta ob-

Hist. Lib. XXIII. §. 32 Innoc. I. ad Decent. c. 3. Cypr. ep. 29. Hist. Lib. IV. §. 44.

servabantur. Secundum Regulam, quam nobis S. Augustinus dedit, credere oportet, illa omnia, quæ Ecclesia in omni tempore & in omnibus locis observavit, Traditioni Apostolicæ originem suam debere. Nec aliud ejusmodi Traditionum principium excogitari potest; quasi enim! ex quo alio fonte proficisci potuissent usus illi universales, quales sunt, Reliquias venerari, (*) orare pro mortuis, jejunium Quadragesimæ observare? quo pacto tot Nationes ab invicem remotissimæ de his rebus consensissent? nisi accepissent ab Apostolis, qui unum Magistrum se hæc omnia docentem habuerunt JEsum Christum? Notandum quoque, Patres in Conciliis omnium antiquissimis non illud egisse, ut novas Leges Ecclesiasticas conderent, sed ut prisstino-

Aug. ep. 54. ad Jan. al. 118. Hist. L. XX. §. 45

(*) Ex hoc solo Fleurii loco Anonymus II. dicens, Fleurium Reliquiis Sanctorum debitum honorem minuere, abunde refutatur.

Unser mitleidenswürdiger Protestant hat sich hier schon wiederum nicht anders zu helfen gewußt als mit der verwegenen Kritick. Die Worte La Veneration des Reliques. Reliquiarum. hat er gegeben auf seiner 32. Seite im zweyten Theil: Die Verehrung der Religion. Ey! wer hat ihm doch den bösen Rath gegeben einen Römischkatholischen Schriftsteller zum Spott seiner eignen Religion zu übersetzen?

ſtinorum Canonum vigorem reducerent. Nullibi querelas movent, ineptam eſſe Eccleſiæ Diſciplinam, ſed eam paſſim male obſervari.

Dicetis: Bona eſt & perfecta illa primi ævi Diſciplina, ſed humanis viribus altior, quam noſtra fragilitas diu ſuſtinere non potuit. Deſcendendum fuit ad faciliorem Diſciplinam, in ſpeculatione quidem non tam pulchram, ſed in praxi infirmitati noſtræ magis accommodatam. Huic argumento tanquam Hiſtoriæ Scriptor oppono primo facta contraria; nam illam ipſam Diſciplinam jam pluribus Sæculis uſu probatam oſtendi, eandemque adhuc pluribus aliis obſervari videbitis. Quod vero tam longo temporum ſpatio & in tot diverſis Provinciis obſervatur, absque omni dubio obſervatu poſſibile cenſendum eſt. Jam in ſequente Hiſtoriæ hujus ordine videbitis, quomodo & quibus de cauſis Diſciplina antiqua mutata fuerit, & veſtrum erit judicare, an id factum ſit poſt gravem deliberationem, maturo conſilio, poſtquam utrinque argumenta fuiſſent diu penſata, an editis novis legibus, quæ veteres expreſſo imperio abrogarent; an vero hæc mutatio potius effectus & fructus fuerit conſuetudinis tacite ſubrepentis, ignorantiæ, ſocordiæ, imbecillitatis, & corruptionis univerſalis, cui deni-

denique ipsi Præpositi ad tempus cedendum esse existimarunt. Interim rogo vos, ut ea, quæ ex data vestra Distinctione inter speculative pulchra & practice possibilia consequuntur, serio perpendatis: quod falsum, nunquam revera pulchrum est. Atqui morum Regulæ falsæ sunt, nisi sint observatu possibiles; tota enim Doctrina moralis ad praxin deduci debet, cum nihil aliud nisi facienda nos doceat. Ergo maximam Legislatori injuriam infert, qui dicit, Leges ipsius esse pulcherrimas, sed in usu impossibiles, cum eundem simul jactantiæ, ignorantiæ & imprudentiæ incuset. Nequaquam igitur, Charissimi Lectores! JEsu Christi præcepta impossibilia sunt, imo nequidem gravia, ut Apostolus ejus dilectus testatur, dumque Christus Ecclesiæ suæ auxilium usque in finem Sæculorum promisit, nobis Gratiam necessariam, qua supra infirmitatem nostram elevaremur, pollicitus est.

1. Joan. 5. 3.

§. XI.

Doctrina de Trinitate.

Postquam de Disciplina disseruimus, etiam Veterum Doctrinam, eamque tradendi modum consideremus. Patrum Doctrina in rei substantia eadem est, quam nos hodieque credimus, & docemus. Id ex Patrum Excerptis, quæ vobis

bis dedi, cognoscere potuistis, & melius etiam, si placeat, in ipsis fontibus legetis. Ante omnia SS. Patres tanquam Doctrinæ Christianæ fundamentum posuerunt Monarchiam, seu Principii unitatem, partim contra Paganos, plures Deos sibi fingere assuetos, partim contra aliquos Hæreticos, qui, cum difficulter causam mali invenirent, ut Marcionitæ & Manichæi, duo rerum omnium Principia unum Bonum & alterum Malum, quorum neutrum ab altero dependeret, commenti sunt.

Trinitatem contra Sabellianos Arianos & Macedonianos probatam a Patribus legistis; nec altissimum Mysterium, & humano intellectui incomprehensibile, reddere nobis perspicuum voluerunt, sed necessitatem illud credendi demonstrarunt.

Certum est, JEsum Christum a Christianis tanquam Deum suum semper fuisse adoratum. Id ex Apologiis, & Actis Martyrum, ex ipsorum Gentilium testimoniis, ex Epistola Plinii ad Trajanum, & ex iis, quæ Celsus & Julianus Apostata Christianis objecerunt, liquet. Rursus certum est aliunde, Christianos unicum semper Deum, & nunquam plures adorasse; ergo JEsus Christus idem Deus est ac Pater, Creator universi. Item indubitatum est, JEsum Christum esse Filium

Hist. L. III. §. 3. VII.

§. 19. XV. §. 45.

Filium Dei, & eundem respectu sui ipsius non posse Patrem simul esse & Filium. Id ipsum Tertullianus contra Praxeam optime probat. JEsu Christi sermones absurdi essent & insani, dum dicit, se a Patre procedere, se a Patre missum, se & Patrem unum seu rem unam esse, nam idem esset ac dicere: *A me ipso procedo. Me ipsum misi. Ego & ego unum sumus.* Sensus nullus rationi consentaneus his verbis ineset, nisi dicamus, JEsum Christum aliam esse Personam quam Patrem, licet sit idem Deus. Ipsius Auctoritas nobis sufficit, ut credamus, rem ita se habere, etiamsi, quomodo id fiat, capere non valeamus.

Si Filius Deus est, sequitur, ipsum necessario perfecte æqualem & perfecte similem Patri esse. Hæc contra Arianos demonstrata fuere. Alias enim duo darentur Dii, unus major & alter minor, & iste minor re ipsa nihil supra Creaturam esset. Ergo illum adorare non liceret. Præterea Idea Creaturæ, quantumcunque perfectam concipiamus, non exæquat Ideam illam, quam Sacræ Scripturæ verba de Filio Dei in nobis creant. Contra Macedonianos, qui Divinitatem Filii admittebant, & rejiciebant Divinitatem Spiritus Sancti, demonstratum fuit, S. Spiritum a Patre procede-

re,

re, & æque ac Filium a Patre fuisse missum; sed alium esse a Filio, cum nullibi Filius dicatur, aut Genitus. Item in Forma Baptismi æqualiter nominari: Ite, baptizate in Nomine Patris & Filii & Spiritus S. Ergo Spiritus S. tertia Persona est, & idem Deus. *Lib. XIV. §. 31. Athan. ad Serap.*

Hac methodo Patres nostri existentiam Mysterii Trinitatis non argumentationibus Philosophicis, sed Auctoritate Scripturæ & ex Traditione probarunt; nec ex principiis metaphysicis, ex quibus deducitur, rem necessario ita se habere, sed ex verbis expressis JEsu Christi, & ex usu constante, quo Christiani Filium cum Patre, & Spiritum Sanctum cum utroque nunquam non honorarunt & adorarunt. Illud tamen negari non potest, SS. Patres quandoque multum de Sanctissimo Mysterio fuisse ratiocinatos, sed tunc tantum, quando, ut id facerent, ab Hæreticis cogebantur, qui ad destruendum Sanctissimum Mysterium subtilissimas humani intellectus argutias afferebant. Hinc Patres tam diverse mentem suam explicarunt, scilicet pro varietate difficultatum, quas resolvere volebant. Aliter ipsis loquendum erat cum Paganis, aliter cum Hæreticis, & rursus aliter cum diversis Hæreticorum Sectis; & inde factum, ut aliqui Moderni ob tam varias loquendi formulas,

las, quæ pro diversitate temporum & Adversariorum adhibebantur, a SS. Patribus Concilio Niceno antiquioribus in Materia de SSma Trinitate nimis leviter recesserint. Puto autem, hos viros antiquos a me in decem prioribus meis libris satis fuisse defensos.

§. XII.

Incarnatio. Gratia.

Personarum Trinitate invictis argumentis demonstrata, simul etiam Incarnatio contra Ebionem, Paulum Samosatenum, aliosque, qui JEsum Christum purum hominem affirmabant, probatur; non enim magno labore opus erat ad probandum contra Docitas & Manichæos dicentes, Christum tantum Hominis speciem præ se tulisse, quod veram carnem assumpserit. Contra illos autem, qui verum Hominem confitebantur, cum ex Doctrina Trinitatis constet, ipsum esse Deum, satis erat ostendere, quod, licet esset Deus, nihilominus simul etiam verus homo esse posset. Id ipsum etiam est, quod Patres demonstrarunt contra Apollinarem dicentem, in Christo Domino Verbum Divinum vices animæ rationales suppleviſſe.

Dum Nestorius & Sectatores ipsius hanc Hæresin oppugnant, in extremum alterum & oppositum inciderunt, separantes

rantes Deum ab Homine, & affirmantes, Mariæ Filium solummodo esse Divinitatis Templum, & purum hominem, quod ab errore Pauli Samosateni non abhorrebat. Igitur SS. Patres adversus Nestorium probarunt, eundem esse Deum & Hominem, atque JEsum Christum esse unicam Personam in duabus Naturis sine ulla confusione, quam docebat Eutyches. Hic duo habemus Mysteria, quæ nisi credat, nemo Christianus esse potest; cum omnis Christianus profiteatur, se JEsum Christum adorare, atque nec Creaturam, nec alium Deum, nisi solum omnipotentem adorare liceat.

Hinc atrox calumnia est Mahometanorum, Judæorum, & Socinianorum, nos incusantium, quod in nostræ Catechesi subtilissimas Theologiæ Quæstiones proponamus, & rudes simplicium animos perturbemus; nam vel JEsus Christus non est adorandus, & Christianorum Nomen nobis dimittendum, vel quis JEsus Christus sit, & quo titulo adoretur, scire nos oportet.

Doctrina de Gratia ex Doctrina de Incarnatione infertur. Filius Dei propter nostram Salutem factus est homo; si vero non alio modo quam per suam Doctrinam & Exemplum nostram Salutem promovit, nihil egit, nisi quod purus homo, qualis Moyses & Prophetæ

fuerunt, etiam efficere potuisset. Verumenimvero JEsus Christus majora effecit. Effuso sanguine remissionem peccatorum nostrorum nobis meritus est. Misit nobis Spiritum Sanctum, qui nos illuminaret, & Charitatem infunderet, qui faceret, ut ipsius præcepta implemus, & corruptæ naturæ nostræ reluctationem vincamus. Id S. Paulus optime docuit, & S. Augustinus strenue defendit adversus Pelagianos, omnia viribus Naturæ & Liberi Arbitrii tribuentes; quippe hi Hæretici nemini quam sibi ipsis Salutem suam in acceptis referebant, nullum in eos Beneficium JEsus Christus contulerat, sed ipsi se propria voluntate meliores, quam a Deo creati fuissent, effecerant. Ut hunc errorem debellaret S. Augustinus sæpe Ecclesiæ usus opposuit, scilicet, Orationem ad Deum, quæ absolute esset superflua, si id, quod nobis est maxime necessarium, nempe ut Boni efficiamur, in nostra potestate positum sit. Item Orationis formulam, qua Fideles a Deo omnia per JEsum Christum petunt, qualia sunt, ut nos in tentationes non inducat, ut faciat nos ea implere, quæ præcipit, atque nobis Fidem & bonam voluntatem donet. Tandem usum parvulos baptizandi pro remissione peccatorum, evidens argumentum de fide peccati originalis. Omnes SS. Pa-

SS. Patres ad demonstranda omnia Fidei Mysteria eodem probandi modo usi sunt, atque consuetudines in Ecclesia hominum memoria antiquiores tanquam argumenta ad hominem, quæ fuerit Fidelium fides, attulerunt. Trinitatem probarunt ex forma Baptismi, ubi tres Personæ Divinæ æqualiter invocantur, & trinæ immersionis usum, qui tunc temporis vigebat, tanquam argumentum de Distinctione Personarum proposuerunt.

Præterea SS. Patres ex Evchariſtia argumentum de veritate Incarnationis eruerunt; cum nihil ad Salutem prodesset carnem puri hominis sumere, nec fas esset, illam adorare. Exinde singularis Dei Providentia circa Ecclesiam suam elucet, quod altissimorum Mysteriorum fidem cum operibus & cæremoniis externis intime connexam esse voluerit, ne Fidelium etiam simpliciſſimi vel rudissimi ea ignorare vel obliviſci possent; nemo enim est, qui nesciat, quo modo tota sua vita preces in Ecclesia peragi, & Baptismum aliaque Sacramenta administrari viderit.

L. XXV. §. 22. XXVII, §. 1.

Cyr. Anath. 11. homil. ad cæna.

Doctrinam de Sacramentis Disceptationes exortæ cum Donatistis solide stabiliverunt. Demonstratum fuit, virtuti Sacramentorum Ministrum dignum nihil addere, & indignum nihil demere, sed quicunque baptizet externe, semper

L. XX. §. 47.

JEsum Christum interne baptizare. Porro Fides Ecclesiæ de singulis Sacramentis & speciatim de Eucharistia in his primis Sæculis ex Auctoritate S. Justini, S. Irenæi, Origenis, S. Cypriani, S. Ambrosii, S. Cyrilli Jerosolymitani, S. Gaudentii, S. Cyrilli Alexandrini, irrefragabiliter probatur.

L. III. §. 41. IV. §. 26. VI. §. 18. VII. §. 15. XVIII. §. 54. 55. XX. §. 14. XXVII. §. 1.

Tandem ex dictis Disputationibus adversus Donatistas nata est occasio Articulum Fidei de Ecclesia invicte defeniendi. Nam contra Donatistas clarissime confectum est, Ecclesiam esse Catholicam seu Universalem, id est, omni tempore & in omnibus locis visibilem; non paucis Regionibus inclusam, exiguæ hominum Societati cognitam, & a reliquis membris a certo tempore separatam, sed secundum Christi Domini promissum perpetuam & infallibilem. Eandem esse Sanctam & sine macula, ita tamen, ut impii ab externa Ecclesiæ Societate non sint excluſi, & bonum semen promiscue cum zizaniis usque ad Messem, seu usque ad finem Sæculorum, crescat. Item esse Apostolicam, id est, ex Successione Episcoporum, præcipue in illis Cathedris, quæ ab ipsis Apostolis fundatæ fuerunt, & Communione cum Cathedra S. Petri, quæ Catholicæ unitatis centrum est, cognoscibilem. (*) §. XIII.

L. XX. §. 46. 47.

(*) In hoc Paragrapho Interpres Protestans

§. XIII.

Modus discendi in Ecclesia.

Hæc est Doctrinæ Catholicæ Summa. Jam videamus, quæ eam discendi, docendique ratio fuerit. Non deprehendi, in his primis Sæculis, alias Scholas a Clericis, alias a Christianorum vulgo fuisse frequentatas; nempe nullæ erant præter Ecclesias, in quibus Episcopi assidue S. Scripturam explicabant. In quibusdam magnis urbibus Scholam pro Catechumenis erudiendis erectam legimus, ubi Presbyterorum aliquis Religionis Quæstiones explanabat Discipulis, eam amplecti cupientibus. Ejusmodi Præceptores in Alexandrina Civitate S. Clemens, & Origenes fuerunt. Id tamen observandum, quod Episcopi plerumque juvenes Clericos in domo sua nutriverint, & singulari cura tanquam filios erudierint. Hoc modo non nulli

talia pro Ecclesiæ Romano-Catholicæ Defensione testimonia proprio calamo scripsit & argumenta, quæ nec ipse potest, nec Collegæ ipsius refutare unquam potuerunt. Quid ergo virum istum compulit, ut Scriptorem Romano-Catholicum Gallum, qui centies & invicte probat, hæreticam esse omnem Ecclesiam aliquo abhinc tempore a Romano separatam, in sermonem patrium transferret?

Ecclesiæ Doctores maximi evaserunt. S. Athanasius S. Alexandri Episcopi, S. Joannes Chrysostomus S. Meletii, S. Cyrillus Patrui sui Theophili fuere alumni. Inde etiam factum, ut tot Sancti Episcopi e Schola S. Augustini & S. Fulgentii prodierint.

Non erat necessarium illa ætate, ut qui Presbyter vel Episcopus ordinaretur, ad scientias profanas incubuisset, quales erant Grammatica, Rhetorica, Dialectica & Philosophia tota, Geometria aliæque Matheseos partes. Christiani hæc omnia Scientias peregrinas vocare solebant, quod plerumque a Gentilibus colerentur, & cum Religione nullam haberent affinitatem. Nam certissime constabat, his artibus Apostolos & primos eorum Discipulos operam nunquam dedisse. S. Augustinus quemdam ex vicinis suis Episcopum, cujus meminit, maximi faciebat, etiam is nec Grammaticæ nec Dialecticæ studuisset. Scimus etiam ex Historiis optimos Patresfamilias, Mercatores aut Artifices ad Episcopatus honorem fuisse evectos, de quibus nullatenus conjicere licet, quod his scientiis imbuti fuerint. Multo minus requirebatur linguarum peritia; quippe Romanis curæ non erat peregrinas linguas discere, nisi forte quæstuosæ mercaturæ causa. Aliqui etiam, ut sapere

Hist. L. XV. §. 23. ep. 34. ad Eus.

prz

præ aliis viderentur, linguam Græcam addiscebant. Ubique Fideles in Lectione publica & precibus communibus vulgari illius loci lingua utebantur; hinc plerique Episcopi & Clerici aliam ignorabant. Nimirum in toto Occidente sola Latina, in majore Orientis Parte Græca, in Superiore Syria Syriaca omnibus familiaris erat. Si Episcopi diversarum Nationum in Conciliis congrederentur, Interpretum operam adhibebant. Imo legimus Diaconos fuisse ordinatos, qui legere litteras non didicerant; de talibus enim illo ævo dicebatur, quod litterati non essent. *Hist. L. XXI. §. 13.*

Nulla ergo, dices, in Episcopo vel in Presbytero requirebatur Scientia? profecto requirebatur, sed nulla alia, quam ut ordinandus legisset, & sæpe relegisset S. Scripturam, eamque, si possibilis esset labor, totam memoriæ impressisset. Requirebatur ut eandem sæpe meditatus fuisset, ex qua argumenta ad probandos omnes Fidei Articulos, & sublimes morum Disciplinæque Regulas hauriret. Requirebatur, ut vel legendo vel alios auscultando didicisset, quomodo Veteres S. Scripturam explicassent, ut denique non ignoraret Canones, id est, Præcepta Disciplinæ sive scripta essent, sive tradita, ut vidisset, quomodo ea in Ecclesia fuerint observata, & ut ipsemet eadem

sollicite semper observasset. Hæc Scientia in Ordinandis sufficiebat, si modo magnæ ad regendos Fideles prudentiæ, & solidæ Pietati juncta inveniretur. Numquam tamen defuerunt aliqui Episcopi in scientiis profanis versatissimi, sed plerumque tales, qui jam ante suam Conversionem, sicut S. Augustinus & S. Basilius, magno labore sibi illas comparasHist. l. XXII. sent. His deinde ad defendendam Veritatem opportune utebantur, illosque qui Scientias in Episcopo vituperabant, egregie refellebant, cujus rei exemplum in S. Augustino contra Cresconium Grammaticum habemus.

§. XIV.

Methodus docendi.

Quantum vero ad docendi Methodum spectat, Episcopi diversam cum Infidelibus, diversamque cum Filiis Ecclesiæ, rursusque cum Hæreticis rationem tenebant. Infidelibus nihil prius suggerebant quam ejusmodi principia, quibus corruptos eorum mores corrigerent; quia Patres frustra se de Religione disputaturos arbitrabantur cum hominibus, qui adhucdum pravis affectibus & falsis præjudiciis regerentur. Satis ab initio facere sibi videbantur, si pro Infidelibus orarent, bono exemplo præluceren, eosque patientia, mansuetudine & beneficiis temporalibus allicerent, donec

donec in illis ſincerum deſiderium veritatem cognoſcendi, & amplectendi virtutem deprehendiſſent. Quando in Gentiles ingenio ſublimiore præditos, & ſciendi avidos incidebant, humanarum Scientiarum ſubſidio utebantur, ut eorum animos ad recipiendam veram Philoſophiam præpararent. Recordamini, Lectores! qualem Methodum Origenes in erudiendo S. Gregorio Thavmaturgo adhibuerit. *Hiſt. L. V. n. 43. n. 57.*

Fideles Patrum ſermonibus & exhortationibus in Doctrina Eccleſiæ roborabantur, & contra Hæreſes confirmabantur, item ab iisdem bene vivendi, & mores emendandi Regulas accipiebant. Omnes SS. Patrum Sermones circa duplicem verſantur materiam, nempe mores, & ſuæ ætatis Hæreſes; qui hac clave deſtituti ſunt, SS. Patrum ſcripta ſæpe vel non intelligunt, vel ſaltem illa lectione delectari nequeunt. Unde ex Hiſtoria Eccleſiaſtica eximia utilitas advenit, ut, ſi quis ſciat, quo tempore & quibus in locis ſingulæ Hæreſes dominatæ fuerint, facile perſpiciat, cur SS. Patrum Sermones ad determinatum Doctrinæ Articulum ſemper colliment. Inde ſæpe cogebantur relicto Senſu Scripturæ litterali, ſenſum moralem tropicum vel allegoricum ſequi; nam Lectiones non pro arbitrio eligebant, ſed earum ordo

per anni cursum eodem prope quo hodie modo dispositus erat. At Scripturæ Lectiones cum illa materia, quamcunque ad populum docendum utilissimam arbitrabantur, perite conciliabant.

Quando cum Hæreticis res Patribus erat, Sensui Litterali inhærebant, aut tunc solummodo utebantur allegorico, quando de illo sensu inter Catholicos & Heterodoxos conveniebat. Hinc maxime utiles nobis sunt illi de Doctrina controversa Libri, unde verum Scripturæ Sensum, & definitum Ecclesiæ dogma discamus. Quicunque Christiani Nomen gerebat, profitebatur, se sola Sacra Scriptura (*) inniti; inde Hæretici suas argutias

(*) In Reflexione ad hanc Dissertationem R. P. Balduinus nihil aliud adversus Fleurium affert, quam hæc ipsius verba: *Quicunque Christiani Nomen gerebat, profitebatur, se sola Sacra Scriptura inniti.* Et addit; Propositionem esse hæreticam.

At vero parcius! parcius! Nemo jure suspicari potest Fleurium in hoc loco *Traditionem* voluisse excludere. Nam in hac ipsa Dissertatione, ubi de Disciplina loquitur, ter de Traditionibus mentionem facit, & in Paragrapho XI. differens de Doctrina Fidei ait: Voila comme les Peres ont prouvé le Mystere de la Trinité. Non par des raisonemens Philosophiques, mais par l'autorité de l'Ecriture & de la Tradi-

tion.

gutias, & Catholici Responsiones expromebant. Id animadvertere potuistis in toto hujusce Historiæ Corpore, & in fragmentis de Doctrina Catholica, quæ inserui, nam Textus utrinque allegatos studiose retuli. Ceterum SS. Patres admodum parce de Quæstionibus Fidei disserere solebant; illas tantum, quæ ipsis proponebantur, resolvere contenti, de novis tacebant. Levia quorumdam & turbulenta ingenia severe reprimebant, nec omnibus indiscriminatim de Materia Fidei disputare permittebant. In memoriam revocate, quæ in hanc rem S. Gregorius Nazianzenus dixit, & quantam prudentiam & sapientiam hic S. Pater in illis requirat, qui de Quæstionibus Theologicis differant. *Hist. Lib. XVII. n. 5. or. 33.*

§. XV.

Patrum Scientia.

Quisquis, non dicam ipsa SS. Patrum opera, sed tantum ea pauca, quæ in ista Historia retuli, Excerpta attente legerit, nullatenus, ut arbitror, dubitabit,

tion. Quæ verba ego superius reddidi: *Hac Methodo Patres nostri existentiam Mysterii Trinitatis non argumentationibus Philosophicis, sed Auctoritate Scripturæ & ex Traditione probarunt.* Plane R. P. Balduinus videtur voluisse fucum facere, saltem illis, qui Fleurium nunquam lecturi essent.

tabit, quin iisdem tam scientia quam eloquentia excelluerint. Licet etiam quis Scientiæ nomen minus proprie acciperet, quod facit vulgus, dum Doctos viros vocat illos, qui assidua lectione plurimorum factorum notitiam sibi acquisiverunt, nec istud Scientiæ genus seu potius Eruditionem Veteribus defuisse convinceretur. Quantam Eruditionis copiam in Libris S. Clementis Alexandrini, Origenis, Eusebii Cæsariensis, S. Hieronymi deprehendimus? quantam rerum gestarum multitudinem, quot Poetarum, Historiæ Scriptorum, Philosophorum monumenta ignoraremus, nisi Virorum istorum industria & labor horum omnium cognitionem ad nos transmisisset. Cum ab unguiculis profanos Scriptores legissent, illa eruditio in omnibus Patrum Scriptis inspersa occurrit; nec Lector aliquis, in Antiquitate profana peregrinus, eorum Libros satis capere valebit.

Patribus exterarum Gentium linguas addiscere curæ non fuit. Græci aliam linguam præter patriam non noverant. Latinis satis erat Græcam didicisse, atque Origenis & S. Hieronymi in addiscenda lingua Hebraica inauditus illa ætate labor, res prodigio similis omnibus videbatur. Quales ergo erant veteres Ecclesiæ Pastores, & quæ ipsorum opera?

Hist. l. XXII n. 48.

scili-

scilicet nihil habebant antiquius, quam oves suas docere, arguere, dissentientes reconciliare, pauperes juvare. In mentem vobis redeat, quam alte ingemuerit S. Augustinus sub laborum suorum pondere; & si tanta negotiorum mole obruto pauculis horis non nunquam respirare licebat, illud temporis spatium orationi potius, & Scripturarum meditationi, quam linguarum studio, aut conferendis inter se veterum Codicum exemplis, ut forte locum aliquem obscurum elucubraret, dandum esse existimabat. Ejusmodi labor magis Anachoretam, qualis S. Hieronymus erat, decebat. Præterea SS. Patres non eo animo scientiis vacabant, ut sciendi cupidinem a natura inditam, satiarent, nec ut admirationem, quam in rudi plebecula rerum absconditarum cognitio excitat, sibi parerent. Quam longissime a puerili hac jactantia aberant; cujus rei veritas, ut alia testimonia silentio præteream, satis patebit, si Epistolam S. Augustini ad Dioscorum datam relegere non gravemini.

Porro si illas cognitiones requiramus, quæ proprio nomine Scientiæ appellantur, manifestum fiet, neminem hominum illis Sæculis SS. Patribus doctiorem extitisse; illam, inquam, veram Philosophiam si spectemus, quæ exactæ Dialecticæ usu & Metaphysicæ opera usque

ad

ad prima principia & cognitionem ejus quod vere bonum, & vere honestum est, ascendit, ut inde conclusiones certas, & morum Regulas deducat, quibus homines in virtute constantes reddantur, & felicitatem, quantam capere possunt, assequantur. Quis in hoc Scientiæ genere S. Augustino comparari possit? quis ingenio sublimiore, perspicaciore, solidiore, aut moderatiore fuit? quis unquam clariora posuit principia, & inde plures vel meliores conclusiones eruit? quis unquam sublimiora, quam Augustinus, cogitatione assecutus est, quis inde sequentia subtilius intulit? qui hunc S. Patrem non admiratur, nihil ejus laudibus detrahit, sed sibi ipsi nocet, dum prodit, se veram Scientiam nescire. (*)

Inter Patres Græcos eandem Philosophiæ Subtilitatem, Sublimitatem & Soliditatem in Libris S. Basilii contra Eunomium, in quibusdam Epistolis, ubi Sophisma Aëtii refutat, in Sermonibus S. Gregorii Nazianzeni de Theologia, & in Dissertationibus

(*) Istorum hominum numero merito accensendus est Interpres Protestans noster, qui in Nota ad Lib. XIX. §. XL. de S. Augustino cum Fortunato Manichæo disputante scribere non puduit: da hingegen hätte Augustinus die gute Sache, die er in den Händen hatte, besser vertheidigen können; und wenn er mehr Philosophie als Beredsamkeit besessen hätte, so würde er mit seinem Gegner kürzer haben zu Werk gehen können.

nibus S. Athanasii contra Gentiles & Arianos, si revolvere placuerit, invenietis. Qui Climatum diversitatem consideraverint, non mirabuntur, tam magna ingenia in Africa, in Græcia, in Ægypto, & in Syria reperiri potuisse.

Methodum docendi Veteres in suis Scriptis sine necessitate non manifestabant, eamque pro diversitate Materiæ mutabant; quippe oblata solum occasione scribebant, ut cuiquam quærenti & doceri cupienti responderent, aut Hæreticorum aliquem refellerent. Hinc plerumque non servabant Methodum Geometricam, quæ tantummodo sequitur Veritatis ordinem, quo res ipsæ inter se connectuntur, sed Methodum Dialecticam, quæ se illius, cui loquimur, dispositionibus accommodat, atque sola veræ Eloquentiæ fundamentum est; hac enim qui utitur, ante omnia conatur, ut ex Auditorum mente obstacula a siniſtris affectibus aut præjudiciis orta removeat, tumque, ubi vacuum locum nactus est, veritatem ingerit, solerter illa adhibens, quæ Auditores jam ante cognoscunt & affirmant, ad ea demonstranda, quæ ipsis persuadere exoptat. Hæc illa Methodus est, cujus specimina omnibus numeris absoluta a Platone accepimus.

§. XVI.

§. XVI.

Patrum Eloquentia.

Quæ cum ita sint, nemo existimet, Patres Eloquentiæ laude privari posse, etiamsi Latinum & Græcum non aque terse ac antiqui Oratores pronunciaverint. S. Paulus Græco suo Sermone semibarbaro nihilominus, quæ vult, demonstrat, convincit, movet, terret; jamque dicentis Oratio blanda, jam flebilis, jam vehemens est. Eloquentiam ab elocutione, quæ quasi cortex illius est, scite distinguamus. Quacunque lingua & utcunque impolite loquaris, eloquens eris, si scias optima argumenta seligere & ea redigere in ordinem; si res vivis coloribus depinxeris, si idoneis ad movendum figuris usus fueris. Non ita quidem Auditor oratione tua delectabitur, sed nihilominus persuadebis. Si secundum æquitatem cum Patribus agere velimus, non eos cum Demosthene & Cicerone, qui eosdem tot Sæculis præcesserunt, conferre oportet, sed cum illis qui ipsorum ævo floruerunt. S. Ambrosius Symmacho, S. Basilius Libanio comparandus est. Quantam deprehendetis diversitatem! quam solida & omni fuco carens est Basilii oratio! econtra Libanii quam vana, quam insulsa, quam puerilis!

V. Mœurs. Ch. n. 40. Hist. L. I. n. 45.

Infa-

Inficiari nemo potest, S. Chrysostomum in suis Sermonibus dicendi artem non tam perite texisse ac Demosthenem, sed quæsitam Lectoribus apparere; at non minor in eo quam in Demosthene solertis Oratoris elucet prudentia. Sapienter judicat, quando sibi loquendum, quando tacendum sit; quid dicendum, qua de re differendum, & quinam motus excitandi sint, quinam reprimendi. Mementote quam callide se gesserit in tumultu ob Statuas commoto. Primo septem diebus silet, dum exortæ Seditionis furor deferbuisset, & adventantibus Imperatoris Mandatariis Homilias abrumpit. Dum deinde Cathedram iterum conscendit, afflicto populo condolet, nec nisi post elapsos aliquot dies consuetam S. Scripturæ explicationem repetit. Ex ejusmodi solertia, quanta arte Orator valeat, potius æstimandum est, quam si subtilem Transitionis rationem, aut elegantissimam Prosopopœjam excogitaverit. Ita S. Augustinus illa convivia *Agapes* dicta, postquam graves abusus irrepserant, aboliturus per biduum sæpius peroravit ad populum, & nihil se profeciisse putavit, quamdiu nihil nisi plausus retulit, tunc vero bene sperare cœpit, ubi lacrymas fluere conspexit; nec cessavit, donec quod desiderabat, obtinuisset. Ita S. Ambrosius, cum eum

Hist l. XIX. n. 12.

Hist. L. XX. ep. 19.

Justina persequeretur, populum consolatur, confirmat, in Officio continet. Sermonem materiæ, tempori, Auditorum affectibus accommodat.

Veteres, quis Orator esset, definientes dixerunt, esse Virum probum, qui Arte benedicendi polleret. Appositè profecto! nam jam prope persuasit, qui Auditorum fiduciam sibi acquisivit. Qui malus esse creditur & versutus, nequidem auditur. Viro ignoto non fidimus; illi soli benevolas aures dare solemus, de cujus scientia & recta voluntate non dubitamus. Jam vestrum judicium sit, Lectores! an illorum Sæculorum Episcopi viri fuerint, qui apte dicere ad persuadendum, imo persuadere, possent; viri, quorum exploratissima erat virtus, Doctrina eximia, & omni exceptione major Auctoritas. Ipsum orationis Exordium, sola tantorum virorum præsentia persuadebat. Quis denique resistere potuisset viris, qui Auctoritati, quanta in hominibus esse potest, curam singularem in adjuvandis suæ Ecclesiæ pauperibus, & summam industriam ad concilianda sibi omnium subditorum corda conjungebant?

§. XVII.

Antiquitas studiose requirenda.

Infinitas igitur Deo ter Maximo gratias agere tenemur, cujus Providentia factum,

ctum, ut participes fieremus tanti Thesauri, Librorum a SS. Patribus conscriptorum, in quibus Doctrinæ Catholicæ Summam, eandem ad posteros propagandi Methodum, Disciplinæ Morumque Regulas & Exempla invenimus. Nonne istud Divinæ Providentiæ Miraculis accensendum, quod tot Libri & pretiosa Patrum Monumenta post tredecim vel quatuordecim Sæcula, post tot populorum barbarorum irruptiones, depræ-dationes & incendia, non obstante Infidelium furore, Hæreticorum nequitia nec quinque sexve posteriorum Sæculorum ignorantia & corruptela ad nostram usque ætatem feliciter pervenerint? an non eidem Divinæ Sapientiæ in acceptis referimus, quod abhinc annis prope trecentis tot viros pios aut saltem veteris Historiæ amantes excitaverit, qui omnes Sanctæ hujus Antiquitatis reliquias colligerent, & linguis mortuis operam darent? Ejusdem item Providentiæ opus est, quod Græci a Turcis oppressi dulce Asylum in Italia & Francia nacti sint, simulque in lucem emergeret Typographia, Divinum inventum! quo tot Libri naufragio erepti in perpetuum servarentur.

Nullus dubitandi est locus, quin aliquando justus Deus a Christianis & præsertim a nobis viris Ecclesiasticis hujus

Talenti clementer conceſſi rationem exacturus ſit. Dum otium nobis eſt, aut certe dum a laboribus neceſſariis reſpirare licet, huic Sanctæ Antiquitati ſtudeamus. Non ignoro, quid plerosque ab hac lectione abſterrere ſoleat; infinitus labor eſſe creditur, nec admodum utilis; hinc plurimi, ut tempori parcant, legunt Scriptorem modernum, qui ex Antiquorum Libris ea, quæ moribus noſtris magis conſentanea ſunt, in compendium coëgerit. Sed fallimini! Modernorum nullus vobis Antiquitatem talem, qualis eſt, exhibebit; quisque etiam non advertens de ſuo aliquid adjecit, atque præjudicia patriæ & ævi ſui inſpergit, ſi etiam illud ſilentio præteramus, quod multis Modernorum, & his ipſis, qui maximi æſtimari ſolent, Antiquitas non ſatis cognita fuerit. (*) Præterea modernorum Scriptorum Libri ingenti Diviſionum & Quæſtionum Scholaſticarum multitudine impleti ſunt, unde genuinum Veterum Patrum ſenſum non diſcimus. Objicientibus quibusdam, oportere, ut nos Sæculi noſtri uſui conformemus, reſpondeo, id verum eſſe quoad uſus omnium oculis expoſitos, quales ſunt Cæremoniæ in Officio Divino, aut Judiciorum forma; attamen ubi de mori-

(*) Videlicet: *purius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.*

moribus agitur, quemque privatum posse, imo teneri, omnes vires intendere, ut magis pie vivat, quam hominum plerique, nisi in torrentem dissolutionis universalis abripi velit. Idem dicendum de Studiis; quisque methodum, quam meliorem esse judicaverit, sequi potest, quin Rempublicam hac ex parte reformare aggrediatur.

Verumenimvero, Lectores! si cordis nostri latebras scrutari vellemus, facile cognosceremus, quod ideo Antiquitatem pertimescamus, quia Perfectionis Exempla nobis exhibet, quæ imitari piget. Dicimus, Antiquorum Regulas esse observatu impossibiles; nempe nisi hoc diceremus, nulla nobis suppeteret excusatio, quare eas non observemus. A Regulis & Exemplis Sanctorum oculos avertimus, eo quod nostram nobis socordiam continuo exprobrent. Quid vero hæc dissimulatio nos juvet? num ideo hæ Regulæ & hæc exempla, sive ea attenderimus sive spreverimus, minus vera erunt? nec nobis quidquam proderit illa ignorasse; cum post tot admonitiones crassa esset & affectata ignorantia. Econtra si a nostra desidia impetrare potuerimus, ut Sanctæ Antiquitatis Doctrinam addiscamus, aliisque, omni qua possumus ratione & modo, observandam proposuerimus, sperandum, tandem nos

pudorem ſalutarem ſubiturum, quod a
ea tam longe abſimus, nosque cum au
xilio Gratiæ aliquem conatum eliciturus
ut moribus noſtris propius ad eam acco
damus. Præteritorum Experientia no
bis animos in futurum addat. Quantum
Eccleſiæ Diſciplina uno abhinc Sæculo
per Decreta Concilii Tridentini, S. Ca
roli labores, Seminariorum Fundationes
tot in Ordinibus Religioſis Reformatio
nes emendata eſt! Unde tot Bona mi
ab Antiquitatis ſtudio Eccleſiæ advene
runt? & quantum emolumenti ſperare
non poſſumus, ſi tam illuſtra Exempla
ſequamur?

Ne vero Antiquitatis Studium im
menſum ideoque inutile nobis fiat, ne
ceſſarium eſt, ut cum ſolerti Scriptorum
electione & ordine inſtituatur. Conſu
lendi ſunt, qui præ cæteris Antiquitati
Eccleſiaſticæ operam navarunt, ut pro
ingenii noſtri capacitate & Muneris ra
tione ea diſcamus, quæ Statum noſtrum
decent. Serio & Chriſtiane legamus, a
vana curioſitate & jactantia caveamus.
Non ideo legendum, ut multa legiſſe,
aut verum cujusdam obſcuri Textus ſen
ſum primi eruiſſe, aut aliquid antiquita
tis antea ignotum in lucem produxiſſe
dicamur. Non quæramus in Patribus in
genioſe excogitata, Styli magnificentiam
nec ſpecioſos illos Textus, quibus non
dis

diu abhinc Oratores noſtri, & Cauſidici ſermonibus ſuis ſplendorem adſciſcere exiſtimabant; ſed quæramus verum Scripturæ ſenſum, Argumenta ſolida, quibus Doctrina probatur, atque certiſſimas Diſciplinæ & Morum Regulas. Quæramus Methodum convertendi Infideles, Hæreticos oppugnandi; Artem regendi animas, viam Vitæ interioris, veram Pietatem quæramus, nec ideo quæramus, ut de iis eleganter diſſerere poſſimus, ſed ut ea, quæ ex Antiquis didicerimus, in opus & exercitium deducamus.

Imprimis SS. Patrum prudentiam & diſcretionem imitari ſatagamus; præſenti rerum ſtatui ſerviamus, ne Sanctis Patrum Regulis invidiam & odium creemus, ſi ad earum obſervantiam proximum plus juſto urgeamus, aut eas non penſatis adjunctis temporis & Perſonarum importune ſuadeamus. Nimium ardorem animi, & impatientiæ motus reprimamus. Ut antiqua Diſciplina bene & utiliter reduceretur, integram reſtitui oporteret; ſi partem unam ſine altera revexeris, non ſatis cum reliquis connectetur, & deformitatem pariet. Ante omnia faciamus, quod rei caput eſt; nos ipſos magno orandi fervore, motuum interiorum moderatione, morumque noſtrorum emendatione reformemus, tum

veritatem, quam Deo dante cognoverimus, aliis sine contentione, sine acrimonia, sine jurgio communicemus. Primi omnium agamus, quod melius esse credimus, & a voluntate nostra dependet. Revertamur ad orationem, & cum patientia expectemus, donec Deo placuerit opus suum perficere. Optimum hoc est remedium, quo Historiæ Ecclesiasticæ cognitio Christianis reddi possit utilissima. (*)

(*) Endlich machet der Uebersetzer eine Beobachtung über seine eigene Anmerkungen, und saget: **Was hin und wieder erinnerungsweise beygefüget worden, ist aus Liebe zur Wahrheit und hoffentlich auch im Geiste der Liebe geschehen.**

Diese Erinnerungen sind darum hinein gestickt worden, damit seine Glaubensbrüder zu der Erkänntniß der Wahrheit nicht so leicht kommen könnten. Die Lüge über den Cardinal Baronius, und die Lästerung wider den H. Pabst Damasus, die wir oben angemerket, will er aus Liebe zur Wahrheit, und im Geiste der Liebe geschrieben haben. Er glaubet auch wider die Meynung des Herrn Fleury, daß die Tridentinische Kirchenversammlung der Kirche Christi schädlich seye. Ja ein Lutheraner kann dieser heiligen Kirchenversammlung unmöglich gewogen seyn.

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXV.

GREGORIUS I. MAGNUS. PAPA. MAURITIUS IMPERATOR. AUTHARIS REX.

§. I.

S. Gregorius Papa.

Pelagio II. Papa fatis functo, cum Ecclesia sine Pastore esse non posset, Saeculum VI. A. C. 590.

Clerici, Senatus Populusque Romanus unanimi consensu Episcopum elegerunt Diaconum, S. Gregorium, ex omnibus viribus repugnantem; obtendebat enim, se summo in Ecclesia gradu esse indignum, timebatque, ne sub Regiminis Ecclesiastici suscipiendi specie ad hujus Mundi pompam & tumultum, quem reliquerat, revocaretur. Tandem quia Electionem prohibere non poterat, simu-

Greg. Tur. L. X. c. 1. Jo. Diac. l. 1. c. 39.

Sæculum VI. A.C. 590.

lavit, se cum tempore consensurum; tun confidens in amicitia Imperatoris Mau ritii, cujus prolem masculam e font Baptismi levaverat, datis clam ad eum litteris, obtestatus est, ne Electionem approbaret. At Germanus Romanæ ur bis Præfectus Gregorii tabellarium, mis so altero, in via occupari, epistolas, quas habebat, aperiri, simulque Electionis Decretum ad Imperatorem deferri jus sit. Mauritius Gratias Deo agens, quod o ptatissima sibi offerretur occasio summam Dignitatem Diacono Gregorio conferen di, datis litteris eum consecrari man davit.

Interim funesta contagio Romæ atro citer grassabatur, dumque Imperatoris Responsum Constantinopoli afferendum expectatur, S. Gregorius pronunciato sermone ad Populum hæc elocutus est: *Saltem, Fratres mei! Dei punientis ma num timeamus, quando percutimur, cum antea ejus iram prævertere noluerimus. Cernitis, totum populum vindictæ Divi næ gladio cadere. Morbum hominis non expectat truculenta mors, & peccatorem priusquam de pœnitentia cogitet, rapit. Perpendite, quam terribile sit coram Di vino Judice sisti imparatum! non aliqua tantum incolarum pars occumbit, sed si mul omnes perimus, vacuæ supersunt do mus, in oculis parentum liberi efflant ani mam.*

mam. Ergo peccata nostra ad examen vo- Sæculum VI.
cemus, & lacrymis expiemus. Nemo cri- A.C. 590.
minum suorum enormitate perterrefactus desperet; Ninivitæ peccata sua pœnitentia triduana, & latro in hora mortis suæ deleverunt. Dum Deus Optimus præcipit, ut invocemus eum, nunquid non satis indicat, quod nos exauditurus sit?

In fine hujus orationis S. Gregorius indicit Lytaniam, seu Supplicationem publicam ita ordinatam, ut septem hominum catervæ, quamprimum illuxisset Dies proxima Mercurii, ex diversis Ecclesiis procederent, & deinde ad S. Mariam Majorem convenirent. In primo agmine Clerici, secundo Abbates cum suis Monachis, tertio Abbatissæ cum suis Monialibus, quarto infantes, quinto Viri laici, sexto viduæ, septimo conjugatæ processerunt, & quamlibet cohortem illius Regionis Presbyteri ducebant. Ex hac Supplicatione omnium ordinum Lytaniæ, in Festo S. Marci recitari solitæ, quæ Majores dicuntur, originem traxisse creduntur. Ceterum in ista Comprecatione unius horæ spatio Romanorum præsentium octoginta extincti sunt. Interim S. Gregorius populum exhortari, & Deum exorare non destitit, donec lues cessasset. Lytaniæ Majores.

Comperto, quod jubente Germano Præfecto epistolæ suæ interceptæ fuissent, *Jo. Diac. c. 44.*

ut

Sæculum VI. A. C. 590.

ut anteverteret Imperatoris Responsum quod votis suis contrarium fore augurabatur, fugere statuit, cumque Romæ portis, ubi excubiæ ipsius causa positæ fuerant, aperte excedere non posset, sumto alieno vestitu manticæ viminea incluſus ex Urbe ablatus est. Tum in sylvis & speluncis triduo delituit, Romanis interea jejunio & oratione continua Superos fatigantibus. Tandem Cœlo indice inventus comprehenditur & Romam reducitur. Igitur in Ecclesia S. Petri tertia Sept. anno 590. sub initium Indictionis nonæ solemni Ritu consentiens consecratur. Sedem Apostolicam tenuit annis tredecim.

Paul. Diac. vita. n. 11.

Greg. l. ep. 20. & IV. ep. 4. Mart. Rom. 3. Sept.

§. II.

S. Gregorii questus.

Amicis omnibus Pontificiam Dignitatem S. Gregorio gratulantibus ipse in amaros questus effundebatur. Ad Paulum Scholasticum, qui tunc Præturam Siciliæ dimissurus erat, hac de re loquitur in hunc modum: *non multum curo, quod Exteri mihi honorem Sacerdotii gratulentur, sed non parum affligor, quod illi, quibus sicut tibi studia mea perspecta sunt, credant, me sublimi sorte aliquatenus juvari. Nihil mihi utilius fuisset, quam exoptatam quietem obtinere.* Item ad Joannem Patriarcham Constantinopolita-

Lib. 1. ep. 3.

politanum scribens dicit: *scio, quanto animi ardore onus Episcopale fugeris; attamen nihil moviſti, ne illud humeris meis imponeretur. Ergo me non amas ſicut te ipſum ſecundum Regulam Charitatis.* Iterum ad Theoctiſtam Imperatoris ſororem: *ſub prætextu ſuſcipiendi Epiſcopatum in procelloſum Sæculi pelagus me denuo expuliſtis. Pluribus nunc negotiis circa temporalia obruor, quam olim laicus. Tranquillæ quietis gaudia amiſi, &, externe in oculis hominum exaltatus, interne cecidi. Singulis diebus conabar memet hujus Mundi oceano eripere, & carnis inſidias ſuperare; conabar, omnes rerum ſenſibilium ſpecies delere, ut gaudia Cæleſtia mente conſpicerem. Dicebam ex intimo cordis affectu, DOMINE! QUÆRO VULTUM TUUM. Eorum, quæ hujus Mundi ſunt, nihil timens, nihil ſperans, terrenis omnibus major mihimet-ipſi videbar. Nunc vero me ſubita tempeſtas in maxima conjecit pericula; quamvis enim mihi non timeam, tamen ſollicitudine Fidelium, quorum cura mihi commiſſa eſt, plurimum angor. Undique me pulſant fluctus, dumque rebus externis compoſitis ad me ipſum redire volo, vanarum cogitationum tumultu impedior, & animi quietem non invenio.* Tum inferius: *Si in multis erro, ſi deſidioſus ſum, culpam Imperator in ſe recipiat;*

Sæculum VI. A.C 590.

Epiſt. 4.

Epiſt. 5.

Epiſt. 6.

cur

Sæculum VI. A. C. 590.

cur enim Miniſterium ſumme arduum vi-
ro tenui commiſit? Rurſus ad Narſetem
Patricium ait: *tanta mæſtitia premor, ut*
vix eloqui valeam. Tenebræ involvunt
mentem, non niſi triſtia obverſantur, &
quæcunque cæteris oblectamento eſſe ſolent,
me torquent cogitantem, quod ſuaviſſimæ
ſolitudinis ſolatio priver, & ad inviſum
negotiorum ſtrepitum, procul a facie Do-
Ep. 7. *mini damnatus ſim.* Ad Anaſtaſium Pa-
triarcham Antiochenum dicit: *Tu vero,*
qui me amore ſpirituali complectebaris,
jam mihi videris non niſi amore carnali
me proſequi, dum onus imponis, quod in
terram deprimit, & animum ad Cœleſtia
elevare non amplius permittit. Dum au-
tem me Præconem & Lucernam Domini
appellas, dum dicis, me jam multorum
Salutem curare poſſe, creſcit mea iniqui-
tas, quod, cum caſtigari merear, lau-
Ep. 29. *dari ſuſtineam.* Ad Andream virum ex
ordine Illuſtrium: *ubi me ordinatum fuiſ-*
ſe Epiſcopum audieris, ſi me amas, lacry-
mas fundes; tot enim temporalia negotia
hic peragenda ſunt, ut me nova hæc Di-
gnitas tantum non ab amore Dei ſeparet.
Ep. 30. Rurſus ad Joannem Patricium, qui, ut
eligeretur, non nihil contulerat, *juſtas*
contra amicitiam tuam querelas habeo,
quod mihi quietem, quam unice a me quæ-
ri ſciebas, rapueris. Deus tibi vitam
æternam pro bona intentione retribuat;

me vero ex tot periculis modo, quo vo- Sæculum VI.
luerit, liberet. Factum, quod peccata A. C. 590.
mea merebantur, ut potius Longobardo-
rum quam Romanorum Episcopus sim. Huc
me tua Benevolentia perduxit.

§. III.

S. Gregorii Liber Pastoralis.

Cum Joannes Episcopus Ravennatensis S. Gregorium ex amicitiæ & modestiæ legibus reprehendisset, quod ad evitandum Episcopatum se occultasset, vir ad eum gerendum maxime idoneus; is exinde occasionem arripuit sub hæc Pontificatus sui exordia Librum scribendi de Officiis Episcoporum. Hic Liber est de Cura Pastorali, in universa deinde Ecclesia celeberrimus, in quo S. Gregorius excusare intendit, quod Episcopatum refugerit, dum explicat, quid ipse de Papali Munere maxime arduo sentiat. Opus in quatuor Partes dividitur, quarum prima agit de Vocatione ad Episcopatum. Qui ad sublimem Dignitatem vocatur, probet se, quibus animi dispositionibus illam suscipiat. An Scientia, Virtute, Fortitudine, Constantia, Industria præditus sit, an exemptus sit ab omnibus vitiis, per corporis nævos figuratis, qui hominem secundum veterem Legem a Functionibus Sacerdotii excludebant. In secunda Parte ostenditur, qua ratione Pastor

Paul. vit. n. 12. Greg. Præf. in Past.

Levit. 21. 17.

Sæculum VI. A. C. 590.

Pastor legitime vocatus Munus, quod non ambivit, impleat, quanto fervore orare, populum erudire, & inopibus opitulari, teneatur, quanta humilitate, zelo, & discretione virum esse oporteat. In tertia Parte S. Gregorius varia documenta pro diversitate Fidelium, scilicet sexus, ætatis, conditionis proponit, docetque, ad uniuscujusque ingenitam propensionem, atque affectus inveteratos vel instabiles & facile mobiles esse attendendum. De his omnibus sigillatim differit. In quarta Parte paucis demonstrat, quam necessarium sit, ut Pastor frequentissime in propriæ vitæ rationem animum reflectat, se ipsum emendet, & in virtute humilitatis contineat. *Epist. 22.* Tractatus iste jam ex illo tempore in tanto pretio fuit, ut Imperator Mauritius unum Exemplar ab Anatolio Diacono, qui Ecclesiæ Romanæ Causas Constantinopoli curabat, sibi tradi expoposcerit, & Anastasius Patriarcha Antiochenus eundem ad usum Ecclesiarum Orientis in Græcum sermonem transtulerit.

§. IV.

S. Radegundis Obitus.

Greg. Tur. X. hist. c. 1. Diaconus aliquis Gregorii Turonensis, illo tempore, quo Pelagius Papa obdormivit, Romæ præsens & Ordinationis S. Gregorii testis, ad Episcopum suum rever-

reversus eidem illius Electionis singula- Sæculum VI.
ria adjuncta narravit, & Reliquias, quas A. C. 590.
ipsi S. Gregorius adhuc Diaconus dederat, retulit. Is Turonem pervenit eodem anno 590. Regnantis Childeberti decimo quinto, tunc cum Episcopus Gregorius cum pluribus aliis Collegis grave scandalum in Monasterio S.Crucis Pictavii exortum tollere adlaboraret. S. Radegundis Monasterii hujus Fudatrix illud omnium Episcoporum Patrocinio commendaverat, data Epistola, in qua dicit; se Regis Clotarii largitate adjutam hoc Monasterium sub Regula S.Cæsarii Arelatensis fundasse, & in eo cum consensu Episcoporum Agnetem Abbatissam, cui Benedictionem S. Germanus impertitus fuisset, constituisse. Tum rogat Episcopos, ne unquam Regulam violari, aut Bona Monasterii dilapidari permitterent. Principes quoque obtestatur, ut Monasterium in potentem suam Tutelam reciperent. Hæc Epistola tanquam S.Radegundis Testamentum haberi potest, quo condito Die Mercurii, 13. Aug. anno Regis Childeberti 12. seu Christi 587. obdormivit in Domino. Eadem die Ecclesia Sanctæ Fœminæ memoriam colit.

Greg. IX. hist. 1. 2.

Baudon. n. 16. *tom.* 1. *Act. SS. Ben. p.* 333.

S. Radegundem tertio post obitum die Gregorius Turonensis Sepulturæ dedit; nam accepto ejus mortis nuncio

Mart. Rom. 13. *Aug.*

Sæculum VI. A. C. 590

de Glor. Con. c. 106.

Pictavium delatus in feretro positum invenit, Monialibus ipsius numero ferme ducentis funus circumstantibus, quas inter non tantum Senatorum filiæ, sed etiam Virgines Regio stemmate natæ recensebantur. His igitur lamentantibus Gregorius ad Abbatissam conversus dixit: *Cohibete fletum, & curate ea, quæ necessaria sunt. Frater noster Merovæus procul hinc abest, Diœcesin suam visitans. Vos vero Corpus istud, dum adhuc integrum est, sepelire non differte. Quid faciemus*, inquit Abbatissa, *cum locus in quo tumulandum est Corpus, necdum Benedictione Episcopali sit consecratus?* Tunc igitur cives aliique viri spectatissimi, qui ad celebrandas has Exequias confluxerant, ad Gregorium dixerunt: *Confide charitati Fratris tui, & Benedic huic Altari; id boni consulet, quod nullatenus dubitamus.* Affirmantibus fidem adhibuit Gregorius, atque Altare consecravit in Ecclesia S. Mariæ, in qua corpus humandum erat, & hodie Ecclesia Collegiata S. Radegundis dicitur. Ergo funus extra Monasterium asportatum & Sorores, quia egredi non licebat, muros & turres conscendentes tantis gemitibus & planctibus aures implebant, ut Psalmodia audiri non posset. Corpus balsamo conditum & arca inclusum deferebatur; tum in tumulum mittitur. Gre-

Gregorius peractis precibus Sepulchrum reliquit apertum, & istud ultimi obsequii genus Meroveo Episcopo Pictavienſi, ibi Missam celebraturo, faciendum reservavit. In his exequiis cœcus visum recepit; quod Sanctimonialis Baudonivia facto huic præsens, quæ vitam Sanctæ scripsit, testatum facit. Sæculum VI. A. C. 590.

Plura alia prodigia ad Sanctæ tumulum edita. (*)

S. Radegunde defuncta, Abbatissa ejusdem exemplum secuta Episcopum Meroveum rogavit, ut ipsius & Monasterii curam in se susciperet vellet. Ille quidem statim onus recusavit; at deinde prudentum virorum consilium amplexus promisit, se his Sanctimonialibus Patris loco futurum, &, si opus esset, contra adversarios defensurum. Cumque istud Monasterium sub singulari Patricinio Principis esset, Childebertum Regem adiit, obtinuitque litteras, quibus ei in istud Monasterium eadem Auctoritas, qua in cæteras suæ Diœcesis Ecclesias valebat, concedebatur. Paulo post Agnes *Greg. IX. hist. c. 40.*

(*) Der Protestant hat das Wörtlein sollen hinzugeflicket. Bey deren Grabmaal sich noch viele andere Wunderwerke ereignet haben sollen. Diesen Fehler hat er wiederum begangen auf seiner 420. Seite, allwo von dem heil. Columbanus die Rede ist.

Sæculum VI. A. C. 590. Abbatissa vitam cum morte commuta vit, eique Leubovera successit.

§. V.

Chrodieldæ Seditio.

In hanc Abbatissam violenta Seditio commota est. Chrodielda Chereberti Regis filia a multis aliis Monialibus exegerat, ut juramento se obstringerent, quod Leuboveram plurium criminum accusare vellent, ut illa e Monasterio expulsa se Abbatissam eligerent. Tum Basilia Propinqua sua Chilperici Regis Filia in Factionis societatem pertracta, e Monasterio cum quadraginta aut pluribus Sororibus exiit, dicens: *Vado ad Reges Propinquos meos, ut probrum, quod pati cogimur, resciant; non enim tanquam Filiæ Regum, sed tanquam fœminæ e vilissimis mancipiis natæ habemur.* Merovveo Episcopo frustra saniora suadente contumaces effractis postium seris e Monasterio erumpunt. Id factum exeunte Februario anno 589. cum esset tempestas lurida, & imber maximus, qui vias obstruxerat. Ibant tamen Sorores rebelles pedibus sine ullius equi auxilio, & nemo erat, qui proficiscentibus annonam præbere vellet. *Greg. X. c. 16.*

Prima die Martii consumptis viribus & tanto labore prope exanimatæ Turonem perveniunt, ubi Chrodielda Gregorium

rium in hunc modum allocuta legitur: *Supplicem me habes, Episcope Sancte! ut has Virgines, quas Abbatissa Pictaviensis pessime habuit, interim recipere & alere velis, dum ad Reges Cognatos nostros proficiscor, ut edoceam, quanta ferre coactæ fuerimus.* Gregorius respondit: *Si Abbatissa erravit, & contra Regulæ præcepta egit, eamus ad Fratrem nostrum Meroveum, ut errantem corrigamus, & vos Monasterio vestro reducta pace reddamus, ne ea, quæ S. Radegundis jejuniis, precibus & eleemosynis collegit, indigno modo dissipentur. Non ita fiet*, inquit Chrodielda, *sed ad Reges ibimus.* Rursus Gregorius: *Cur me suggerentem meliora audire non vultis? Timeo, ne Episcopi secundum Epistolam, quam ad S. Radegundem, cum Monasterium fundaretur, dederunt, communi consensu vos excommunicent.* Tumque illam Epistolam eis prælegit. Erat hæc Epistola secundi Concilii Turonensis anno 566. celebrati. *Sup. Lib.* XXXIV. §. 21

Sæculum VI. A.C. 590.

Chrodielda a proposito adeundi Reges Propinquos suos dimoveri non potuit; querelas etiam afferebat contra Episcopum Pictaviensem, dicens, ipsius culpa hanc tempestatem fuisse commotam. Gregorius, cum exploratam haberet fœminarum pertinaciam, ait: *Quod rationi consentaneum est, audire respuitis,* *Greg. IX. c. 40.*

Sæculum VI. A. C. 590.

tis, nulla excusatione dignæ. Salten expectate, dum hyems transierit, tun aëre temperato, quocunque lubuerit, ibi tis. Huic tandem consilio acquieverun Sequente æstate Chrodielda cæteris s roribus cum Basilia Turone relictis a Regem Guntramum se contulit; is be nigne exceptam datis munusculis recre vit, jussitque convocari conventum E piscoporum, qui de dissidio harum Mo nialium & Abbatissæ earum cognosce rent. Chrodielda interim Turonem re diit Episcoporum adventum expectat ra. Ecce vero! illa absente non nulla Sanctimonialium fugitivarum viris inh diantibus faciles matrimonium inierant

Chrodielda rebellis.

Episcopis non advenientibus Chrodielda cæteræque Sorores conjuratæ Pictaviu revertuntur, ubi, collecta furum, latro num, juvenum libidinosorum, virorum que sceleri assuetorum manu, occupatam S. Hilarii Ecclesiam castrorum more mu niunt, dicentes: *Regiæ Principes fuimus nec ante ad Monasterium redibimus quam Abbatissa inde ejecta fuerit.* Tun tandem ex Regum mandato Gundegi lus Archiepiscopus Burdegalensis Pro vinciæ illius Metropolita cum duobu ex suis Suffraganeis Nicasio Ineulismen si & Saffario Petrocoriensi Pictaviu venit, ubi advocato etiam Meroveo Pi ctaviensi S. Hilarii Ecclesiam ingressu est

c. 41.

est. Igitur hi quatuor Episcopi fœminas exhortari, ut ad Monasterium redirent, ibi enim causam illarum discuti & examinari oportere; cum autem Mulierculæ intolerabili contumacia reluctarentur, iisdem secundum Epistolam Concilii Turonensis excommunicationem denunciarunt. At seditiosorum cohortes, a Sanctimonialibus conductæ, cum fustibus S. Hilarii Ecclesiam intrant, Episcopos tanta violentia cædunt, ut in terram afflictis vix surgendi vires fuerint, Diaconos aliosque Clericos vulnerant, & non nullos eorum occidunt. Itaque Episcopi cum suis tanta audacia consternati, & nec hiscere ausi, quisque ad sua, fugam præcipitant. Sæculum VI. A. C. 590.

His egregie gestis, Chrodielda viros constituit, qui fundis ad Monasterium pertinentibus præessent; famuli, ut facerent imperata, verberibus compulsi, ipsa etiam minari audita est, se, ubi Monasterium expugnasset, imperaturam, ut Abbatissa ex muris in plateam viva dejiceretur.

His compertis Rex Childebertus, missis ad Maconem Civitatis Pictavien- Fœminæ rebellantes.
sis Comitem mandatis, jussit, ut fœminarum temeritatem reprimeret, & Archiepiscopus Gundegisilus tam suo nomine quam illorum Episcoporum, qui secum Pictavii fuerant, ad decem Epis-

Sæculum VI. A. C. 590.

copos apud Guntramum Regem congregatos, quorum primi tres erant Etherius Lugdunenſis, Syagrius Auguſtodunenſis & Aunacarius Antiſſiodorenſis, ſcripſit, ut de Excommunicationis ſententia adverſus Moniales refractarias pronunciata certiores faceret. Decem illi Epiſcopi dato Reſponſo dicebant, ea, quæ Confratres ſui feciſſent, ſibi probari, donec Synodus, cui dies prima Nov. præſtituta erat, celebraretur, in qua de remediis, ad tollenda hæc mala deliberaretur. Interim hortabantur, ut pro miſellis & a via ſalutis aberrantibus fœminis ferventer ad Deum orarent. Abbatiſſa autem ad Epiſcopos vicinos exempla Teſtamenti a S. Radegunde condiri transmiſit.

c. 43. Exinde Meroveus Epiſcopus Pictavienſis, querelis Monialium rebellium commotus, miſit Porcarium S. Hilarii Abbatem ad Gundegiſilum Epiſcopum Burdegalenſem & ejusdem Epiſcopos Provinciales, ſuo nomine rogaturum, ut Excommunicationem tollerent, & fœminæ ad dicendam Cauſam admitti poſſent; ſed nihil obtinuit. Rurſus Presbyter aliquis a Childeberto Rege miſſus idem fruſtra petiit. Hyemis rigor Moniales rebelles compulit, ut in diverſa abirent. Aliquæ ad propinquos ſuos ſe receperunt, aliæ in privatas domos

ſuas

suas, & aliæ ad Monasteria, in quibus prius fuerant. Paucæ cum Chrodielda & Basilia remansere, & ipsæ inter se animis divisæ; quippe Chrodielda dominari cupiebat, Basilia vero, æque ac illa Regibus orta, ei obedire detestabat. Sæculum VI. A. C. 590.

§. VI.

Vis contra Abbatissam adhibita.

Anno sequente 590. nunquam non sceleratorum hominum turmis stipata Chrodielda jussit, ut noctu in Monasterium S. Crucis aditum vi sibi patefacerent, & Leuboveram Abbatissam raperent. Illa appropinquantium strepitu excitata, cum podagra impediretur, ne incedere posset, se in Ecclesiam ante Sanctæ Crucis arculam deferri præcepit. Prædones cum face & armis ingressi, in omnibus angulis quæsitam tandem reperiunt; cumque unus jacentem gladio transverberare pararet, a socio confossus subito collapsus est. Interim Priorissa sororibus aliis auxilium præbentibus facem extinxit, & Abbatissam detracto ex Altari velo contexit. Igitur in tenebris Sicarii loco Abbatissæ Priorissam corripiunt, & ad S. Hilarium deferre cœperunt; verum, cum illuceseceret, videntes se errasse, trepidam ad suum Monasterium dimittunt. Ipsi quoque illo redeunt, & comprehensam Abbatis- *Greg. X. c. 15*

Sæculum VI. A C. 590.

sam prope S. Hilarium in loco, quo Ba-
silia versabatur, in carcerem mittun-
Nocte sequente Monasterium S. Crucis

Greg. X. hist. c. 23. & 1. Mart. c. 63

diripuerunt, nulla re, nisi quæ auferri non poterat, ibi relicta.

Hoc anno 590. Episcoporum Galliæ de Die Paschali diversa fuit Sententia. Plurimi illorum observantes Cyclum Victoris Pascha celebrarunt septimo Cal. April. decimo quinto Lunæ id est 25. Martii. Alii vero die secundo Aprilis & 22. Lunæ, timentes, ne Pascha cum Judæis celebrarent, si illud decimo quinto die in plenilunio agerent. Festo appropinquante, quod post diem septimum futurum erat, Meroveus Episcopus ad Chrodieldam misit, qui referrent; nisi ipsa Abbatissam redderet, se Pascha non celebraturum, & Catechumenorum neminem in Civitate Pictavensi baptizandum. Jussitque, ut adderent; *Et si hoc non moveris, colligam cives, qui captivam liberent.* Chrodielda nullo dato responso advocavit Sicarios, quibus imperavit, ut Abbatissam interficerent, quamprimum cives ad eam liberandam quidquam moverent. Illo tempore Flavianus, qui Domestici † munere fungebatur, Pictavium adveniens, sua industria effecit, ut Abbatissa in Ecclesiam S. Hilarii confugere potuerit. Sed necdum erat Seditionis finis, nam ante ipsum

(† nempe apud Regem)

psum S. Radegundis Sepulchrum & Ar- Sæculum VI.
cam, in qua S. Crux servabatur, cædes A.C. 590.
committebantur.

Tandem Childebertus Rex ad Regem Guntramum misit, qui rogarent, ut Episcopi utriusque Regni ad removenda hæc scandala secundum Canones congregarentur. Præcepit Childebertus, ut Gregorius Turonensis cum Ebregisilo Colonienſi, & Meroveo Pictavienſi Concilio interessent. Guntramus quoque jussit, ut Gundegisilus Burdegalensis cum suis Suffraganeis veniret. Verum Gregorius Turonensis declaravit, non venturos Episcopos, nisi postquam seditiosorum temeritas viribus Potestatis Sæcularis oppressa fuisset. Igitur Comes Pictavienſis, acceptis mandatis, seditiosos oppugnare cœpit. E Monasterio S. Crucis abstracti diversis supplitiis tolluntur. Aliis manus, aliis nares, quibusdam aures abscissæ.

§. VII.

Concilium Pictavienſe.

Seditione extincta, Episcopi congregati in suggestu Ecclesiæ consederunt, & tunc Chrodielda plura Accusationis Capita contra Abbatissam protulit, quorum primum erat, ipsam inter famulas suas alere virum sub muliebri vestitu, eumque digito monstravit, nam præsens aderat.

Sæculum VI. A. C. 590.

aderat. Verum hac re accurate examinata exploratum est, esse Evnuchum, quem Abbatissa non noverat.

Greg. X. hist. c. 16.

Chrodielda deinde & Basilia interrogatæ, cur e Monasterio aufugissent, responderunt; ferme emori fame cogebamur, vestitus necessarius nobis non dabatur, sæpe etiam filiæ Regum vapulabamus. Addebant, Monialium balneo etiam viros uti, Abbatissam aleis ludere, eam homines sæculares ad mensam suam invitare, & intra claustra Monasterii ipsa conciliante Sponsalia inita fuisse. Eandem dedisse Nepti suæ vestem confectam ex serico, quod decorando Altari destinatum erat, atque eidem aureas bracteolas detraxisse, quibus puellæ tunicam ornaret. Abbatissa apposite ad objecta omnia respondit, submittens se pœnitentiæ, quamcunque præscriberent Episcopi, si ream esse judicarent. Cum autem secundo Chrodielda & Basilia interrogarentur, an Abbatissam suam gravioris criminis, forte homicidii aut adulterii accusarent, fassæ sunt, se eam hujusce modi criminis ream non affirmare; at contra aliquæ Moniales ex seditiosarum numero productæ sunt, quarum uteri tumebant.

Episcopi deinde a rebellibus petierunt, ut rationem redderent, cur ex Monasterio fugissent, cur Gundegisilum

&

& Episcopos alios, qui ad judicandam earum Causam anno superiore congregati fuerant, Abbatissam, & ipsum Monasterium indignis modis tractassent, cur ultimam Seditionem excitassent, exhortantes, ut ab Abbatissa veniam rogarent, & damnum illatum repararent. Illæ non modo imperata facere detrectarunt, sed etiam ferociter minari ausæ sunt, se Abbatissæ necem machinaturas. Itaque Episcopi, postquam inspexissent, quid Canones præciperent, declararunt, obstinatas fœminas Excommunicationis sententia esse ligatas, donec pœnitentiam agerent, & Abbatissam in possessionem Monasterii postliminio immiserunt. Hoc Judicium litteris mandarunt, & Regibus, qui se convocaverant, inscripserunt, rogantes, ut Moniales rebelles ad servanda promissa compellerent, nempe Bona & Tabulas Monasterii, quas rapuerant, reddendas, & prohiberent, ne ad illud Monasterium, quod tam sacrilege profanassent, eis redire liceret. Hac Sententia in vulgus edita, & Abbatissa restituta, seditiosæ Childebertum Regem adierunt, & quorumdam nomina detulerunt, quod illis non solum cum Abbatissa illicitum commercium intercederet, sed etiam nuncia & tabellas ad Fredegundam Regis hostem infensissimam referrent. Rex comprehendi

Sæculum VI. A. C. 590.

Sæculum VI. A. C. 590.

di jussos, postquam habita Quæstione nullum malæ rei indicium apparuit, liberos dimisit. Tandem Chrodielda & Basilia in Concilio Metensi hoc anno exeunte in Causa Ægidii Episcopi Rhemensis celebrato absolutionem receperunt.

§. VIII.

Concilium Metense.

Ægidius Rhemensis accusatus, quod conjurationis contra vitam Regis Childeberti conscius esset, illo jubente comprehensus & Metas perductus est, etsi morbo diuturno fractus necdum vires recuperasset. Cum Episcoporum aliqui Regem monuissent, quod fas non esset, hunc Episcopum e domo sua abstrahi, & carceri dari inauditum, permisit Rex, ut Rhemos rediret, missisque ad omnes Regni sui Præsules Epistolis, in medio Mensis Octobris Viroduni esse jussit. Postquam adveniissent, usque Metas perducti sunt, quo etiam Ægidius advectus. Rex Ennodium, olim Ducis Dignitate fulgentem, elegit, qui suo nomine hanc Causam curaret. Is igitur Episcopum allocutus est in hunc modum: *Quare derelicto Rege nostro, Civitatis illius, in qua Episcopus eras, Domino, quæsivisti amicitiam Chilperici, antiqui inimici ipsius? Is enim est, qui Regis Patrem*

Greg. X. c. 19.

trem vita, Matrem, quam in Exilium e- Sæculum VI.
jecit, Patria, utrumque Regno, quod A. C. 590.
ſibi rapuit, privavit. Quare Fundos ad Fiſcum pertinentes in illis Provinciis, quas invaſit, in Feudum accepiſti? Episcopus reſpondit: *Negare non poſſum, me Chilperici Regis amicum fuiſſe; ſed nego hanc amicitiam Regi Childeberto quidquam nocuiſſe. Fundos autem vi Litterarum ipſius Regis Childeberti mihi conceſſarum obtinui.* Tum litteras protulit. Sed Childebertus negabat, ſe hujus Donationis Auctorem eſſe. Vocatur Otho, qui illo tempore Regis Réferendarius fuerat, & cujus Nomen appoſitum apparebat; inſpicit, negat ſuam eſſe manum, ſed affirmat, eſſe Falſarii alicujus, qui eam perfide imitatus eſſet. Igitur in primo Articulo Epiſcopus Falſi convictus eſt.

Tum proferuntur litteræ Epiſcopi ad Chilpericum datæ, & viciſſim Chilperici ad Epiſcopum, in quibus legebantur multa contra Brunehildem contumelioſe dicta, & inter alia: *Niſi radix exſcindatur, non areſcet planta.* Quod intelligi poterat, tollendam eſſe Matrem, ut facilius opprimeretur filius. Negavit Epiſcopus has litteras a ſe vel ſcriptas vel acceptas fuiſſe; verum productus eſt aliquis ex domeſticis ejus, qui has ipſas in ſuis tabulis aſſervaverat. Deinde in medium

Sæculum VI. A. C. 590.

medium attulerunt inita pacta inter Childebertum & Chilpericum, in quibus inter ambos conveniebat, ut ejecto Guntramo Regnum ipsius dividerent. Negavit Childebertus, ejusmodi pactum sibi unquam in mentem veniſſe, & ad Ægidium conversus dixit: *His artibus pessimis Patruos meos in odium mutuum concitabas, Belli civilis incentor! te auctore tot Provinciæ devastatæ, tu innumeris hominibus necem attulisti. De ratione reddes.* Factum istud Episcopus negare non potuit; nam argumenta demonstrabantur ex tabulis Regis Chilperici, in una cistellarum ipsius tunc in oppido Cellensi inventis, quando eodem interfecto thesauri ipsius in manus Regis Childeberti traditi fuerant. Epiphanius etiam Abbas ad S. Remigium Rhemis prodiit, edixitque, Ægidium Episcopum duo millia solidorum & plura alia dona accepisse, ut Regis Chilperici amicus esse vellet. Qui eum, cum Legatione ad Chilpericum fungeretur, comitati fuerant, edixerunt, eum diu soli Regi fuisse collocutum, quin ea, quæ dicerent, ipsi percipere potuissent. Episcopo hæc facta negante, Abbas Epiphanius arcanorum omnium conscius locum & virum nominavit, qui aurum attulerat, atque omnia adjuncta fœderis cum Guntramo.

Ita-

Itaque Ægidius Episcopus his convictus omnia confessus est ingemiscentibus illius Concilii Episcopis, cum Fratrem suum tantorum criminum reum viderent; petierunt tamen, ut Sententia in diem tertium differretur, & tempus concederetur, quo conscientiæ suæ consuleret, &, si posset, objecta dilueret. Ubi tertia dies illuxit, invitant Ægidium Episcopi, ut causam diceret; ipse vero pudore turbatus dixit: *Non ultra cunctemini Sententiam in reum pronunciare. Morte dignus sum ob læsæ Majestatis crimen, nunquam non Regi huic, & ipsius Matri, quantum potui, nocui. Meo consilio impellente gesta sunt bella civilia, tot malorum in Galliis causæ.* Episcopi tanto Collegæ sui probro ad commiserationem moti vitæ gratiam ei impetrarunt, sed postquam Leges Canonicas fuissent scrutati, eundem a Sacerdotio deposuerunt. (*) Illico Argentoratum mittitur in exilium, & in ejus locum Romulfus Presbyter Lupi Ducis filius Episcopus Rhemensis ordinatur. Magna auri argentique vis in ærario Ægidii Episcopi inventa; quæ ex reditibus Ecclesiæ provenerant, relicta sunt intacta, quæ autem

Sæculum VI. A. C. 590.

Concilium Metense.

(*) Hic iterum dispicitur, coram quo Tribunali Episcopi in his Sæculis depositi fuerint.

Sæculum VI. A. C. 590.

autem scelere sibi cumulaverat Regio Fisco adscripta fuere. Abbas Epiphanius quoque officio suo privatus est.

Illud præterea in hoc Concilio Metensi actum. Basilia ad Episcoporum pedes prostrata veniam rogavit, promittens, se cum sua Abbatissa in gratiam redituram, in Monasterio S. Crucis Pictavii reliquum vitæ tempus exacturam, & sub Regula lubenti animo futuram. Chrodielda edixit, nunquam se ad illud Monasterium reversuram, quamdiu Abbatissa Leubovera ibi versaretur. Tum Childeberto Rege rogante, ut veniam consequerentur, ad Communionem admissæ sunt, & Pictavium deductæ, iis conditionibus positis, ut Basilia in Monasterium regrederetur, & Chrodielda in prædio ipsi a Rege donato commoraretur. Hic scandali antea inauditi finis fuit.

§. IX.

S. Columbani Initia.

Ad illud jam tempus pervenimus, quo S. Columbanus Sedem in Gallia elegit, atque hoc ipso anno 590. celeberrimum Monasterium Luxovienſe fundavit. Is in Hybernia & Provincia Lagenienſi seu *Leinſter* anno circiter 560. natus, adhuc puerulus artibus liberalibus, Grammatica, Rhetorica, Geometria imbuitur;

vit. to. 2. Act. Ben. p. 7.

buitur; cum vero admodum formosus esset, timuit, ne voluptatis illecebris succumberet. Hinc relicta patria & per calcatam pergens Matrem ad aliam Hyberniæ Provinciam divertens, venerabilis Viri, cui nomen Silen, regimini se commisit. Sub illius Disciplina tantum in sacris litteris profecit, ut juvenis tractatus in Psalmos & quædam alia Opera scripserit. Monasterium *Bencor* deinde ingressus, quod famæ celebritate cætera omnia in Hybernia sub Regimine Abbatis Commagelii, seu Congalii superabat, in eo aliquot annos transegit edomandis pravis affectibus intentus. Tum ut ab amore mundi totus avelleretur, Abrahami peregrinantis exemplum sequi, & patriam fugere constituit. Cum propositum Abbati aperuisset, is ægre consensit, ut ipsius auxilio privaretur; ne vero Dei Voluntati resistere videretur, discessuro amplius non obstitit. Itaque S. Columbanus accepta Abbatis Benedictione annum agens trigesimum ex Monasterio *Bencor* cum duodecim aliis Monachis exiit. Primum in magnam Britanniam, & inde in Galliam trajecerunt, ubi illo tempore Fides quidem erat integra, sed Disciplina sive ob externorum hostium incursiones, sive ob Prælatorum negligentiam collapsa. In paucis locis pœniten-

Sæculum VI. A. C. 590.

n. 11.

Sæculum VI. A.C. 590.

nitentiæ publicæ usus retinebatur, paci mortificationem sensuum amabant.

Columbanus, quacunque transibat, Verbum Dei prædicabat, ejusque Doctrinæ præclara Virtus maximam Auctoritatem conciliabat. Ita humilitati studebat, ut semper cum sociis de ultimo loco contenderet. Omnes una voluntate regi dixisses, atque Monachorum sorum modestia, sobrietas, mansuetudo, patientia, charitas cunctos in admirationem rapiebat. Si quis ipsorum erraret, cœteri omnes errorem corrigere satagebant. Nulli alicujus rei dominium erat, nunquam inter eos contentio aut jurgia nascebantur, & quocunque deveniissent, omnibus Pietatem inspirabant. Columbani fama etiam ad Aulam Regis Burgundiæ pervasit. Regnabat tum Guntramus, qui, postquam virum vidisset, & loquentem audivisset, rogavit, ut in Regno suo Sedem figeret, jussitque, ut quæcunque vellet, peteret. Gratias egit Vir Sanctus, dicens, nihil sibi in votis esse, quam crucem suam tollere, & JEsum Christum sequi, atque in receptaculum elegit vastam Vogesi montis solitudinem, ubi inter immania saxa in loco asperrimo veteris arcis olim *Anagratæ* hodie Anagrajum dictæ ruinas invenit, ibique cum suis habitare cœpit. Hoc primum S. Columbani Monasterium fuit.

In

Sæculum VI. A. C. 590.

Columbanus in Gallia.

In hac eremo Vir Sanctus ejusque Discipuli solis oleribus & arborum corticibus victitabant, cumque aliquando unus eorum in morbum incidisset, nihilque ad eum refocillandum haberent, ante Monasterii januam virum conspiciunt cum equis clitellariis panem aliosque cibos portantibus. Is dicebat, sibi subito fuisse Divinitus inspiratum, ut ipsis succurreret, rogavitque, ut sanitatem uxoris suæ jam integro anno febribus vexatæ, precibus a Deo peterent. Monachis orantibus ægrotans in illa hora sanata est. Alio tempore, postquam novem dies nullum aliud alimentum quam olera sylvestria & cortices habuissent, Caramtocus Monasterii Saliciensis Abbas in somnio ipsorum inopiam edoctus misit Marculphum Cellerarium suum, qui annonam deferret. Is viæ nescius oravit Deum, ut equos dirigeret, qui nemine ducente recta usque ad Monasterium Anegrajense progressi sunt. Exinde magna populi multitudo ad videndum S. Columbanum veniebat, præsertim convolabant ægroti, qui omnes sanitati restituebantur. Solebat Vir Sanctus ad Festa solemnia secedere, ut in strictiore silentio se præpararet, & ad istud pietatis Exercitium antrum elegerat septem ferme milliaribus a Monasterio

Sæculum VI. A. C. 590.

Anagrajensi distans, unde ursum expulerat, & suis precibus impetraverat, ut ibi fons emanaret.

Cum jam tunc ipsius Congregatio esset admodum magna, commodiorem locum in eadem eremo ad condendum Monasterium quæsivit, atque Castrum octo milliaribus ab Anegrajo dissitum invenit, quod Luxovium dicebatur. Id olim munitissimum fuerat, & in nemore proximo, ubi densissimæ arbores stabant, adhuc dum Idola lapidea visebantur, quondam a Gentilibus adorata. Ibi S. Columbanus cœpit ædificare Monasterium, quo brevi Monachis repleto, animum adjecit ad ædificandum tertium, illuc que ob aquarum abundantiam Fontes appellavit. His Monasteriis Præpositos, quorum Pietatem perspectam habebat, dedit; ipse alternis vicibus in uno vel altero degens omnibus Regulam præbuit, quam hodieque habemus, diu in Gallis observatam.

§. X.

Regula S. Columbani.

Cod. Reg. tom. 2. p. 153.

Sancti Columbani Regula brevis est, & inprimis ad excolendas Virtutes Monasticas, Obedientiam, Paupertatem, fugam & odium avaritiæ, Humilitatem, Castitatem, exteriorem interioremque sensuum refrœnationem, Silentium, Discretio-

scretionem, excitat. De alimentis dicit; refectionem non ante Vesperam, id est, ad Nonam esse sumendam, eamque oportere esse vilem, nempe olera, legumina, farinam aqua dilutam, & exiguum panem. Denique Monachi alimentorum copiam secundum laborem metiantur, & ita omnia accurent, ut singulis diebus suo tempore jejunent, orent, laborent, & legant. Psalmodiæ tempus statuitur in hunc modum: illis diei horis, quibus labor manuum interrumpitur, nempe Tertia, Sexta & Nona tres Psalmi cum Versiculis dicantur. Nocte incunte scilicet ad Vesperas duodecim Psalmi recitentur. Officium Nocturnum Die Sabbati & Dominica ab officio reliquorum dierum, pro diversitate temporum in anno differebat. Singulis Feriis per sex Menses in hyeme triginta sex Psalmi cum duodecim Antiphonis canantur. Per sex Menses in æstate viginti quatuor Psalmi cum octo Antiphonis; nam quælibet post tres Psalmos sequebatur. Diebus Sabbatinis & Dominicis per tres hyemis Menses, scilicet Dec. Jan. & Febr. viginti quinque Antiphonæ singulis noctibus cum sexaginta quinque Psalmis, ita ut his duobus diebus integrum Psalterium recitaretur. Duobus Mensibus in æstate Majo & Junio duodecim Antiphonæ singulis noctibus, id est, triginta

Sæculum VI. A.C. 590.

Reg. c. 3.

c. 7.

V. Menard. conc. reg. Coint. a. 590.

n. 43. 44. &c.

Sæculum VI. A. C. 590.

sex Psalmi duodecim ad Nocturnos & viginti quatuor ad Matutinos seu Laudes. Tribus Mensibus in Vere & quatuor Mensibus in Autumno, in fine cujuslibet Septimanæ semper tres Psalmi pro mensura longioris vel brevioris noctis addebantur, vel demebantur. Hic sensus, meo quidem judicio, præ aliis magis verisimiliter huic Articulo, qui satis obscurus est, Regulæ S. Columbani datur, cum certiora ex usu, qui non amplius observatur, cognosci non possint. S. Columbanus istum Psallendi ordinem a Patribus suis, nempe a Monachis Hiberniæ, accepisse se affirmat. In fine cujuslibet Psalmi genua flectebant. Præter orationem communem in Choro dicit, quemlibet Monachum teneri peculiariter in cella preces ad Deum fundere; dicit, Psalmodiæ substantiam esse orationem cordis, & continuam mentis cum Deo conjunctionem.

Pœnit. n. 19.

Regulam S. Columbani sequitur Pœnitentiale, nempe præscriptus modus, quo culpæ Monachorum frequentes plectebantur, ubi aliqua memoratu digna invenio. Pœna frequentissima erat flagellum; plagæ sex pro culpis levibus, pro majoribus servata proportione plures, & non nunquam usque ad ducentas, nunquam vero ultra viginti quinque in una continua castigatione infligebantur. Sæpe de-

c. 201.

n. 13. 40.
n. 24. 30.
Regula S. Columbani.

pe delinquentes ad ſervandum ſilentium vel ad rigidius jejunium damnantur, quod pœnitentiæ genus Superpoſitio vocabatur. Sæpe ad recitandum magnum Pſalmorum numerum obligantur. Sæculum VI. A.C. 590. *Conc. Illib. c. 2.*

Monachi ſuper omnia, quæcunque manu prehendebant, ſuper cochleare, ſuper lampadem ſignum Crucis formabant. Ingredientes aut egredientes Monaſterium Benedictionem petebant a Præpoſito, & ante Crucis ſimulacrum inclinabantur. Qui exibant, portare ſolebant Oleum Benedictum, quo ægrotos ungerent; vas autem, quod oleum continebat, Chriſmale dicebatur; ita enim ego accipio hanc vocem, quæ non nunquam etiam idem ac *Reliquiarium* ſignificat. Alii aliter Chriſmale interpretantur, & putant eſſe vas, in quo Evchariſtiam portabant; nam aliunde apparet, quod eam deportaverint, & leguntur pœnitentiæ impoſitæ illis, quorum ſocordia accidebat, ut Species corrumperentur. (*) S. Columbanus ad celebran- *Vid. Cang. Gloſſ. Sup. & Coint. an. 59. n. 62. n. 3. n. 5. 13. n. 19. 18. vit. S. Gal. c. 19.*

U 5 dum

(*) Ex his colligimus, exeuntes e Monaſterio fuiſſe Presbyteros, qui ægrotos Extrema Unctione ungerent, & Sacra Evchariſtia reficerent. Nullum vero hic iterum indicium, etiam Sacrum Sanguinem ad ægrotos fuiſſe delatum.

Firmiſſima profecto ad probandum antiquiſſimum uſum Sacramenti Extremæ Unctionis deferen-

Sæculum VI. A. C. 590.

dum Sanctum Sacrificium non alia vasa quam cuprea, adhibebat, idque, ut conjicere est, amore paupertatis faciebat. Panem vero, quem offerebant Monachi, ipsi coquebant. Sæpe caput lavabant; quod inde colligitur, quia pœnitentibus caput lavare solum Die Dominica permittebatur. Pœnitentes etiam Die Dominica & tempore Paschali genua flectebant.

n. 13.

n. 15.

n. 16. & ibi Coint. In quolibet Monasterio duo erant Oeconomi, major, minorque, majora & externa curabat Præpositus, ut Abbas

n. 17. 24. curam animarum unice gereret. (*) Minor Oeconomus rei domesticæ intra claustra Monasterii invigilare jubebatur. Monachi aliam noctu vestem habebant, & mane diurnam resumebant, petita semper id faciendi licentia. Sedebant, dum

n. 18. signum conveniendi ad Officium campana dabatur, exceptis pœnitentibus, qui stantes

---

ferendi Evchariſtiam ad ægrotos, & Communionis ſub una ſpecie contra Proteſtantes teſtimonia!

(*) Saluberrimum Inſtitutum! iſtud, licet non ita accipiendum ſit, quod Abbates ſupremam in ſuis Monaſteriis Rei domeſticæ curam a ſe abdicare debeant, in eo tamen ſenſu omnino verum eſt, quod Rerum Spiritualium maximam, temporalium vero ſaltem in comparatione illarum ultimam minimamque, gerere teneantur.

stantes expectabant. Pœnitentia illi dictatur, qui, opere sibi injuncto perfecto, silet, & aliud faciendum non petit, aut qui aliquid injussus fecit. Item qui in domo cubavit, in qua fœmina versatur. S. Columbanus duo peccatorum genera distinguit, Mortalia, quæ in Confessione Presbytero manifestanda sunt, (*) & minora, quæ Abbati aut aliis non Presbyteris, antequam mensæ assiderent, vel cubitum concederent, sæpe confitebantur. Multos hujus Pœnitentialis Articulos S. Pater a Cassiano accepit. Aliud quoque S. Columbani Pœnitentiale extat, quod pœnas Canonicas pro omnis generis peccatis & hominibus complectitur. Sæculum VI. A. C. 590. n. 22. n. 25. n. 29. Prolog.

§. XI.

Concilium Hispalense.

Eodem anno 590. Recaredi Regis quinto, æra 628. quarta Nov. Concilium Hispali celebratum, & inter Episcopos octo præsentes S. Leander primum locum

(*) Argumentum ad probandum usum Confessionis auricularis, & Absolutionis Sacramentalis manifestum! Quæ enim alia fuisset causa, cur gravia peccata solis Presbyteris exponerent, nisi quod soli Sacerdotes Jurisdictione absolvendi gauderent? Idem ex Capite XLVI. Regulæ S. P. N. Benedicti eruitur. Hæc omnia Interpres Protestans in vernaculam translata Fratribus suis legenda propinat, & tacet.

Sæculum VI. A. C. 591.

cum tenuit. Episcopis in Ecclesia congregatis Diaconi Pegasi Episcopi Astigitani tradiderunt Indicem illorum Servorum ad eandem Ecclesiam pertinentium, quos Gaudentius ipsius Antecessor manumiserat, aut Propinquis suis donaverat. Postquam de hac Quæstione Canones consuluissent, patuit, Donationes vel Alienationes Bonorum Ecclesiæ ab Episcopo factas esse nullas & irritas, nisi ipse prius Bona sua propria Ecclesiæ donasset, tunc enim Compensationem admitti. Igitur concluserunt, hoc casu non existente manumissiones & alienationes a Gaudentio factas, nullius roboris esse. Nihilominus, ut Humanitati aliquid deferent, decreverunt, ut Servi manumissi libertatem quidem retinerent, sed subditi Ecclesiæ essent, & peculium suum nemini alteri præterquam liberis suis, in perpetuum & iisdem conditionibus Ecclesiæ subditis futuris, relinquere possent. Addiderunt, hoc Decretum in tota Provincia Boetica esse observandum. Item ut ea, quæ in Concilio Toletano decreta fuerant, executioni mandarentur, præceperunt, ut nisi Presbyteri, aliique Clerici, ab Episcopo suo admoniti, exteras mulieres e domo sua ejicerent, Judices accedente Episcoporum consensu illas in mancipia sibi adscriberent, addito juramento, se easdem Clericis nunquam reddituros.

to. 5. Conc. p. 1588.

c. 2.

c. 3.

S. Leand.

S. Leander ubi S. Gregorii Papæ E- Sæculum VI.
lectionem comperit, datis ad eum Lit- A.C. 591.
teris, Recaredi Regis veram converſio- *Greg. l. 1.*
nem & conſtantem pietatem ſignificavit. *epiſt. 41.*
In iisdem Epiſtolis conſulebat Pontifi-
cem de tribus in Baptismo immerſioni-
bus, quibus abutebantur Ariani, & quæ-
rebat, an ulterius ſervandus eſſet hic
uſus, cum jam in diverſis Eccleſiis di-
verſa conſuetudo absque Fidei præjudi-
cio invaluiſſet. Præterea aliquos Libros,
& inter alios Expoſitionem ejus in Jobum
petebat.

§. XII.

Epiſtola ad S. Leandrum.

Sancto Gregorio ad epiſtolam S. Lean-
dri non prius reſpondere vacavit, quam
diu poſtea, nempe Menſe Majo anni ſe-
quentis 591. reſponditque in hæc verba:
Vehementer cupiebam tibi promptius re- 1. *epiſt.* 41.
ſpondere; ſed tot tantisque in Epiſcopatu
curis premor, ut me multo magis flere ju-
vet, quam loqui. Id intelliges ex negli-
gentia mea, dum tamdiu tibi reſpondere
diſtuli, tibi, inquam, quem ardentiſſi-
mo amore proſequor. Datum eſt mihi re- 1. *epiſt.* 4.
gimen veteris navigii, tam diu fluctibus
pulſati, & tempeſtatibus fracti, ut illud
ad portum deducere nequeam. Idem an-
no ſuperiore ad Joannem Conſtantino-
politanum ſcripſerat, rogans, ut pro ſe
oraret,

Sæculum VI. A.C. 591.

oraret, additis his verbis: *eo facilius orare potes, quo a Regionis hujusce calamitate longius abes.* Ex his discimus, illam allegoriam veteris navigii tamdiu jactati & quassati non de Ecclesia, sed de urbe Romana toties vastata, & tunc imminentes Longobardos gravissimos hostes timente, esse accipiendam; quippe S. Gregorius etiam curam quietis, & Salutis Reipublicæ in rebus temporalibus, etiamsi maxime voluisset, a se amoliri non poterat, quod posteriora nos docebunt tempora. Ad Leandrum vero scribens prosequitur in hunc modum: *parum dicendo non sum, quanto gaudio perfundatur cor meum, dum lego, Recaredum Regem ad Fidem Catholicam ex toto corde fuisse conversum. Illa indole, quam mihi depingis, Principem, etsi nunquam a me visum, tenerrime amare cogor. Igitur curam ei maximam impende, ne in bonis operibus extollatur, sed vitæ Sanctitas fidei integritati respondeat.*

Quod ad immersiones in Baptismo pertinet; earum usum retinemus ad indicandos tres Sepulturæ dies, aut si cui magis placeat, ad exprimendas tres Divinas Personas in Trinitate, sicut immersio unicæ Naturæ Divinæ unitatem significare potest. Quia vero Hæretici ter baptizandos immergebant, arbitror, hunc usum inter vos esse tollendum, ne criminentur,

non

nos æque ac ipsos Divinitatem dividere, & jactent se apud rerum ignaros, consuetudinem suam nostra meliorem esse. Mitto tibi libros, quorum indiculus hic junctus est. Explicationem in Jobum prius in Homilias divisam jam in justum librum diggessi, & in Notariorum manibus est. Hæc Epistola Mense Majo Indictione nona anno 591. data.

Sæculum VI. A. C. 591.

§. XIII.

S. Gregorius Concilium quintum defendit.

Sanctus Gregorius Mense Februario ejusdem anni, Concilio Romæ celebrato, scripsit ad quatuor Patriarchas Epistolas suas Synodales, seu potius unam Epistolam, cujus plura Exempla eis misit; scilicet Joanni Constantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Gregorio Antiocheno, Joanni Jerosolymitano & Anastasio Antiocheno. Ideo vero ad duos Patriarchas Antiochenos scripsit Papa, quia Anastasium, licet Gregorius illius Cathedræ possessione gauderet, pro Episcopo Antiocheno habebat. Imo datis ad Imperatorem litteris petierat, ut saltem, si Anastasio ad Sedem suam redire non concederetur, mitteretur Romam cum potestate utendi Pallio, ubi Missam ad S. Petrum cum Papa celebraret. Epistolæ Synodalis Exordium ducit S. Gregorius

1. *epist.* 23.

Sæculum VI. A. C. 591.

gorius a concepto animi mœrore, quo Episcopatum, quo se maxime indignum putat, suscipere compulsus fuisset. Tum de Pastorum Officiis prolixe disserit, & pene compendium Libri sui de Cura Pastorali scribit. Precibus illorum, ad quos scribit, se commendat, & Fidei suæ Confessionem pro more addit, dicens, quod recipiat & revereatur quatuor Concilia œcumenica sicut quatuor Evangelia, & subjungit: *eadem veneratione prosequor Concilium quintum, in quo sic dicta Epistola Ibæ fuit damnata, Theodorus convictus, quod Mediatoris Personam divisit, & libri Theodoreti contra S. Cyrillum rejecti sunt. Rejicio omnes illos, qui veneranda Concilia rejiciunt, & recipio omnes illos, quos Concilia honorant; nam quia in consensu universali fundantur, si vana sine viribus ira Conciliis nihil detrahit, sed tantum sibi ipsi nocet, qui Conciliis absolutos ligare, vel ligatos absolvere præsumit.*

Quæ hic S. Gregorius dicit de Concilio quinto, & necessitate damnandi Personas, quas Concilia damnant, Quæstionem de tribus Capitulis manifeste respiciunt, quoniam inprimis ipsi curæ fuit reditus Schismaticorum, qui illa Capitula damnare nolebant, & sub initium Pontificatus sui scripsit ad Severum Episcopum Aquilejensem, Schismaticorum

1. *epist.* 16. Schismatici in Illyrico.

in Occidente Caput, ut secundum Imperatoris Mandatum cum Sectatoribus suis Romam veniret, & Concilio ibi celebrando adesset. Conjectura est, S. Gregorium hic de illo ipso Concilio loqui, in quo Epistolam Synodalem composuit. Episcopi Istriæ, veriti ne ad Concilium venire compellerentur, in oppido Maranensi congregati ad Mauritium Imperatorem miserunt Clericos, qui tres Libellos supplices detulerunt, unum nomine Episcoporum, Longobardis subjectorum, alterum nomine Severi aliorumque Episcoporum, qui Romanis parebant, & tertium solius Severi nomine scriptum. Libellus primus, in quo novem Episcoporum nomina leguntur, ad nos usque pervenit.

Sæculum VI. A. C. 591.

Ap. Bar. 590 n. 43 V. Boll. de S. Ingen. 5. Febr. to. 3. p. 671.

In eo inprimis conqueruntur, quod Smaragdus Exarchus multoties contra Archiepiscopos ipsorum Eliam & Severum vim adhibuisset, & prosequuntur in hunc modum: *tandem modo comperimus, Gregorium Papam Mandata misisse, ut Archiepiscopus noster Romam deducatur. Sæpe eum admonuimus, ne in communi Causa Ecclesiæ nobis absentibus quidquam definiat, quippe hac super re populorum nostrorum animi tam vehementer commoti sunt, ut potius mortem subire, quam ab antiqua Communione Catholica separari eligerent. Itaque nos o-*

Bar. ib. n. 38

Sæculum VI. A. C. 591.

mnes, ſicut ſcripſimus Archiepiſcopo noſtro, ſtatuimus, rem iſtam, donec ſub Barbarorum jugo vivemus, Dei Judicio relinquere, & idoneum tempus expectare, quo pedibus tuis accidamus, ut de hac Cauſa, Anteceſſorum tuorum utriusque Theodoſii & Marciani exemplum ſequens judices. Tibi quidem lubenter Fidei noſtræ rationem reddemus; illum vero Judicem (nempe Papam) *agnoſcere non poſſumus, qui Adverſarius noſter eſt, & cujus Communionem vitamus. Si Archiepiſcopus noſter vi adhibita Romam proficiſci cogitur, non erit nobis ſpes ſuper conſequendi, quod juſtitia poſtulat. Si quis noſtrum decedat, non ultra ferent populi, ut Succeſſor ab Archiepiſcopo Aquilejenſi ordinetur, ſed ad Galliarum Archiepiſcopos, qui in vicinia ſunt, convertentur.* (*)

Ibid. n. 43. Hæc argumenta Mauritium Imperatorem moverunt, ut ad S. Gregorium ſcriberet; iſtorum Epiſcoporum quietem non eſſe turbandam, dum tranquillitas Italiæ redderetur.

S. Gre-

(*) Schismatici iſti, qui forte ab initio in Bona Fide fuerunt, ſua obſtinatione in malam delapſi ſunt. Cæſarem Judicem compellant, non competentem, & populorum pertinacia ſe tuentur, quaſi vero populi eſſet judicare, & non magis oporteret populum regi, Epiſcopos vero docere & regere.

S. Gregorium non minor ſollicitudo de convertendis Hæreticis tenebat. Autharis Longobardorum Rex prohibuit, ne ſuæ Nationis parvuli ad Feſtum Paſchæ anno 590. in Eccleſia Catholica baptizarentur; ipſo autem tertia Sept. ejusdem anni e vivis elato, cum Theodelinda ejus Vidua Longobardis eſſet cariſſima, illum, quem ipſa ſibi Maritum, ſe etiam Regem electuros pronunciarunt. Is fuit Agilulphus Dux Taurinenſis, qui Menſe Nov. Regnum auſpicatus eſt. Haud multo poſt tempore S. Gregorius datis ad omnes Italiæ Epiſcopos litteris juſſit moneri Longobardos, quorum liberi ab Arianis baptizati fuiſſent, ut eos Fidei Catholicæ reconciliari curarent, quia ſperabat, ita obtineri poſſe, ut Deus iram ſuam ab Italia averteret; dira enim lues Italorum plurimos rurſus inficere cœperat. Omnes, inquit, quotquot monere potueritis, ad Fidem perſuadendo adducite. Theodelinda Regina Catholica erat, quæ poſtea & Regem Conjugem & totam Longobardorum Gentem convertit. (*)

Sæculum VI. A.C. 591.

Theodelinda *Paul. Diac. h.l. III. c. ult.*

l. epiſt. 17.

Paul. Hiſt. l. IV. c. 16.

(*) Theodelinda erat Filia Garibaldi Bavariæ Ducis, quo nullus antiquior hujus Regionis Princeps apud Scriptores invenitur. Inde etiam conjicimus, jam illa ætate Fidem Catholicam in Bava-

Sæculum VI
A. C. 591.

§. XIV.

Donatiſtæ in Africa.

2. *Epiſt.* 25. Sancti Gregorii cura vere paterna etiam ad Africæ Eccleſiam, quam adhuc dum non nulli Manichæorum & Donatiſtarum poſteri turbabant, extendebatur. Primo Pontificatus ſui anno datis litteris ad Gennadium Patricium & Africæ Exarchum, cujus in bello fortitudinem & domi Pietatem ſummis laudibus proſequitur, hortatur ad Hæreticos ſtrenue reprimendos, *qui nullam non*, inquit, *in Eccleſiam inſurgendi occaſionem arripiunt. Mitte, qui moneant Epiſcopos Catholicos, ne illum ſibi Primatem eligant, qui tempore prior eſt in ordine, nulla habita meritorum ratione, nec more ſolito in Pagis ſed in Urbe, quam elegerint, verſetur, ut majore Auctoritate Donatiſtis reſiſtere valeat. Si quis Epiſcoporum ex Numidia ad Sacram Sedem venire velit, plenam ei facultatem concede, & prohibe, ne quis ſe opponat.* Nempe in Nimidia conſuetudine introductum fuerat, ut Primatem eligerent Epiſcopum inter reliquos ordinatione Seniorem; unde non raro ſors iſta in Epiſcopum

Bavaria fuiſſe prædicatam, imo & Principes habuiſſe Catholicos, cum Theodelindam ex illis progenitam Catholicæ Religionis fuiſſe ſciamus.

pum ignobilis Pagi, & virum tanto mu- Sæculum VI.
neri imparem cadebat. Episcopi Numi- A.C. 591.
diæ a Pelagio Papa petierant, ut antiquas suas Consuetudines a S. Petro originem trahentes sibi conservare liceret; id S. Gregorius ipsis concedit, at simul 1. *Epist.* 75.
prohibet, ne ad Primatis Dignitatem eveherent Episcopos, qui Donatistæ fuissent. (*)

Argentius Episcopus Lamiganus accusabatur, quod accepta pecunia Ecclesiarum curam Donatistis commisisset. Epi- 2. *Epist.* 82.
scopus alius, cui nomen Maximianus, dicebatur sordidi lucri amore permisisse, ut in sua Civitate novus Episcopus Donatista constitueretur. De his S. Gregorius ad Columbum Episcopum Numidiæ scripsit in hunc modum: *Exhortor*

(*) An Ordinationes ab Hæreticis factæ aliquando tanquam validæ in Ecclesia Catholica fuerint receptæ, Quæstio est valde perplexa, & necdum decisa. Gregorius IX. Sæc. XII. in Synodo Romana dicebat ad Episcopos; ut Dei Misericordiam in commune deposcerent, ut quid super hoc scrupuloso negotio decernendum esset, nutantibus revelaret. Agebatur tunc de Sacramentis a Simoniacis collatis; at de ordinatis ab Hæreticis multo difficilior est Resolutio. Cui libuerit, videat Honoratum Turnelium Doctorem Sorbon. hac super Quæstione adversus Morinum disputantem. De Sacram. Ord. Quæst. V. Art. I.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum VI. A.C. 511

te, ut postquam Hilarius Chartularius no- ster ad te pervenerit, Concilium generale convoces, in quo Causa hæc examinis subjiciatur, & si factum testimoniis fue- rit probatum, Maximianus omnino de- ponatur.

Id quoque ad nos refertur, Donatista- rum Hæresin in dies dilatari, eosque, si pecunias dent, obtinere licentiam magnum Catholicorum numerum rebaptizandi. Quam grave hoc malum sit, & quantum peccemus, si nos Pastores non tantum gre- gem Christi non augeamus, sed etiam a lupis rapacibus aperte invadi toleremus, utique intelligis. Dominicus Episcopus Carthaginensis data ad S. Gregorium de- pistola, eidem Ordinationis honorem gratulabatur, petebatque, ut suaPrivilegia confirmaret. S. Gregorius respondit: *scias velim, Nos, sicut nostra tuemur, etiam ea- juscunque alterius Ecclesiæ jura defendere.*

§. XV.

Patrimonium Ecclesiæ Romanæ.

1. *epist.* 70. 7. *ep.* 17. 18. 19. 20. 21.

Ecclesia Romana multa possidebat latifundia, quo Curatores mittebantur, qui ante Corpus S. Petri, priusquam Munus subirent, Fidem dabant. Formulam, in quam jurabant, inter Epistolas S. Gregorii habemus. Papa simul illorumFundorum incolis mandatum mittebat, ut Curatori obedientiam præsta- rent,

rent, & Præfecto aliisque Miniſtris publicis, ut eum tuerentur. Quandoque Defenſor, quandoque Subdiaconus mittebatur. Ejusmodi Patrimonia Eccleſiæ Romanæ etiam in Africa erant, quæ Gennadius Exarchus tam ſollicite curaverat, ut etiam illis terris, in quibus deerant, Colonos immitteret. Hinc S. Gregorius data ad eum epiſtola, quam idem Hilarius Chartularius detulit, pro obſequiis gratias agit, & Hilarium ipſius Patrocinio commendat. Chartularii ab initio fuere Epiſcopo a Secretis & Chartarum Cuſtodes; tunc vero in Provinciis, quo mittebantur, aliqua Jurisdictione gaudebant. S. Gregorius eundem in modum Paulo Scholaſtico Siciliæ Prætori commendavit Petrum Subdiaconum, quem, ut Eccleſiæ Romanæ Patrimonio præeſſet, illo mittebat; erat autem Sacræ Sedis Patrimonium in illa Inſula ampliſſimum, quod ex litteris ad eundem Petrum & Defenſorem Romanum datis diſpicitur. Id quoque Petrus in mandatis habebat, ut in Sicilia Vicarius Papæ eſſet, & intereſſet Concilio, quod ut Epiſcopi ſingulis annis celebrarent, Papa hortatur. Abbas aliquis Panormitanus querelam attulit, quod coloni ad Eccleſiam Romanam pertinentis prœdii adjacentem ſui Monaſterii fundum occupare vellent. S. Gregorius data epiſtola

Sæculum VI. A. C. 591.

1. *epiſt.* 73.

Cang. Gloſſ.

1. *epiſt.* 3.

1. *epiſt.* 1.

1. *epiſt.* 9.

Sæculum VI. A. C. 591.

Subdiacono præcepit, ut in ipsum locum se conferret, & ab omni petitione abstineret, si Monasterium Possessionem quoque tam quadraginta annorum demonstraret.

Cum Petrus deprehendisset, in administrandis Bonis Ecclesiæ in Sicilia sibi multos abusus irrepsisse, amplissimum Commentarium misit ad Papam, qui omnia dubia & difficultates propositas accurate solvit. *Ex relatis videmus*, inquit, *quod agricolis, Ecclesiæ subditis, in tempore ubertatis pretium frumenti minuatur; volumus autem, ut semper vulgare pretium omnibus annis ipsis reddatur. Nolumus etiam, ut damnum frumenti, quod naufragio perierit, agricolæ ferre cogantur. Sed curæ tibi sit, ut annona opportuno tempore in Italiam devehatur. Contra æquitatem pugnat, ut frumentum in majore mensura pendant, quam illa, qua in horrea Ecclesiæ infertur. Prohibemus etiam, ne Locatores ultra id, quod ex contractu tenentur, quidquam dare compellantur, & rescindimus omnes exactiones sordidas, si pensionem pro singulorum facultatibus a te injunctam excedant. Ne vero post obitum nostrum novis oneribus vexari possint, volumus, ut ipsis chirographum tradas, in quo pensio singulis imposita determinetur. Volumus autem, ut lucrum, quo Patrimonii Rector ex illis exactionibus fruebatur,*

1. *epist.* 42.

Patrimonium Ecclesiæ Romanæ.

tur, tu ex ipsa pensione percipias. In- Sæculum VI.
primis cura diligenter, ne dum a Loca- A.C. 591.
toribus tributum recipitur, falsa ponde-
ra adhibeantur, quod non nunquam fieri
Subdiaconus Servus-Dei asserit se depre-
hendisse. Jube vetera confringi, & no-
va suggere.

Præterea comperimus, Colonos nostros ob solutionem primæ partis Pensionis debitæ vexari, cum enim illo tempore fructus necdum vendiderint, pecunias mutuas accipere & usuras dare coguntur. Hinc jubemus, ut ex ærario Ecclesiæ ipsis des, quantum ab exteris accepturi erant, illudque paulatim, prout reddere poterunt, ab ipsis recipias, ne annona, quæ ipsis ad pendendum Domino suo debitum suffecisset, si urgentibus Exactoribus eam vili pretio vendere cogantur, deinde non sufficiat.

Illud quoque cognovimus, nimium exigi a Colonis, dum nuptias ineunt. Volumus, ut exactio ista unum Solidum aureum non excedat, si divites nubant, & minus exigatur, si pauperes. Nec istud lucellum nobis sed Locatori cedat. Istud tributi genus more Dominorum Laicorum ab agricolis quasi semi-servis petebatur. Generatim Summus Pontifex S. Gregorii hanc Petro tradit Regulam: *nolumus, ut* Epistolæ. *Ecclesiæ ærarium sordido lucro inquinetur.* In reliqua hujus epistolæ parte plures ejusmodi Regulæ præscribuntur, unde vi-

Sæculum VI. A.C. 591.

demus, quam sollicitus de rebus singulis S. Gregorius Papa fuerit, cui insuper Ecclesiæ Romanæ Regimen, & cura omnium Ecclesiarum in Italia, atque Ecclesiæ Universalis incumbebat; sed nullum laborem Summo Pontifice indignum existimabat, quo Patrimonia Ecclesiæ in optimo statu conservarentur, & impiis Sanctæ Justitiæ Leges observarentur.

12. *epist.* 30. Eadem sollicitudo minimorum apparet ex alia epistola, quam S. Gregorius ad eundem Petrum post annos duos nempe anno 593. dedit, cum ille Romam rediturus esset. In ea inter alia dicit: *offer nobis pensiones nonæ & decimæ Indictionis & omnes rationes* (duæ istæ Indictiones annos 591. & 592. indicant) tuæ ipsius relinquit arbitrio, ut illos, quos videbitur, diversis Patrimoniis se absente præponat. Erant hi Defensores, quibus Rector adjutoribus utebatur. Monet, ut locorum Præfectis pro more dona distribuat, & addit: *id facias per manus illorum, quos pro te Vicarios relinquis, ut Præfectorum Benevolentia ipsis concilietur.* Et deinde: *Si aliquos Laicos timentes Deum noveris, quos tonsura initiari oporteat, ut sub Rectore Patrimonii Curatores sint, rem maxime opprobo.* Inde videmus, ad hanc Administrationem solos Clericos fuisse admotos, sed

sed Clericos minores, quorum Præpositus Subdiaconus esset. In fine S. Gregorius subjungit: *misisti mihi equum restitantem, & asinos quinque bonos. Equum hunc conscendere non possum, quia restitat, sed nec asinos, quia asini sunt. Si vis rei nostræ domesticæ consulere, mitte talia, quæ nobis conveniunt, & quibus uti possimus.* Ex his verbis pronum est judicare, magnifica stabula S. Gregorio non fuisse. Sæculum VI. A. C. 591.

§. XVI.

S. Gregorii Largitas.

Sanctus Gregorius Magnus ingentes Ecclesiæ reditus, quos maxima diligentia conservabat, non minore Sapientia & Charitate elargiebatur. Cum S. Gelasium Papam in omnibus imitandum sibi proposuisset, Syllabum omnium Patrimoniorum Ecclesiæ ab ipso confectum inspiciebat, & quanti, si cum parata pecunia conferrentur, æstimari possent, pensabat; tum illos reditus in omnes Clericos, Familiares suos, Monasteria, Ecclesias, Cœmeteria, Diaconias, Civitatis Romanæ & Viciniæ Hospitia munifice spargebat. Quantum singulis hominum Ordinibus tribuendum esset, quatuor anni temporibus, ad Festa Paschalia, ad Festum S. Petri, S. Andreæ, & in Die Ordinationis suæ in Tabulis anno- *Joan. Diac. II. c. 24.*

Sæculum VI. A. C. 591.

annotaverat, atque idem Distributionis ordo post lapsum trecentorum annorum ætate Joannis Diaconi adhucdum observabatur. In Palatio Lateranensi repositum erat magnum volumen, quod nomina omnium pauperum, quibus S. Gregorius opitulari solebat, eorum ætatem conditionem tam in urbe, quam in locis vicinis, & etiam in Provinciis remotis continebat. Præterea in Die Paschæ tempore matutino, sedens in Ecclesia Vigilii Papæ, prope quam habitabat, & dans osculum pacis Episcopis, Presbyteris, Diaconis & aliis Viris in Dignitate constitutis, simul illis Solidos aureos elargiebatur. Prima singulorum Mensium die pauperibus res ipsas pro temporum ratione scilicet frumentum, vinum, caseum, legumina, lardum, carnes, pisces, oleum distribuebat; viris vero principibus vinum dulce & cupedias præparabat. Item Sanctissimi Patris jussu singulis diebus in qualibet urbis platea ægrotis & debilibus constituta eleemosyna a ministris ad hoc opus delectis erogabatur. Antequam cibum ipse caperet, aliquam partem de mensa sua notis pauperibus mendicare erubescentibus mittebat. Cum aliquando pauper in platea remotæ angulo mortuus fuisset inventus, S. Gregorius a Missæ celebratione per aliquot dies abstinuisse fertur, quod se homicidii reum crederet. Affe-

Afferamus aliqua Largitatis hujus S. Pontificis exempla, quæ anno Pontificatus ejus primo occurrunt. Petro Subdiacono in mandatis dederat, ut cuidam, nomine Marcello, in Monasterio S. Adriani Panormi ad agendam pœnitentiam incluso annuum subsidium conferret. *Da illi*, scripsit Sanctus Vir, *quod ad ipsum alendum & vestiendum cum uno famulo sufficere tibi visum fuerit, & quod expenderis, ratum habebo.* In alia epistola eidem Petro præcipit, ut Godestaldo, viro generosis Natalibus, sed pauperi & cœco singulis annis viginti quatuor modios frumenti, phaseolorum totidem, & certam vini copiam daret. Præcipit etiam Anthemio Subdiacono, Patrimoniorum in Italia Rectori, ut Monialibus Nolanis anno nonæ Indictionis tunc labente id est anno 591. quadraginta aureos, & annis sequentibus viginti largiretur. Item duos aureos cuidam Presbytero, cui nomen Paulinus, & duobus Monachis oratorio S. Michaelis servientibus. In alia epistola ad eundem Anthemium dicit: *A me discedentem monui te, ut egenorum curam gereres; recordor etiam me, cum tibi scriberem, idem mandatum dedisse, utque etiam datis litteris mihi illos indicares, qui ope aliena indigerent. Vix tamen unum alterumve mihi indicasti. Volo autem, ut quamprimum*

Sæculum VI. A. C. 591.

1. *epist.* 18.

1. *epist.* 44.

1. *epist.* 23.

1. *epist.* 37.

Sæculum VI. A.C 591.

primum hoc meum Mandatum ad te perve-
nerit, Pateriæ Cognatæ meæ quadragin-
ta aureos Solidos, quo subsidio ejus fami-
liares calceari possint, & quadringenta
Modios frumenti tradas. Palatinæ Ur-
bici Viduæ viginti Solidos, & trecenta
Modios. Totidem Vivianæ Felicis vi-
duæ. Summatim dabis octoginta Solidos
1. *epist.* 57. *quos a te fuisse expensos ratum habebo.* In
alia epistola jubet, ut triginta aureos de
singulis annis Palatinæ ex ordine Illu-
strium Fœminæ, & bellorum calamita-
1. *epist.* 65. te ad egestatem redactæ. Rursus in alia
epistola jubet, ut cuidam, cui nomen
Pastor, viginti tres modii frumenti, &
fabarum seu Phaseolorum undecim ad
ipsum, uxorem, & duos liberos alendos
1. *epist.* 54. tradantur. In alia epistola Summus Pon-
tifex Subdiaconum nomine Petrum cer-
tiorem facit, quod Oratorium S. Ma-
riæ in Monasterio Mariniani Abbatis de-
dicaturus esset, & addit: *quia vero De-*
mus illa inops est, ad istius Celebritatis
sumptus & nos quidquam conferre oportet;
hinc volumus, ut tradas decem Solidos au-
reos, triginta vini amphoras, ducentos
frumenti modios, duos cados olei, verve-
ces duodecim, & gallinas centum. Hæc
a te expensa rata habebo. Hic videmus
illa adhuc ætate morem obtinuisse, ut in
Dedicatione Ecclesiarum talia convivia
apta distribuerentur; nempe necdum pri-
morum

morum Sæculorum *Agapes* hominum memoria deletæ erant. Omnes has epistolas, quas memoravi, primo Pontificatus sui anno S. Gregorius dedit; sequentibus vero annis nihilo minus misericors & munificus fuit. Sæculum VI. A. C. 591.

Elias Isauriæ Abbas S. Gregorium rogaverat, ut sibi ad sublevandam Monasterii sui necessitatem quinquaginta aureos daret; tum veritus, ne nimium petiisset, rogavit, ut sibi quadraginta & postea minorem numerum daret. S. Gregorius, ne discretione illo minor videretur, primum ei quinquaginta dedit, mox addidit decem, & iterum duodecim, nempe universim Solidos septuaginta duos. 4. *epist.* 30.

Cum sciret Felici Episcopo Portuensi domesticos deesse, donavit ei juvenem servum octodecim annorum in prædio Ecclesiæ natum. Episcopo alteri misit vestes, quibus in hyeme frigus arceret. 10. *epist.* 52.

Non modicum peregrinorum numerum alebat tam in diversis Provinciis, quam Romæ, quo Longobardorum furorem formidantes confugiebant. 10. *epist.* 53. S. Gregorii Largitas.

S. Gregorio jubente ipsius Sacellanus quotidie duodecim peregrinos ad Pontificis mensam invitabat, quos inter aliquando S. Angelum Custodem suum & alia vice ipsum JEsum Christum suscepisse narratur. *Jan. Diac.* 11. *c.* 22. 23.

Cum

Sæculum VI. A. C. 591.

Cum vero S. Gregorius in omnis generis homines esset munificentissimus, ipse tamen a nemine dona accipere volebat. De hac re ad Felicem Episcopum Messinensem scribit in hunc modum:

I. *epist.* 64. *Dimittamus illas consuetudines, quæ Ecclesiis onerosæ sunt, ne in hunc locum, unde accipere ipsæ deberent, sua afferre cogantur. Consuetudinem circa alios Clericos observa, & singulis annis mitte eis, quod usus invexit; nobis vero nolumus ut deinceps quidquam mittas. Nam, quia dona accipere recusamus, quamvis Palmas a te ad nos missas grato animo receperimus, jussimus, eas venumdari, & pretium ad vos remisimus.*

§. XVII.

Episcopatus conjunguntur.

Cum bellantium furor jam ab annis sexaginta Italiæ urbes everteret, & Ecclesias turbaret, S. Gregorius susce-

II. *ep.* 35. pto Pontificatu nihil antiquius habuit, quam afflictas fovere; ne igitur pauculi, qui in iis supererant Fideles, sine Pastore essent, illarum Ecclesiarum curam vicinis Episcopis committere statuit.

I. *epist.* 8. Bacanda Episcopus Formiensis petiit a Summo Pontifice facultatem uniendi Ecclesiam Minturnensem, in qua nec populus nec Clerici supererant, Ecclesiæ suæ, ut ejus paupertati consuleretur.

Æquum

Æquum petere visus est Pontifici, qui ei omnes Reditus, & jura Ecclesiæ Minturnensis concessit. Comperto, quod Ecclesia Populonienſis ita esset deserta, ut nec morientibus Pœnitentia, nec infantibus Baptismus administraretur, ad Balbinum Episcopum Rosellanum mandata misit, ut Visitatoris munus susciperet, & illius Ecclesiæ curam; unum etiam Presbyterum Cardinalem, Diaconos duos, & tres Presbyteros in Parochiis ruralibus constitueret. Tunc Cardinales dicebantur Episcopi Presbyteri & Diaconi Titulares, certæ Ecclesiæ addicti, ut distinguerentur ab illis, qui alicujus Ecclesiæ ad tempus vel ex aliorum mandato ministrabant. Sæculum VI. A.C. 591. I. *ep.* 15.

S. Gregorius pari modo Felici Episcopo Sipontino præcepit, ut Canusii duos saltem Presbyteros constitueret, qui Parochiis ruralibus præessent. Ecclesias Civitatum Misenensis & Cumanæ, quæ erant vicinæ, & ita vastatæ, ut duobus Episcopis opus non esset, conjunxit, & ambas commisit Benenato, data facultate residendi ubi ipsi magis commodum, & utilius videretur, adjecta tamen conditione, ut pariter illius Ecclesiæ, in qua non resideret, curam gereret, & alios delegaret, qui ibi Divina Mysteria celebrarent. Simili ratione Ecclesiam Trium Tabernarum, ad incitas redactam, cum *I. epist.* 51. *L. II. ep.* 31. *II. epist.* 35. *II. epist.* 11.

Sæculum VI. A.C. 591.

Eccleſia Velitrenſi conjunxit; Joannem Velitrenſem vero Sedem Epiſcopalem mutare, & alio, ubi ab hoſtili incurſione ſecurior degeret, ponere juſſit.

Agnelo Epiſcopo Fundano ad Epiſcopatum Tarracinenſem per Electionem vocato Papa lubentiſſime conſentiens, Eccleſiæ Tarracinenſi univit Fundanam, Bellorum calamitatibus usque adeo devaſtatam ut omnino Incolæ deeſſent; Titulum tamen illius Eccleſiæ ſupprimere noluit. Joanni Epiſcopo Liſſitano in Dalmatia, capta ab hoſtibus urbe, pulſo S. Gregorius Epiſcopatum Cardinalitium Scyllaceum in Italia contulit, præcipiens, ut ad priorem ſuam Eccleſiam rediret, ſi ea Libertatem aliquando recuperaret.

II. Ind. 11. *ep.* 13. 14.

II. epiſt. 25.

Cum multi Epiſcopi in Illyrico inter Belli tumultus e Sedibus ſuis migrare compulſi fuiſſent, juſſit Imperator, ut ejecti ad illos ſe reciperent, quibus in Eccleſiis ſuis remanere licuiſſet, & ab iisdem neceſſaria alimenta acciperent. S. Gregorius hæc Cæſaris Mandata ab illius Provinciæ Rectore edoctus, datis litteris omnes Illyrici Epiſcopos hortatus eſt, ut facerent quod jubebantur, non Imperatori modo, ſed etiam Deo obſequentes, præcipienti, ut Beneficia temporalia ipſis inimicis noſtris, ſi occaſio poſtulaverit, præſtemus. Porro declarat,

I. epiſt. 43.

rat, his Episcopis e Sedibus suis pulsis in illis Ecclesiis, in quibus suscepti fuerint, nullam fore Auctoritatem, sed contentos esse oportere, si vitæ necessaria ipsis præbeantur. Martinus Episcopus Tamitanus ex Civitate sua Bellorum tempore eversa fugiens sine spe illuc unquam revertendi petiit Ecclesiam Alerienſem in eadem Insula a multo jam tempore vacantem sibi concedi; consensit Pontifex, eumque illius Ecclesiæ Episcopum Cardinalem esse jussit. Imo exemplum Institutionis ad Parochiam in alia Diœcesi quam Romana positam reperimus. Occurrit S. Gregorii Epistola data ad Episcopum, cui nomen Importunus, in qua significat, quod Dominico Presbytero illius Epistolæ latori aliquam Ecclesiam destinasset, jubetque, ut ipsi reditus fructusque anni jam præteriti tradat.

Sæculum VI. A. C. 592.

I. ep. 77. 79.

II. epist. 10.

§. XVIII.

Electio Episcoporum.

Sancto Gregorio Electio Episcoporum in Italia & Sicilia in primis curis erat, quippe in illis Provinciis magna Auctoritate vigebat. Demetrio Episcopo Neapolitano, qui ob admissorum criminum enormitatem secundum Justitiæ rigorem & Leges Divinas humanasque capite plecti meritus fuisset, depositio, ideoque

II. epist. 3.

Sæculum VI. A. C. 592.

illa Ecclesia vacante, S. Gregorius datis ad Clericos, Nobiles, Magistratus, Populumque, Epistolis monuit, ut posita omni mora Episcopum eligerent. Interim Paulum Episcopum Nepesinum Visitatorem Neapolim misit. Is populo Neapolitano tam gratus fuit, ut a Papa deposceret, eundem sibi Episcopum Titularem dari; at Papa in re gravissimi momenti diutius sibi deliberandum ratus, interim Paulum per Epistolas hortatus est, ut populum diligenter edoceret & Clericos, hos etiam ordinaret, manumissionem Servorum in Ecclesia reciperet, & pro more Clericis salaria & mercedem daret. Paulus cum aliquot Menses Neapoli transegisset, Papam rogabat, ut cito huic Ecclesiæ Episcopum daret; quippe tamdiu a parva Sede sua Nepesina abesse impatienter ferebat. Verum rem adhuc ulterius differre S. Gregorio videbatur necessarium, ut Ecclesiæ Neapolitanæ in futura tempora paterne provideret. Deinde Festis Paschalibus imminentibus quemdam Episcopum nomine Joannem in Ecclesia Nepesina Sacra peragere jussit, & ibi, quamdiu Paulus abesset, Visitatorem permanere. Itaque utile esse S. Gregorius arbitrabatur, si Episcopum a parva Ecclesia, in qua Titularis esset, avocaret, ut majorem ex Mandato ad tempus regeret;

II. ep. 12.

II. ep. 20.

nam

nam S. Patri Salus Fidelium ſuprema lex erat. Sæculum VI. A. C. 592.

Menſe Dec. eodem anno 592. Neapolitani ad Papam miſerunt Decretum Electionis, quo Florentium Eccleſiæ Romanæ Subdiaconum in Epiſcopum cooptabant. At ille oblatam Dignitatem inter multas lacrymas ſuſcipere recuſavit, non enim moveri poterat, ut Neapolim iret; quæ res tanto dolore S. Gregorium affecit, quanto gaudio prius hujus Viri Electionem perceperat. *II. Ind.* 11. *ep.* 15.

Ergo illos, qui Decretum attulerant, dimittit cum Epiſtola ad Scholaſticum Ducem Campaniæ data, in qua rogat, ut Civitatis Neapolitanæ Primores, populumque ad eligendum alium Epiſcopum convocet. *Si vero*, ſubjungit, *nullum inter vos Virum habeatis, in quem omnium vota conſpirent, ſaltem ſeligite Viros tres, quorum probitas & ſapientia omnibus perſpecta ſit, eosque huc ad nos totius veſtræ Civitatis nomine mittite; forte Romæ Virum inventuri ſunt dignum, qui Epiſcopus veſter ſit.* Hic exemplum Electionis per Compromiſſum videmus. Electio Epiſcopi Neapolitani.

Cum Pontificis Admonitionem nullus ſecutus fuiſſet effectus, alteram huic ſimilem Menſe Majo ſequente anno 593. miſit datis litteris ad Petrum Subdiaconum Campaniæ veriſimiliter Patrimonii Rectorem. Jubet, ut Clericos Eccleſiæ *ibid. ep.* 35.

Sæculum VI. A. C. 592.

Neapolitanæ excitet ad duos tresve gremio ipsorum nominandos, & Roman mittendos, qui totius Civitatis nomine Episcopum eligerent, & addit: *Illos etiam mone, ut omnia vestimenta Episcopi & necessariam ad ejus sustentationem pecuniam afferant.* Nempe eligendus Romæ etiam consecrandus erat, inde Neapolim profecturus. Interim Paulum Episcopum rogare non cessantem, ut remitteretur ad Ecclesiam suam Nepesinam, a qua jam Mensibus circiter octodecim aberat, Papa æquam ejus postulationem existimans Petro Subdiacono in Mandatis dedit, ut ei ex ærario Ecclesiæ Neapolitanæ centum solidos aureos & ad ejusdem arbitrium parvum Orphanum (id est mancipium) tradi curaret. Tandem antequam Mensis Augustus iniret anno 593. Fortunatus Episcopus Neapolitanus ordinatus est. Id enim ex duobus S. Gregorii epistolis discimus.

II. Ind. 11. *epist.* 59. 61.

Pars aliqua civium Ariminensium electum sibi Episcopum Odeatinum missis ad S. Gregorium, ipsius manibus consecrandum. Id facere S. Papa renuit, jubens, ut alium eligerent; *Si vero, inquit, in vestra Civitate neminem existere existimetis ad subeundum Munus Episcopale parem, hujus Epistolæ meæ Lator virum nominabit, a vobis eligendum.* Hic videmus, jus Pontifici fuisse illos ab Electione

I. ep. 55. 56.

ctione excludendi, qui ipsi non proba- Sæculum VI.
rentur. Verum eorum importunitati A.C. 592.
cedens dedit ipsis Episcopum Castorium, *II. Ind.* 10.
licet ipsum ob simplicitatem ingenii huic *ep.* 22.
Ecclesiæ regendæ imparem crederet. Nec *II. Ind.* 11.
aberravit a vero Pontifex, nam Casto- *ep.* 34. 35.
rius cum populum haberet refractarium
seque despectum cerneret, ex animi mœ-
rore ægrotare cœpit; hinc S. Grego-
rius illo absente Leontium Episcopum
Urbinensem Ecclesiæ Ariminensis Visita-
torem constituit. Quandoque unum *II. ep.* 29.
Visitatorem pluribus Ecclesiis propinquis
dabat. Quandoque mittebat Presbyte- *I. ep.* 78.
rum, qui Ecclesiæ vacantis curam susci-
peret, & Electionem promoveret. Vo-
lebat, ut Episcopus ex illa ipsa Civitate,
ubi Sedes vacabat, si possibile esset, eli-
geretur. Tum Episcopus electus cum *II. epist.* 19.
Decreto Electionis & Visitatoris Episto- *II. ep.* 15. 17.
lis Romam veniebat, ut ibi ordinare-
tur.

Non minori curæ Ecclesiæ Siciliæ,
quam Italiæ S. Gregorio erant. Anno
Pontificatus sui primo datis ad Petrum
Subdiaconum Patrimonii Siciliæ Recto-
rem litteris præcepit, ut, si quæ Eccle- *I. epist.* 18.
siæ Episcoporum suorum crimine vaca-
rent, viros idoneos, qui indignis succe-
dere possent, sive ex Clericis illarum
Ecclesiarum, sive ex Monasteriis exami-
ni subjiceret, & si cognosceret probos

Sæculum VI. A. C. 592.

esse, Romam mitteret. *Si autem*, inquit, *in ipsis locis neminem idoneum invenias, id tamen ad nos perscribe, ut Deus provideat.* Maximianum Monachum & Abbatem S. Andreæ Romæ, S. Gregorii in paucis amicum, Episcopum Syracusanum ordinatum Mense Dec. Indictione decima anno 591. Vicarium suum per totam Siciliæ Insulam pronunciavit, data potestate in ipsis locis minores Causas definiendi, majoribus sibi reservatis. Addidit, se istam Prærogativam ipsius Personæ non autem officio annexam velle.

II. epist. 4.

II. ep. 16. *II. ep.* 13. Maximiano deinde Summus Pontifex mandavit, ut Paulinum Episcopum Tauromenienſem in Calabria ad Sedem Liparensem vacantem transferret, & Paulino ut sine tergiversatione obediret. Inde conjiciendum, quod Paulinus huic præcepto repugnaverit. Jubet etiam, ut Ecclesiam Tauromenienſem visitet, sed Sedem Liparæ figat.

II. ep. 18. Felix Vir Consularis S. Gregorium certiorem fecerat, in Sicilia Presbyterum existere Episcopali apice dignum. Jussit illico, ut Maximianus Presbyterum accerseret, & adjunxit: *Si eum Episcopali Dignitate dignum judicaveris, postquam explovaveris ejus Scientiam & mores, ad nos mitte; eumque ad quamdam Sedem vacantem ordinabimus.*

§. XIX.

Sæculum VI.
A. C. 592.

§. XIX.

Jurisdictio Papæ.

Hæc S. Gregorius in illis ſolummodo Eccleſiis curabat, quæ ſpeciatim a Sacra Sede dependebant, ideoque Suburbicariæ dicebantur, quales erant Eccleſiæ in Parte Meridionali Italiæ ſitæ, ubi ipſe ſolus erat Archiepiſcopus, item Eccleſiæ Siciliæ, aliarumque Inſularum, quamvis illæ Metropolitas haberent. At non legimus Papam eadem Poteſtate in Provinciis Epiſcopatui Mediolanenſi, vel Aquilejenſi ſubordinatis, vel in Hiſpania, aut Galliis immediate uſum fuiſſe. Id vero veritati eſt conſentaneum, quod in Galliis Vicarium ſuum, nempe Episcopum Arelatenſem, ſicut etiam Episcopum Theſſalonicenſem in Illyrico Occidentali habuerit. Præterea Pontifex Eccleſiarum Africæ curam gerebat; hortabatur præſertim, ut Synodi ſuo tempore celebrarentur, & obſervarentur Canones. Illud vero non occurrit, quod Jurisdictionem hanc ſingularem in illis Provinciis, quæ ad Imperium Orientis pertinebant, ſcilicet quatuor Eccleſiis Patriarchalibus Alexandrina, Antiochena, Jeroſolymitana, & Conſtantinopolitana exercuerit. Papæ cum omnibus his Patriarchis Communio Eccleſiaſtica & Epiſtolarum commercium intercedebat,

Sæculum VI. A.C. 592. ſed curam particularem Eccleſiarum i lis ſubjectarum non ſuſcipiebat, niſi ſo lito majora componenda occurriſſent.(* Multitudo ingens Epiſtolarum S. Gre gorii nobis occaſionem præbet iſta d ſtinguendi, ne quis putet, prædicta jur quæ in quibusdam Eccleſiis exercebat indiſcriminatim ad omnes eſſe exte denda.

§. XX.

Epiſtola ad Venantium.

Venantius vir nobilis aliquando Mona chum profeſſus, eum deinde exui uxorem duxit, atque tunc Cancellari Italiæ munere fungebatur, quod jam ex inde erat ſpectatiſſimum, eique aliquam jurisdictionis partem in totam Provin ciam dabat. Hunc virum S. Gregorius numero amicorum ſuorum adſcripſerat, *l. ep.* 33. & multi credebant, quod jam Epiſco pus ordinatus raro ad eum Epiſtolas ex raturus eſſet; verum S. Papa credidit nullatenus ſibi eſſe ſilendum, poſtquam ad ſummum Prælaturæ faſtigium fuiſſet evectus. Ergo ad Venantium ſcribens inquit: *Nihil obſtet, quo minus loqua tibi, etiamſi importunus accidam; qui ex*

(*) Nempe talia, quæ curam Pontificis, quatenus Caput & Paſtor Eccleſiæ Univerſalis ea exigebant.

ex toto corde ſalutem tuam quæro, & perditionis tuæ particeps eſſe nolo. Utique meminiſti quem habitum geſſeris, & quam turpiter lapſus fueris? Cogita quam horrendum judicium experturus ſis, tu, inquam, qui non aliquas forſitan pecunias ſacrilego furto Deo abſtuliſti, ſed te ipſum, cui te ſub habitu Monaſtico conſecraveras! tam vehementi mœſtitiæ ſenſu obruor, ut vix vires mihi ſint ducendo calamo ſufficientes, & tamen intolerabilia tibi videntur, quæ ſcribo, erubeſcis, oculos, vultum avertis. Verum enimvero ſi ferre non potes exprobrationem hominis, qui cinis & pulvis eſt, edic, Chariſſime! quantum exhorreſces, cum Creator tuus ad judicandum venerit? accepta mea Epiſtola, ſcio enim, convocas amicos tuos, & ſuper Salute tua conſulis homines exitii tui complices, mortis tuæ Auctores; homines qui arrepta favente occaſione, quæ auribus tuis grata ſunt, occinunt, qui pecunias tuas plusquam te amant, ſi tamen ullatenus te amare dici poſſunt. Si bonum conſilium quæris, meum accipe; nemo tibi melius conſulere poteſt, quam qui te, non tua, amat. Si zelus meus ſuſpectus tibi eſſe meruit, totam Eccleſiam ad conſilium vocabo, & quidquid communi conſenſu decretum fuerit, ſequar. Venantius non eſt 31. Sæculum VI. A. C. 592.

V. IX. ep. 25.

Sæculum VI. A.C. 592.

est conversus, nec ideo S. Gregorius amicitiæ ejus renunciavit. (*)

§. XXI.

Judæi convertuntur.

I. ep. 3. 4. Sub idem tempus anno 591. quidam Judæus, cui nomen Joseph, ad S. Gregorium querelam attulit contra Petrum Episcopum Terracinensem, quod, cum Judæos ex uno loco, in quo congregari solebant, ejecisset, & licentiam dedisset, ut in alio congregarentur, jam etiam ex isto pellere niteretur. *Si ita est*, inquit S. Gregorius, ad Episcopum istum scribens, *volumus, ut conquerendi causam tollas; quippe Infideles mansuetudine, benignitate, hortatu ad Religionem Christianam attrahendi sunt, non autem minis & terrore arcendi.*

Anno 598. Judæi Calaritani ex urbe, Sardiniæ Metropoli, Romam venerunt querentes, quod aliquis eorum, cui nomen Petrus, suscepta Christiana Religione, altera post Baptismum die (id est Die Paschæ) perditorum hominum turba stipatus, eorum Synagogam vi occupasset, & illuc Imaginem S. Virginis,

(*) Ex hoc exemplo patet, necdum illa ætate Monachos ad Sæculum redeuntes auxilio brachii Sæcularis ad stabilitatem fuisse compulsos.

nis, Crucem, & veſtem candidam, quam in Baptiſmo acceperat, intuliſſet. S. Gregorius datis ad Januarium Epiſcopum Calaritanum litteris laudat eundem, quod vi acta non approbaſſet, & hortatur, ut Imagine & Cruce, ea tamen qua par eſt reverentia, ablatis omnia in ſtatum priorem reſtituat, & addit: *Sicut enim Legibus cautum eſt, ne Judæi novas Synagogas ædificent, ita etiam per easdem Leges licet ipſis veteres quiete poſſidere. Ea moderatione cum ipſis agamus, ut invitantes nos lubenter audiant, ſed inviti trahendi non ſunt, cum ſcriptum ſit: Voluntarie ſacrificabo tibi.*

Sæculum VI. A. C. 592.

VII. epiſt. 5. ind. 2.

Pſal. 53. 8.

In eodem ſpiritu lenitatis S. Gregorius ad Petrum Subdiaconum & Cyprianum Diaconum Patrimonii in Sicilia Rectores ſcripſerat. *Relatum eſt mihi,* inquit, *in fundis noſtris Judæos reperiri, qui converti nolunt. Volo, ut miſſis per omnes illos fundos Epiſtolis meo nomine Judæis promittatis, illis, qui ſe converterint, Penſionem eſſe minuendam, ita ut illi, qui pendit unum Solidum aureum, pars tertia remittatur, qui tres quatuorve pendit, uno minus impoſterum ſolvat. Nec timendum eſt, ne iſta redituum noſtrorum diminutio nullam utilitatem Spiritualem referat, quamvis enim ipſorum non ſatis ſincera eſſet converſio, liberi tamen eorum meliore fide baptizabuntur.*

XII. ep. 30.

IV. ep. 6.

Judæi.

Econtra

Sæculum VI. A. C. 592.

Econtra S. Gregorius data ad Liberatinum Siciliæ Præfectum Epistola rogavit, ut reprimeret temeritatem cujusdam Judæi, cui nomen Nasas, qui Prophetæ Eliæ Nomini ara erecta aliquos Christianos, ut illuc adoratum irent, seduxerat. Idem etiam mancipia Christiana, contemptis Legibus, emebat; nam data pecunia priorem Præfectum nomine Justinum corruperat, ut impunitus abiret.

II. ep. 37. ind. II.

I. ep. 45.

Anno primo, quo S. Gregorius S. Petri Sedem tenebat, aliqui Judæi Itali, qui mercaturæ causa sæpiuscule Massiliam devehebantur, ad Pontificem querelas attulerunt, quod ibi Judæi magno numero non tam Prædicatione, quam vi adhibita, baptizarentur. Hac super re S. Gregorius ad Virgilium Episcopum Arelatensem, & Theodorum Episcopum Massilienſem scripsit in hunc modum: *Laudo intentionem vestram; verum mihi ea in Scriptura fundetur, timeo, ne his ipsis, quos adjutos vultis, noceat, & si necessitate magis quam voluntate ad Baptisma accesserint, deinde graviore lapsu ad pristinam superstitionem redeant. Prætat itaque illos fidem edocere, & JEsum Christum prædicare, ut erudiantur & vere convertantur.*

§. XXII.

§. XXII.

Sæculum VI.
A.C. 592.

Sancti in Gallia.

Triennium effluxerat, ex quo S. Virgilius Insula Arelatensi redimitus fulgebat. Is in Aquitania natus relictis paternis Bonis (erat autem opulentissimus) vitam Monasticam in Insula Lerinensi amplexus est. Postea ad S. Symphorianum Augustoduni Abbas præficitur, atque inde ad Episcopatum Arelatensem, Licerio Episcopo fatis functo, anno Regis Childeberti decimo tertio, JESU Christi 588. Syagrii Episcopi Augustodunensis potissimum opera vocatur. Ex non nullis, quæ in Gallia occurrunt, exemplis videmus, quod vix crimini duceretur, Judæos vi compellere, ut Christiani fierent. Cum S. Avitus Episcopus Claromontanus Judæum aliquem convertisset, eumque cum cæteris Neobaptizatis ad Ecclesiam deduceret, Judæus alius subito conversi caput fœtente oleo perfudit; mox populus facti insolentia irritatus Judæorum Synagogam destruxit; S. Avitus vero ad eos misit, qui suo nomine dicerent: *Nolo cogere, sed ad Fidem in JEsum Christum vos invito, & si credere respuitis, hinc vos auferte.* Plerique se in JEsum Christum credere edixerunt, & numero ferme quingenti baptizati sunt; qui noluerunt bapti-

vita. to. 2. Act. Ben. p. 55.

Greg. Tur. IX. c. 23.

Greg. V. hist. c. 11.

Sæculum VI. A. C. 592.

baptizari, Massiliam se receperunt. Chil-
pericus Rex anno 582. Regni sui 21
Id. VI. hist. c. 17. multos Judæos baptizari curavit, & ali-
quos eorum e sacro fonte levavit; ve-
rum non nulli etiam post Baptismum
præter diem Dominicam Sabbatum ce-
lebrabant. Unus ex iis nomine Pri-
cus nulla ratione permoveri poterat, ut
se converteret; Rex iratus eum carce-
dari jussit, ut saltem Doctrinam Christia-
nam auscultare cogeretur; sed ecce! ali-
quo post tempore ab alio Judæo conver-
so, Regis Filio lustrali, occiditur.

Eodem anno, quo S. Gregorius ad
duos Episcopos Galliæ scripsit nempe an-
no 591. Childeberti decimo sexto S. Sul-
Greg. Tur. X. hist. c. 26. picius Severus Episcopus Bituricensis ad
Cœlestia migravit 29. Jan. qua die Ec-
clesia ipsius memoriam colit. Is ab an-
no 584. illam Sedem annis septem obti-
Mart. Rom. 29. Jan. nuerat, atque Eustasium Ecclesiæ Augu-
stodunensis Diaconum habuit Succes-
Greg. ibid. rem. Cum eodem anno Ragnemodus
seu Raymundus Episcopus Parisiensis
decessisset, & Faramodus Presbyter Fra-
ter ejus diceret, sibi competere, ut suc-
cederet, aliquis ex Syria Mercator no-
mine Eusebius ingentem vim auri pro-
fudit, & Episcopatum obtinuit. Ita or-
dinatus omnibus, qui apud Antecessо-
rem ejus fuerant, Clericis dimissis, ho-
mines in Syria natos constituit, qui in
Domo

Domo Ecclesiæ ministrarent. Nihilominus post ipsum Faramodus Episcopus Parisiensis fuit. Sæculum VI. A. C. 592.

Illo etiam anno S. Aredius, celebris Abbas in agro Lemovicensi, ubi etiam ex Familia nobili ortus erat, Superis insertus est. Olim Regi Theodeberto adhærens, & Cancellarii munere functus a S. Niceta Trevirensi permotus est, ut adhucdum juvenis aulam relinqueret. Tum eundem Vir Sanctus sacras litteras edocuit. In patriam redux cura rei familiaris & Bonorum omnium Matri relicta, Ecclesias ædificare & Reliquias colligere cœpit. Fundato Monasterio, primum mancipia sua immisit, eisque Regulas Cassiani, S. Basilii, aliorumque Abbatum, qui Instituti Monastici Auctores extitere, observandas obtulit. Mater S. Aredii Pelagia, etsi diu noctuque orare & Deo servire non cessaret, his Monachis alimenta & vestitum præbebat. Multi morbis afflicti ad S. Aredium venientes, si super ipsos Signum Crucis formasset, liberabantur ab infirmitate. Hoc modo multa edidit Miracula. Tandem cum Turonem advenisset, celebrato S. Martini Festo, Episcopo valedixit tanquam propediem moriturus, & ad Monasterium suum reversus condito Testamento, quo S. Hilarium & S. Martinum Hæredes scripsit, vigesima quinta

Sancti in Gallia.

Ibid. 29. *Id. glor. conf.* c. 9. *vita PP.* a. 17. *vit. S. Ared. Act. Ben. to.* 1. *p.* 350.

Martyr. Usuard. 25. *Aug.*

Sæculum VI. A. C. 592.

Aug. animam Deo reddidit. S. Ferreolus Episcopus Lemovicensis funus curavit.

S. Aredio Discipulus fuit aliquis Diaconus memoratu dignus, cui Nomen Vulfilaicus. Is Gente Longobardus ab unguiculis S. Martinum singulari devotione coluit, quamvis nesciret, an Martyr esset vel Confessor, aut ubi terrarum Reliquiæ ejus servarentur. Cum se S. Aredio instituendum tradidisset, aliquamdiu in illius Monasterio versatus, transiit inde in quemdam locum Territorii Trevirensis prope Castrum tunc Eposium, hodie Epusum dictum, & in proximo monte extruxit Monasterium, cujus Ecclesia S. Martino dedicata erat. Postea columnam sibi erigi curavit, in qua stans nudipes rigidissimæ hyemis injurias tam constanter tolerabat, ut ne pius ungues exciderent. Modico pane & aqua, atque paucis oleribus nutriebatur. Proximarum villarum plebem ad insolens spectaculum accurrentem Vir Sanctus exhortabatur, ut Dianæ sacris & profanis cantionibus, quibus convivia dehonestabant, renunciarent. Habebant hi populi magnum illius Deæ simulacrum, cujus Religio jam Domitiani Imperatoris ætate in vastissimis illarum Sylvarum spatiis sub nomine Dianæ Ardennensis latissime celebrabatur; porro Vulfi-

Greg. VIII. hist. c. 15.

Vulfilaicus Diaconus.

Inscr. ap. Brou antiq. Brev.

Vulfilaicus tum Prædicatione, tum fusis ad Deum precibus obtinuit, ut Idololatræ isti converterentur, & confractis minoribus Idolis persuasit etiam, ut illud majus convellerent, & in cineres redigerent. Sæculum VI. A. C. 592.

Episcopi ejus vitæ rationem videntes dixerunt: *Absit, ut tibi in mentem veniat, imitari Magnum Simeonem Antiochenum, qui in columna vitam duxit; nec natura climatis, sub quo vivimus, tantum rigorem sustinere tibi permittit. Ergo descende, & cum Fratribus, quos collegisti, habita.* Credidit Vulfilaicus innoxium se esse non posse, nisi Episcopis obediret; descendit itaque, & cum cæteris habitavit. Quadam die Episcopus, Vulfilaico longius e suo Monasterio evocato, operarios misit, qui columnam destruxerunt. Ipse altera die rediens amissam columnam multis lacrymis prosecutus est, at illam reparare non audebat, ne contumaciæ in Episcopos argui posset. Gregorius Turonensis aliquando iter faciens & ad ejus Monasterium divertens hæc omnia ex ipsius ore audivit; istud vero unicum est in Occidente Monachi Stylitis exemplum, quod me legisse meminerim.

Sæculum VI.
A. C. 592.

§. XXIII.

Sycophanta in Gallia.

Illo circiter tempore, quo S. Arediusobiit, in Galliis peſſimus aliquis Sycophanta extitit. Is, cum aliquando in ſylva arborem cædenti examen apum aculeos infixiſſet, a ſana mente dimotus eſt, & per annos duos ab omnibus ſatuus eſſe creditus. Exinde in Provinciam Arelatenſem migrans, pellibus indutus, continuæ orationi intentus videbatur, imo non defuere, qui in vulgus ſpargerent, ipſum Cœleſtibus Revelationibus honorari. Tum in Regionem Gabalenſem delatus, dicere cœpit, ſe eſſe Chriſtum, habebatque apud ſe fœminam, quam vocabat Mariam. Multitudo populi ægrotos ad eum adducebat, quos contingendo ſanare ferebatur. Aut aurum, argentum veſtesque afferebant, quæ ipſe, ut ſolertius falleret, pauperibus diſtribuebat, ſed etiam ut plura elargiri poſſet, ſæpe peregrinantes rebus omnibus ſpoliabat. Non nunquam in terra proſtratus orabat cum illa Fœmina; mox ſurgens a præſentibus omnibus adorari volebat, morte denunciata illis, etiam ſi Epiſcopi eſſent, qui caput inclinare, & genua flectere detrectarent. Vaticinabatur etiam, & plerumque mortibus aut Bonorum temporalium jacturam mina-

Greg. X. hiſt. c. 25.

minabatur. His ingentem hominum non rusticorum modo, sed Ecclesiasticorum quoque multitudinem seduxit, ita ut jam plus quam tribus virorum millibus stipatus incederet. Velauniam ingressus prope Anicium † stetit cum toto suo exercitu, quo in aciem more militari dispositio Aurelium Episcopum aggressurus erat. Præmisit vero aliquot viros nudos & petulce saltitantes, qui ipsum venire nunciarent. Episcopus rei portento attonitus strenuos viros misit, exploraturos, quid sibi homo vellet. Cum illorum fortissimus impostori proxime admotus inclinato corpore osculum genibus ejus fixurum se simularet, ipse virum comprehendi, & spoliari jussit, qui omnibus velocior educto gladio hominis monstrum vi tanta cæcidit, ut exanimatus in partes dissiliret. Mox Sectatores ejus omnes in diversa spargutur, capitur Maria, ex qua deinde tormenta expresserunt, quibus fraudibus præstigiator generi humano illusisset. Nihilominus multi, quos seduxerat, errorem ponere nolentes affirmabant, ipsum esse Christum, & illam Mariam, quæ Divinitatis particeps esset. Illo tempore in omnibus ferme Galliarum Provinciis plures similis furfuris Impostores grassabantur, trahentes secum mulie-

Sæculum VI. A.C. 592.

† Le Puy.

Sæculum VI. A.C. 592.

res, quæ, Baccharum instar furentes, Viros sanctos eos esse proclamabant.

§. XXIV.

S. Gregorii Turonensis exitus.

de Mir. S. Mart. L.IV. c. 5.

Hoc anno 591. Childeberti Regis decimo sexto Gregorius Turonensis Historiam suam claudit, postea annis quatuor superstes. Corpore parvus, magnis virtutibus claruit. Plura ei tribuuntur Miracula, quæ ipse S. Martino, aliisque Sanctis, quorum Reliquias semper

vit. ap. Sur. 17. Nov. c. 13. Greg. VI. hist. c. 10.

gestabat, adscripsit. Cum fures, directa S. Martini Ecclesia, comprehensi fuissent, timens, ne Chilpericus Rex reos capite plecteret, datis ad eum literis, pro ipsorum vita enixe deprecabatur, addita parcendi causa, quod ipse, cum esset illius Ecclesiæ Episcopus, ei soli competebat Actionem movere, furem non accusaret. Pepercit Rex, idque solum curæ fuit, ut omnia ablata Ecclesiæ

V. hist. c. 44. VI. hist. c. 40. V. hist. c. 45. X. hist. c. 13. vita c. 20.

restituerentur. Gregorius in Doctrina Ecclesiæ erat admodum versatus, quod liquido apparet ex pluribus ejus Disputationibus, quas ipsemet refert, scilicet duas adversus Arianos, Agilanum & Oppilam, adversus Chilpericum Regem, talia affirmantem, quæ Errorem Sabellii sapiebant, & contra unum e suis Presbyteris, qui Resurrectionem negabat. In his omnibus Gregorius S. Scripturæ locis

locis appoſite utitur. Sub vitæ finem Romam profectus honorifice exceptus eſt a S. Gregorio Papa, qui ut oſtenderet, quanto honore Eccleſiam Turonenſem proſequeretur, ei Sedem deauratam dedit. Gregorius Turonenſis ad Cœleſtem Patriam abiit annos natus quinquaginta duos, quorum viginti duos in Epiſcopatu tranſegit, anno 595. decima ſeptima Nov., qua die Eccleſia ejus Memoriam colit. Ingenii ſui partus nobis reliquit diverſos. Primo Hiſtoriam Eccleſiaſticam in decem Libris, quorum primus in compendio totam temporum Seriem a Mundi Creatione usque ad S. Martini obitum complectitur. In Sequentibus Res Geſtas præſertim ſui ævi fuſius enarrat, plurimis ex Hiſtoria profana admixtis. Tum ſeptem Libros de Miraculis, nimirum duos de Gloria Martyrum, unum de Gloria Confeſſorum, & quatuor de S. Martino. Octavum etiam de Vita Patrum. Alios quoque duos Libros conſcripſerat, qui nobis non ſuperſunt, ſcilicet Commentarium in Pſalmos, & Tractatum de Officiis Eccleſiaſticis. Ex eo, quod S. Gregorius magnum Miraculorum numerum congeſſerit, potius pia credulitas quam Artis Criticæ peritia deprehenditur, & Stylus, ut ipſe fatetur, Sæculi illius Barbariem aliquatenus prodit.

Sæculum VI. A. C. 592.

V. Coint. an. 595. n. 26.

Mart. R. 17. Nov.

Greg. Prol. Hiſt. & Præf Glor. Corp.

Sæculum VI.
A. C. 592.

§. XXV.

Longobardorum Bella.

Illorum temporum calamitates S. Gregorium Papam etiam Romanæ Reipublicæ (*) curam gerere cogebant; nam Romanus Patricius & Exarchus Ravennæ pacem cum Longobardis initam fregerat, gerendo Bello impar. Hinc Ariulphus Dux Spoletanus usque ad Urbis portas grassatas hos trucidabat, illos mutilabat; quod tanto dolore paternum Gregorii pectus obruit, ut succumbens ægrotaret. Id cognoscimus ex epistola ad Joannem Ravennatensem Episcopum in æstate anno 592. data, ubi subjungit:

Lib. II. *ind.* 10. *ep.* 32. *valde mirabar, quod nihil pro nobis ageres, cujus industria alias mihi exploratissima est. Sed ex tuis litteris didici, te satis multum laborare, verum apud ejusmodi hominem, ubi oleum & operam perderes. Nam qui apud te ibi est* (nempe Exarchus) *cessat, hostes nostros non oppugnat, & tamen pacem inire nos prohibet; quamvis talis hodie sit rerum status, ut pacem inire, etiamsi juberet, non possemus, quia Ariulphus, acceptis ab Authari & Nordulpho copiis, exactiones ab ipsis*

(*) Lector judicio præditus ex his viam notare potest, quam ingressi SS. Pontifices tandem ad supremum Principatus fastigium pervenerunt.

ipsis indictas exposcit, antequam de Pace mentionem audire velit. Ceterum Romani Patricii iracundia te non perturbet; nam quantum Dignitate ipso major sum, eo graviore constantia me viri hujus levitatem tolerare oportet. Nihilominus, si utcunque tractabilem habere possis, elice ex ipso consensum, ut cum Ariulpho pacis conditiones ineamus. Quippe optimæ militum cohortes exurbe, quod utique scit, avocatæ fuere, & Theodosianæ, quæ nobis relictæ sunt, cum stipendia non accipiant, vix compelli possunt, ut muros custodiant. Et inferius: *Quantum ad urbem Neapolim pertinet, monebis Exarchum, Arigisum copias cum Ariulphi milite junxisse, & nobilissimæ urbi insidiari; hanc inter amissas esse numerandam, nisi prompte strenuus Dux mitteretur, qui intus imperet.* Arigisus iste erat Dux Beneventanus. S. Gregorius subdit: *Si Exarchum permoveris, ut nos de pace transigere sinat, alium ad te mittam Tabellarium, ad pretium statuendum.* Nempe cum Longobardis nulla alia pacta, quam de auro dando iniri solebant. Ex aliis quoque epistolis, quæ ejusdem belli tempore scriptæ fuisse videntur, apparet, quanto fervore S. Gregorius Romanorum Duces ad oppugnandos Longobardos excitaverit; verum nulla notatu magis digna est, quam illa, in qua

Sæculum VI. A. C. 592.

XII. *ep.* 21. 22. 23.

Sæculum VI. A.C. 592.

militibus urbis Neapolitanæ præsidiariis præcipit, ut Constantio Tribuno, quem illuc mittebat imperaturum, obedirent. Nempe Exarchi inertia Pontificem ista agere cogebat, qui fortasse his ipsis militibus stipendia numerabat; nam in cæteris nullus dubitandi locus est, quin S. Gregorius Potestatibus Sæcularibus se submiserit.

II. *epist.* 24. Joannes Ravennatensis datis ad Papam litteris aliqua perscripserat in causa Episcoporum Istriæ Schismaticorum, qui obtinuerant ab Imperatore, ut prohiberetur Papa ipsos persequi, causati, quod Longobardorum vim, & direptiones passi fuissent; hi enim illorum Regionem depopulati, Gradam ipsam Severi Pa-

II. *epist.* 31. triarchæ eorum Sedem incenderant. Igitur Joanni Ravennatensi Papam monenti, videri sibi, Severo, quem sors tristis premeret, aliquam eleemosynam esse mittendam, rescripsit in hunc modum: *hæc neutiquam mihi suggereres, si scires, quot dona ad Regiam Constantinopolim mittat, ut sibi Patronos contra nos conciliet. Et si hoc non faceret, oportet tamen, ut prius illis Charitatis Christianæ Officia impendamus, qui Matris suæ fideles filii sunt, quam Ecclesiæ Adversariis. Prope nos est Fanum, ex qua Civitate multi captivi abducti sunt; illo Eleemosynam anno præterito mittere volebam, sed destituli,*

stuli, donec hostiles tumultus cessarent. Sæculum VI.
Suadeo igitur, ut Claudium Abbatem cum A. C. 592.
pecunia illuc mittas, qui, quotquot potuerit e captivitate redimat. Si quæras de auri pondere, quantum dederis, ratum habebo. Claudius S. Joannis de Classe prope Ravennam Abbas erat.

§. XXVI.

Causa Natalis Salonensis.

In eadem illa Epistola S. Gregorius de Natali Episcopo Salonensi in Dalmatia mentionem facit magnum gaudium testatus, quod errorem emendasset. Qua de re ageretur, ex epistolis prioribus S. Gregorii discimus. Sedente Pelagio Pa- II. *ind.* 10.
pa S. Gregorii Antecessore, Honoratus *epist.* 14. 15.
Archidiaconus Salonæ Libellum obtulerat, in quo querebatur, se ab Episcopo Natali male haberi; *quia*, inquiebat, *ferre non possum, ut Vasa Sacra, quorum ego Custos sum, propinquis suis donet*, Pelagius Papa Natalem exhortatus fuerat, ne ideo Honoratum aversaretur, nec Presbyterum ordinaret invitum. Hoc non obstante Natalis Synodo Provinciali, in qua ipse Metropolita erat, convocata Honoratum deposuit, & in ejus locum alium Archidiaconum, ad ingenium suum factum, ordinavit. Tum Honoratum etiam nolentem Presbyterum creavit. Pars utraque datis litteris, apud S. Gre-

Sæculum VI. A. C. 592.

S. Gregorium sub ipsa Pontificatus auspicia causam suam defendit, quibus acceptis Pontifex rescripsit, jubens, ut Honoratus sicut prius Archidiaconi Officio fungeretur, & addit: *si scandalum ipsius tollere potes, multum id proderit animæ tuæ, si non potes, sine mora huc ad nos veni; Episcopus autem tuus virum mandatis suis instructum mittat. Interim scias velim, quod a te strictam rationem omnium rerum mobilium pretiosarum Ecclesiæ tuæ, aliarumque quæ a diversis Ecclesiis ad tuam comportatæ fuere, exactorus sim.*

1. *epist.* 10.

1. *epist.* 19.

Natali S. Gregorius scripsit in hunc modum: *Concilii tui Acta ad nos transmissa, quibus Honoratus Archidiaconus condemnatur, nulli rei, nisi foveandis litibus vestris apta sunt, cum eundem quem a Diaconorum Ordine deponis tanquam indignum, ad Sacerdotii Dignitatem nolentem evebas. Quare admonemus te, ut eum Munere pristino fungi sinas, & si jurgia vestra necdum cessent, veniat ipse ad nos, tu vero virum mitte, qui nomine tuo respondeat.*

II. *Ind.* 10. *ep.* 14.

Cum Natalis his Mandatis morem non gessisset, S. Gregorius Mense Martio anno 592. Indictione decima iterum scripsit in hæc verba: *Plures ex Civitate tua ad nos venientes referunt, quod deposita gregis tui cura laute epuleris. Cæterum ex vitæ tuæ ratione satis liquet, te nec*

te nec Lectioni, nec Prædicationi vacare. Tum iis, quæ a Pelagio Papa, & ab ipso in hac causa facta erant, memoratis, subdit: *itaque jam toties monitus, quamprimum has acceperis, Honoratum Officio suo restitue, si ultra cunctaveris, scito te privatum esse jure utendi Pallio, quod tibi a Sacra Sede concessum est, &, si in obstinatione perseveres, participatione Corporis & Sanguinis Domini esse privandum. Tunc denique etiam in Judicio examinaturi sumus, an dignus sis, qui in Episcopatu remaneas. Illum vero, qui cum injuria Honorati ad Archidiaconatum promoveri se passus est, ab illa Dignitate deponimus, & si hoc Munere fungi non desinat, S. Communione privabitur.* S. Gregorius hanc epistolam ferendam, & Mandatorum istorum executionem commisit Antonino Subdiacono, quem Patrimonio Ecclesiæ Romanæ in Dalmatia præfuturum ablegabat. Alias item dedit epistolas reddendas, unam illius Provinciæ Episcopis, ut scirent, quid ageretur, alteram Jobino Præfecto, cujus Benevolentiæ Antoninum commendabat, rogabatque, ne Natalem contra æquitatem suo Patrocinio defenderet.

Sæculum VI. A. C. 592.

Natalis Salonensis.

ibid. ep. 16.

epist. 15.

epist. 17.

Fracta est tandem Natalis pertinacia, submisit se Pontifici, & mores emendavit. Scripsit nihilominus epistolam, qua se purgare conabatur; ad excusandam convi-

ep. 32.

Sæculum VI. A.C. 592.

conviviorum ſplendorem plures Textus ex S. Scriptura inepte afferebat, atque inter alios etiam illum: *qui non manducat, non judicet manducantem.* Hic Textus, reſpondet S. Gregorius, *ad noſtram cauſam nullatenus facit; nam falſum eſt quod ego non manducem. Deinde S. Paulus tantum de illis loquitur, qui judicant fratres, quorum cura ipſis non eſt commiſſa. Ægre ferre potes, quod lautiſſime convivantem arguam? ego vero, qui Eccleſiæ meæ Prærogativa ſupra te ſum, quicunque in me errorem reprehenderit, boni conſulam. Imo neminem amicorum meorum numero adſcribo, niſi quorum ſermo ad abſtergendas animæ meæ maculas, ante Adventum terribilis Judicis, idoneus eſt.* De Cauſa ejus cum Honorato Judicium usque ad Adventum Legatorum differt; at Natalis poſt ſex circiter Menſes e vita exceſſit.

ep. 37. Rom. 14. 3.

II. *ind.* II. *ep.* 22.

§. XXVII.

Cauſa Adriani Thebani.

II. *ind.* II. *ep.* 7. Eodem anno 592. Menſe Octobri Indictione undecima S. Gregorius Adrianum Epiſcopum Thebanum contra fas depoſitum reſtituit. Contra eum, cum Eccleſiæ ſuæ Diaconos duos Joannem & Cosmum, unum ob peccatum impudicitiæ, alterum, quod Bona Eccleſiæ fideliter non adminiſtraſſet, depoſuiſſet, uter-

uterque depositus apud Imperatorem Actionem tam Civilem quam Criminalem movit. Imperator, sicut Canones postulabant, Adrianum ad Tribunal Joannis Episcopi Lariſſæi Metropolitæ ipsius remisit, ut in causa Civili absolute pronunciaretur, in causam vero criminalem inquireretur, & Acta ad Imperatorem deferrentur. Articulus primus, de quo Diaconi Joannes & Cosmus Episcopum suum accusabant, talis erat; quod Stephanum ejusdem Ecclesiæ Thebanæ Diaconum, quamvis vitam ejus infamem non nesciret, non deposuisset. Et equidem pessimum esse hunc Diaconum probarunt, non item quod Episcopus Adrianus hujus scandali gnarus fuisset. In Articulo secundo dicebant, ipsum prohibuisse aliquos infantes baptizari, qui deinde sine Baptismo mortui essent. At testes, qui hac super quæstione producti sunt, non affirmabant Adrianum Episcopum hanc rem sciviſſe, nec alia afferebant, quam quæ audierant a Matribus, quarum Mariti ob commissa crimina fuerant excommunicati. Aliunde autem constabat, infantes Demetriade fuisse baptizatos. Nihilominus Joannes Archiepiscopus Lariſſæus Adrianum Thebanum tam in Judicio criminali quam civili condemnavit. Sæculum VI. A. C. 592.

Quam-

Sæculum VI. A.C. 592.

Quamvis Adrianus ab hoc judicio a Imperatorem appellaret, Joannes Lari sæus arcto carceri mandatum coëgit, u traderet sibi libellum, in quo latæ co tra se Sententiæ tam quoad crimina quam civilia acquiescebat. Verumtame objecta sibi crimina non nisi verbis ambiguis, quibus sibi via ad defensionem non præcluderetur, fatebatur. Interim Mandatarios constituit, qui in curia Imperatoris appellationem urgerent, & a cta omnia Judicii a Joanne Lariſſæo hu exhiberent. Imperator examinandam hanc appellationem Honorato Eccleſiæ Romanæ Diacono Constantinopoli Nuncio & Sebastiano illorum primo, qui e dem a secretioribus epistolis erant, com misit. Omnibus ad examen mature vocatis Adrianus Thebanus absolvitur.

Sed non acquieverunt Adversarii; nam Mandatum ab Imperatore obtinuerunt, quo hæc Causa ad Joannem Episcopum primæ Justinianæ, Illyrici Primatem & Sacræ Sedis Vicarium remitteba-

epist. 6. tur. In hoc iterato examine Adrianum Thebanum nec Testium depositione nec confessione propria convictum Joannes Primas tamen condemnavit, & ab Episcopatu deposuit. Adrianus Thebanus ad Papam appellavit, atque suæ Appellationis certiorem fecit Joannem Justinianæum, qui Nuncios suos Honorato Dia-

cono Papæ Legato Constantinopoli pro- Sæculum VI.
mittere jussit, missurum se viros Romam, A. C. 592.
qui latam a se Sententiam defenderent.
Ipse Adrianus Romam profectus oblato Papæ Auctoritas.
in manus Pontificis Libello querebatur, se innocentem a Metropolita & Primate suo fuisse condemnatum. S. Gregorius Papa, cum diu Delegatos eorum expectasset, quos mittendos edixerant, ut suum Judicium propugnarent, & nemo veniret, ne tamen causa non cognita pronunciasse videretur, Acta Judicii tam coram Joanne Lariſſæo, quam Joanne Justinianæo exerciti examinavit, atque utriusque Judicium quoad formam illegitimum, & quoad rei ipsius Summam iniquum invenit. Ergo Sententiam Primatis nullam declarat, ipsum ad triginta dierum pœnitentiam damnat, quo tempore Sacra Communione privaretur, & graviores pœnas comminatur nisi obediat. Papa etiam Adrianum Sedi suæ restituit, sibique deliberandum reservat, quid de Joanne Justinianæo esset decernendum, qui Potestate a Sacra Sede in Illyrico sibi tanquam Pontificis Vicario concessa abusus fuisset. *epist.* 6.

In Epistola ad Joannem Lariſſæum data S. Gregorius loquitur in hunc modum: *Communione Corporis Domini Nostri privari meritus es, quoniam contempsisti Antecessoris mei Admonitionem,*

æculum VI. A C. 592.

dum a Jurisdictione tua Adrianum & Ecclesiam ipsius Thebanam exemit; verum plus jam a te non exigimus, ut si quam Actionem civilem aut criminalem contra Adrianum Episcopum movere velis, a hac Causa Nuncii nostri, qui Constantinopoli sunt, judicent, si sit mediocris momenti; si vero majoris, ad Sacram Sedem deferatur. Hæc tibi injungimus sub pœna Excommunicationis, a qua non aliter quam jubente Romano Pontifice, sola mortis articulo excepto, absolvi poterit. Volumus etiam, ut sine omni tergiversatione omnia Bona Sacra aut profana, mobilia aut immobilia Ecclesiæ Thebanæ, quæ surripuisse accusaris, & quorum commentarius in nostris manibus est, restituas & si hac super re aliqua contentio oriatur, jubemus, ut de ea Nuncius Noster Constantinopolitanus cognoscat. Ita S. Gregorius hanc Causam decidit; unde Jurisdictionis & Judiciorum Ecclesiasticorum rationem perspicue videmus, nobisque Exemplum, quanta illa ætate Sacræ Sedis Auctoritas fuerit, memoratu dignissimum perhibetur. (*) S. Gregorius com-

(*) S. Gregorii Magni ætate, ut videmus, Romanus Pontifex a Fidelibus in omnibus orbis Christiani Partibus Ecclesiæ Universalis Caput & Rector habebatur. Quid ad hæc Protestantes? utique non dicent, veram Christi Ecclesiam tunc nullibi extitisse?

comperto ex epistolis Episcoporum Provinciæ Corinthiacæ, Adrianum Accusatoribus suis fuisse reconciliatum, aliquem Diaconum Ecclesiæ Romanæ illo misit, qui exploraret, an in ista Reconciliatione nihil contra Canones actum fuisset. Sæculum VI. A. C. 593. II. *ind.* II. *epist.* 38.

§. XXVIII.

Admonitio ad Joannem Constantinopolitanum.

Anno 593. mense Julio S. Gregorius Constantinopolim misit Sabinianum Nuncii sui munere functurum, qui postea ejus Successor in Petri Cathedra fuit. Huic litteras commendatitias ad viros magna Auctoritate spectabiles, amicos suos, quales erant Priscus Patricius, qui exercitui in Oriente præerat, & Theotimus Medicus, ferendas dedit. Eundem etiam commendavit Joanni Jejunatori data epistola, ex qua inter S. Gregorium & hunc Patriarcham dissidii semina deprehenduntur. Papa duas ad eum dederat epistolas in causa Presbyteri, cui nomen Joannes, & quorumdam Monachorum Isauriæ, qui de Hæresi accusabantur; horum aliquis, Presbyterorum Ordine insignitus, nomine Anastasius, in Ecclesia Constantinopolitana vapulaverat. Joannes Patriarcha S. Gregorio rescripsit, se nihil horum scire. Ad hæc *ibid, ep.* 52. *epist.* 66. *epist.* 52.

Sæculum VI. A. C. 593. S. Gregorius : *hoc tuum responsum at*
nitus legi ; si enim revera hæc nescis, qu
miserius, quam Dei Ministros tanta co
tumelia affici, & Pastorem præsentem
Sap. 1. 11. *nescire? si vero scis, quid dicemus ad*
quæ scripta sunt, os, quod mentitur,
cidit animam? quid prosit tibi jejunu
quid insolens abstinentia? melius esset,
carnem ingereres in os tuum, quam
verba inde exeant falsa, quibus proxim
II. ind. II. ep. 64. *tuo illudas? avertat Deus, ut hæc mi*
de te mens hæreat. Litteræ quidem
fronte Nomen tuum exhibent, sed pers
dere mihi non possum, eas e tuo fluxi
calamo ; has scripsisse magis credibile
juvenem illum, quem apud te habes, h
rum Divinarum rudem, qui nescit vi
ra charitatis, quem multorum crimin
reum cuncti accusant, quem quotidi
stamenta clam condita obtendentem defu
ctorum Hæreditati inhiare dicunt, qu
nec timor Dei, nec hominum Reverentia
bibet. Crede mihi, Venerabilis Frate
nihil prius tibi curæ esse deberet, qu
istum hominem castigare ; si enim huic
res dare non desinas, nunquam erit ti
Pax cum Fratribus tuis. Causam Pre
byterorum, qui injuriam passi erant,
Sabiniano Diacono amplius examina
dam committit, atque addit epistolæ
pilogum : *opto ut te talem inveniat, qu*
lem ego olim Constantinopoli te novi.

S. Gre

S. Gregorius in eadem Cauſa ad Narſetem Patritium ſcripſit in hunc modum: *Scias velim, me totis viribus conaturum, ut hanc Cauſam ad finem perducam; & ſi videro Sacræ Sedis Canones non obſervari, faciam, quod mihi Deus contra Canonum contemtores faciendum ſuggeret. Ignoſce mihi, quod ad tuas breviſſime reſpondeam. Tot tantisque calamitatibus premor, ut longas epiſtolas vel legere vel ſcribere pigeat.* Sæculum VI A. C. 593.

§. XXIX.

Coſroes in S. Sergium munificus.

Sub idem tempus S. Gregorius epiſtolam dedit ad Domitianum Epiſcopum Melitinenſem Armeniæ Metropolitam, & Mauritii Imperatoris Propinquum, qui Pontificem de Senſu Morali quorumdam locorum Sacræ Scripturæ conſuluerat, ſeque in converſione Regis Perſiæ parum proficere ſignificaverat. Fuit is Coſroes, cujus Patre Hormisda a Perſis interfecto, ipſe Rex ſalutatus eſt, moxque a Factione adverſaria pulſus. In Ditionem Romanorum confugienti Mauritius Imperator omne auxilii genus ſuppeditari juſſit, utque Regi honorem convenientem haberet, miſit ad eum Legatum Domitianum Epiſcopum, Eccleſiæ ſuæ Melitinenſis ſitu illis Regionibus commode propinquum, virum ingenio & prudentia incly- *Evagr.* VI. *hiſt.* c. 16. 17. c. 8.

Sæculum VI. A. C. 593.

inclytum, & rebus gerendis idoneum. Præterea Imperator alterum ad Cosroen Legatum ire jussit Gregorium Episcopum Antiochenum, cujus dona primum, quæ afferebat Regia, deinde singularem Sapientiam & consiliorum prudentiam Persa admiratus est. Princeps hic, cumque Hierapolim Provinciæ ad Euphraten sitæ perveniisset, in Persiam denuo movit, atque Romanorum auxiliis auctus superatis prœlio hostibus Regnum recuperavit.

c. 19.

Th. V. h. c. 15 *Ev. VI. c.* 21. *Sup. Lib.* XXXIII.

Credebat Barbarus plurimam opem sibi attulisse S. Sergium Martyrem in illis Regionibus celeberrimum; hinc in gratiti animi signum S. Gregorio Episcopo Antiocheno misit Crucem auro & gemmis ornatam, olim a Theodora Imperatrice Justiniani uxore dono datam, & postea a Cosroe Seniore cum multis aliis ad S. Sergium repositis Cimeliis ablatam. Huic Cruci Cosroes junior adjecit aliam torquem auream cum inscriptione græca, ejusmodi: *Ego Cosroes Rex Regum Hormisdæ Filius, cum in terram Romanorum recepissem ob seditionem Varani, sciens quod perfidus Zadespram equitatum Nisibitanum ad defectionem sollicitaret, equitatum meum in Rebellem immisi; cumque a meis percepissem, S. Sergium celeberrimum ea, quæ rogaretur, concedere petitibus, votum ei feci septima Jan. prim. ann.*

anno Regni mei, si miles meus Zadespram occideret vel caperet, me in Domum ejus & ad Honorem Nominis ipsius Crucem gemmis fulgentem esse missurum. Nona Febr. amputatum caput Zadespram mihi allatum est. Itaque voti compos factus, ne quis hac de re dubitare possit, mitto ei hanc Crucem, atque illam, quam olim Imperator Justinianus miserat, & Cosroës Rex Regum Filius Cabad Patris mei tulerat, nunc in thesauro meo inventam.

Sæculum VI. A. C. 593.

Gregorius Patriarcha Antiochenus has Cruces accedente Mauritii Imperatoris consensu acceptas in Ecclesia S. Sergii solemniter deposuit. Haud diu postea Cosroes rursus alia dona illuc misit, scilicet Patenam & Calicem, quibus Sacerdotes in Sacris Mysteriis utuntur, Crucem, quæ in Sacra Mensa erigeretur, & Thuribulum, omnia aurea, siparia quoque, auro intexto splendida, quæ ante januam Ecclesiæ suspenderentur. In Patena Inscriptio græcis verbis visebatur hujusmodi: Hæc dona Cosroëm S. Sergio transmisisse, voto se soluturum, quod fecerat, si obtineret, ut Sira Conjux sua, quæ erat Christiana, uterum gereret; quod evenisset. Hæc in Cosroë animi dispositio, & cum Episcopis illis colloquia, fecerant spem, ipsummet ad Christianæ Religionis Sacra transiturum; imo in Hispania Christianus esse credebatur,

Theoph. c. 14

S. Sergius.

Sæculum VI. A. C. 593.

quod ex Teſtimonio Joannis Abbatis Biclarienſis diſcernitur. At Epiſtola S. Gregorii ad Domitianum aliud docet, dum

Chr. in fin. dicit: *quamvis vehementer doleam, Imperatorem Perſarum non fuiſſe converſum, magno tamen gaudio afficior, quod eidem Fidem Chriſtianam prædicaveris, quia ideo mercedem accipies. Quamvis enim Æthiops nigra cute balneum intret, & nigra cute exeat, nihilominus Balneatori danda eſt merces ſua.*

Evagr. IV. Naaman Saracenorum ſeu Arabum illius Deſerti Princeps ſub id tempus ad Fidem converſus eſt. Vir antea crudelitate infamis, quippe Diis ſuis homines ſua dextra mactare ſolebat. Itaque baptizatus ſuos omnes ad Fidem perduxit. Simulacrum Veneris aureum comminuit & pauperibus diſtribuit.

Evagr. VI. *h.* Illo etiam tempore degebat in Perſa fœmina Sancta, nomine Golanduca, quam Martyrem vivam dicebant. Ea ex Magorum genere nata omnibus illius Gentis ſuperſtitionibus addicta, & viro inter Senatores præcipuo nuptui data, duos genuit filios. Elapſo triennio in extaſin rapta Myſterium Religionis Chriſtianæ ab Angelo didicit. Hinc tanquam Chriſtiana in manus Magorum tradita, multa ſubire tormenta cogitur, quibus ſuperatis ingentia prodigia edidit. Occulta & arcana manifeſtabat, & prædicebat futura.

Niceph. XVIII. *c.* 25. *Theophil.* V. *hiſt. c.* 12.

Golanduca.

futura. In Ditiones Romanorum diver- Sæculum VI.
tens Circesium, Daraſcum, & usque Je- A. C. 593.
roſolymam venit; cum vero Imperator Sanctam Mulierem invitaſſet, ut Conſtantinopolim veniret, iſtud iter ſuſcipere recuſavit. Poſtquam omnes, qui ex ipſius familia nati erant, & plures alios ad JEſum Chriſtum convertiſſet, obiit Hierapoli, cujus Civitatis Epiſcopus Stephanus vitam Sanctæ Fœminæ, prout ex ipſius ore audiverat, litteris prodidit.

§. XXX.

Gregorii Antiocheni Obitus.

Gregorius Patriarcha poſt tempus, quo *ibid. c. 23.*
Coſrois dona acceperat, deſerta in illius Regionis finibus ſita, & Severi erroribus infecta inviſens, multa oppida, Pagos, Monaſteria, & integras Tribus ad Eccleſiam reduxit. Tum itineri ſe dedit, ut præſens eſſet morienti Simeoni Styliti juniori, alterius Stylitis Diſcipulo, qui primum in una & deinde in altera columna annis ſexaginta octo vitam duxerat. Multa patrabat miracula præſertim ægrotos curando, futura prædicebat, & cordium arcana noverat. Evagrius Hiſtoriæ Scriptor id ſeipſum expertum fuiſſe teſtatur, & addit, magnam multitudinem hominum Romanorum & Barbarorum ex omni natione ad hunc Virum videndum confluxiſſe. Cum igitur

Sæculum VI. A. C. 593. c. 14.

idem Evagrius Gregorium Patriarcham certiorem reddidisset, Simeonem ad mortem decumbere, festinavit, ut vale ultimum diceret, sed sero, & Simeone jam defuncto supervenit. Ipso Gregorio non diu post hæc ex vita mortali migrante Anastasius Sedem Antiochenam, ante annos viginti tres expulsus, tandem anno 593. repetiit. Joannes Patriarcha Jerosolymitanus eodem anno 593. animam efflavit, atque *Amos*, qui octo annis Sedem tenuit, habuit Successorem. Ad hunc annum Mauritii Imperatoris duodecimum, Sede Jerosolymitana post mortem Joannis vacante, Evagrius Historiæ suæ Ecclesiasticæ finem imposuit. Ab Evagrii tempore non amplius habemus aliquam Historiam Ecclesiasticam uno contextu concinnatam, sed res gestas ex Vitis Sanctorum, ex epistolis, & aliis cujuslibet ævi Scriptis, atque etiam ex Scriptoribus profanis colligimus. (*)

Sup. XXXIV. *n.* 28.

§. XXXI.

Lex, ne Miles Monachus fiat.

Sup. VIII. *n.* 23.

Mauritius Imperator anno superiore, edita lege, prohibuerat, ne illi, qui

(*) Mirum! quod illa ætate nemini in mentem venerit, id obsequii posteritati præstare, ut Res Ecclesiæ litteris mandaret, cum tamen eximia aliorum se præcedentium Scriptorum Exempla præ oculis essent.

qui in manu signati & conscripti milites Sæculum VI.
essent, vitam Monasticam amplecterentur. A. C. 593.
Hanc Legem ad S. Gregorium detulit aliquis ex Imperatoris Scutariis nomine Longinus. Tunc quidem morbo laborans Pontifex respondere non potuit; at sub finem Indictionis undecimæ mense Aug. anno 593. dedit ad Imperatorem Epistolam, in cujus initio ita loquitur: *coram Deo culpa vacuus non erit, qui Principes veritatem quocunque demum prætextu celaverit. In ista admonitione non loquor tibi ut Episcopus, nec ut Minister publicus, sed tanquam homo privatus, nam amicus tuus eram, antequam Mundi Dominus evaderes.* Legis tenorem deinde refert, & laudat primam Decreti partem, qua Munere publico fungentes a suscipiendo Clericorum ordine arcentur, *quia*, inquit, *istud hominum genus magis vitæ sortem mutare, quam Sæculum fugere cupit. At vero vehementer in admirationem me rapuit, quod in eadem lege probibeas, ne illi, qui officia publica administrarunt, Institutum Monasticum amplectantur; nam Monasterium eorum nomine rationem reddere, & æs alienum solvere potest,* Nempe illa ætate Monachi Bona sua Congregationi afferebant, & adibant Hæreditates; itaque Monasterium, quod Bona ipsorum acquirebat, eorumdem debita in se suscipere, vel ipsos

II. *ind. ep.* 62.

Nov. 5. *c.* 3.

Sæculum VI. A. C. 593.

ipsos non admittere tenebatur. S. Gregorius prosequitur in hunc modum: *dum Mandato edito milites a vita Monastica arces, pavidum me reddit, fateor, periculum tuum. Ita multis aditum ad Cælum præcludis, etsi enim etiam in Sæculo sancte vivere liceat, multi tamen, nisi omnia relinquant, salvari non possunt.* In ista epistola & in quibusdam aliis ad Imperatores in numero plurali loquitur, quia Mauritius Filium suum Theodosium 14. Aprilis, anno 593. ad Imperii societatem adsciverat. Tum prosequitur:

Ego qui ita loquor ad Dominos meos, quis sum, nisi terræ vermiculus? nihilominus cohibere me non possum quo minus ad Principes loquar, dum istam Legem Deo contrariam cerno. Data est vobis a Cælo Potestas in omnes homines, ut eos, qui Boni esse cupiunt, adjuvetis, & sic Regnum terrenum ad Regnum Cælorum viam paret. Interim omnibus per Præconem promulgatur, illum, qui semel Mundo servire cæperit, JEsu Christo servire non posse, nisi pactum serviendi tempus expleverit, aut ut invalidus missionem acceperit. Ideo JEsus Christus hæc tibi respondet, per os meum: cum Domino tuo ab epistolis esses, Prætorianorum Ducem, tum Cæsarem, tum Imperatorem, & Imperatorum Patrem feci te. Sacerdotes meos tuæ Potestati submisi, tu vero milites tuos ameo

Sæculum VI. A. C. 593.

a meo Servitio revocas. Dic mihi, obsecro Auguste! servo tuo; quid respondebis Domino tuo, quando veniet, ut judicet te, & tibi talia exprobrabit? Et inferius: *per judicem terribilem obtestor te! ne tot lacrymas, quas coram Deo effundis, tam prolixam orationem, tot eleemosynas, & jejunia, irrita & inania esse velis, sed latam hanc Legem vel mutes vel mitiges. Ego quidem, cum imperio tuo subjectus sim, illam in diversas Orbis Partes transmisi, eandemque Legi Divinæ adversari satis te monui. Itaque utrinque quod mei fuit muneris implevi. Obedientiam Imperatori præstiti, &, quid sentiam, pro causa Dei dixi.* (*)

S. Gregorius epistolam direxit ad Theodorum in paucis amicum suum, Medicum Imperatoris, apud quem magna valebat Auctoritate, quippe ejusdem opera, cum deinde pacis conditiones cum Principe Avarorum paciscì vellet, usus est. Ad eum S. Gregorius inter alia dicit: *Si illud hujus Legis ferendæ causa fuit, quod militum conversione exercituum robur frangatur, meminerit Imperator, non tam militum armis, quam orationis ipsius vi Persas devictos fuisse. Id vero ingrati animi indicium mihi videtur, quod milites suos avocet a Servitio illius, cujus*

(*) Hæc de Potestate sua Gregorius Papa Sanctus & Doctor.

Sæculum VI. A. C. 593. *cujus Gratia non militum modo, sed &* *Episcoporum Dominus existit.* Tum la- ferius: *rogo te, ut hanc meam Admoni- tionem Imperatori soli & tempore apto tradas. Nolo, ut illam Nuncius meus publice reddat. Dum tu familiarius Prin- cipi servis, liberius talia suggerere pote- inter tot negotia fluctuanti, quæ conscien- tiam tangunt. Si audierit te, Salutem animæ ejus, & tuæ procurasti, si non au-* *inf. n. 53.* *dierit, saltem id tibi soli proderit.* In- ferius videbimus, qua moderatione Lex illa mutata fuerit. (*)

§. XXXII.

(*) Hier hat unser Protestant eine Anmerkung gemacht, aus welcher erhellet, was er für ein Meister in der Folgerungskunst sey. Wir wollen ihn Schritt vor Schritt daher aufgezogen kommen lassen. Er hebt an: Aus diesem Briefe Gregorii kann man einige Wahrheiten lernen, die man in den folgenden Zeiten nicht mehr für Wahrheiten hat erkennen wollen. Denn einmal so kommen darinn sehr ehrerbietige Ausdrücke vor, deren sich der Pabst gegen den Kayser bedienet, ja sich nur als einen armen Wurm gegen ihn geachtet hat; eine Wahrheit, die *Gregorius* der *VII.* im eilften Sæculo gewiß nicht geglaubet hat. Die Wahrheiten, welche dieser Brief enthält, werden heut eben sowohl als damals für Wahrheiten erkannt, wie wir gleich sehen werden. Wenn nur der Uebersetzer die Wahrheiten und die Redensarten von einander

Sæculum VI.
A. C. 593.

§. XXXII.

Constantius Episcopus Mediolanensis.

Laurentio Archiepiscopo Mediolanensi anno 593. circiter Mense Martio vita functo, quidam Presbyter ejusdem Ecclesiæ

II. *Ind.* II. *ep.* 26.

---

ander unterscheiden will; denn wenn sich der heilige Gregorius nur einen Wurm achtet, das ist keine Wahrheit, sondern ein Ausdruck seiner Demuth. Die Zeit von dem heiligen Gregorius VII. zu reden wird schon kommen, will es GOtt! Hierauf saget der Protestant: ferner ersieht man aus dem Schreiben des Pabstes an den Leibarzt des Kayfers, daß er den Kayser für das Oberhaupt des Kirchenstaates gehalten, da er geschrieben: daß GOtt ihn verordnet habe nicht nur über die Soldaten, sondern auch über die Priester zu herrschen. Eines steht neben dem andern. So gewiß er das Oberhaupt der Soldaten, so gewiß war er auch das Oberhaupt der Priester. Nun das ist gut, wenn er saget, daß der Pabst den Kayser für das Oberhaupt, das ist für den Landesfürsten des Kirchenstaats (wohl gemerkt des Kirchenstaats) gehalten. In diesem Verstande ist es auch wahr, daß der Kayser Mauritius sowohl der Priester als der Soldaten Landesfürst und Herr gewesen sey; eben so wie es die Könige und Fürsten in allen Ländern allezeit gewesen und noch sind. Nun setzet unser Protestant hinzu: Und damit man nicht meynen möchte, als ob der Pabst davon ausgenom-

Sæculum VI. A. C. 593.

clesiæ nomine Magnus querelam ad Pa-
pam detulit, se a Laurentio contra fa-
fuisse excommunicatum. Papa causa di-
scussa judicans virum hunc esse innocen-
tem.

genommen sey, so beschreibet er sich inso-
derheit als einen solchen, *qui jussioni Impera-
toris subjectus sit.* Wie seine eigenen Wor-
lauten. Das geht auch noch mit, denn man
siehet aus diesen Kirchengeschichten, daß die Rö-
schen Päbste die Landesfürstliche Hoheit und Ge-
walt noch nicht an sich gebracht hatten, ob schon
der heilige Gregorius selbst, wie es der Leser mer-
beobachtet haben, ein und anders wider die Lon-
gobarder veranstaltet, welches einem Landesfür-
sten zugestanden wäre.

Itzt aber kömmt die schöne Folgerung unsers Ueberſetzers. Er (der Pabst) leget also dem Kayser den *Supremat* in der Kirche zu. Mein Herr Ueberſetzer! wie soll dieses aus dem vorhergehenden folgen? seine voraus geschickte Sätze wa-
den vom Kirchenstaat, und die Folge von der Kir-
che. Ist denn das Land, welches man hinmal
Patrimonium S. Petri genannt hat, und die Kir-
che Christi ein Ding? Diese Folge kömmt mir
vor, als wenn von einer Kuhe ein Lamm gebo-
ren würde. Aus diesem Grunde müßten einsten
die heydnischen Kayser, und heut der Ottoma-
nischen Beherrscher, welche Herren über ganze christ-
liche Königreiche sind, auch Oberhäupter der Kir-
che seyn. Man findet nicht, daß Constantinus
Magnus, als er ein Christ geworden, sich auch
die Kirche zu regieren angemasset habe. Einmal
hat

tem, licentiam dedit ordine suo fungendi, & communicandi, conscientiam ipsius onerans, ut, si alicujus culpæ sibi conscius esset, ab ea pœnitentia secreta animum Sæculum VI. A. C. 593.

hat der heilige Gregorius an diese Folge nicht gedacht; sondern sie ist eine Geburt des Vorurtheiles unsers Uebersetzers, denn wenn ein Protestant diese Briefe, und alles andere, was Pabst Gregorius Magnus geschrieben, aufmerksam lieset, so wird er bekennen müssen, daß er von keinem andern Oberhaupt der ganzen christlichen Kirche als von sich selbst etwas gewußt habe. Nun will unser Uebersetzer diese Folge auch aus der Vernunft herleiten, denn er saget: Und zwar ganz vernünftig. Denn der Staat ist nicht der Kirche, sondern die Kirche ist dem Staat einverleibet; wer also der höchste Herr im Staate ist, der ist es auch in der in dem Staate befindlichen Kirche. Wenn ich sage: die Kirche ist in dem Staate, das ist, diejenigen Personen, welche Glieder der Kirche sind, sind auch Glieder des Staates, so folget nichts anderes daraus, als daß die Christen, nur diejenigen Bischöffe ausgenommen, welche durch rechtmäßige Weege selbst zur Landesfürstlichen Herrlichkeit gelanget, und aus deren Zahl der Uebersetzer hoffentlich den Römischen Pabst nicht ausschliessen wird, auch gehorsame Unterthanen des Landesfürsten seyn müssen. In so weit aber solche Christen Glieder der Kirche sind, haben sie dasjenige sichtbare Oberhaupt, welches ihnen JEsus Christus in der Person Petri und seiner Nachfolger verordnet hat. Pasce oves meas

Sæculum VI. A.C. 593.

mum expiaret. In eadem epistola hunc Presbyterum jubet Clericos & Populum monere, ut pacifico consensu Episcopum eligerent. Nec mora, Constantio ejusdem Ecclesiæ Mediolanensis Diacono in Episcopum electo, Clerici Decretum Electionis per manus Presbyteri Magni, & Clerici nomine Hyppolyti S. Gregorio miserunt; quia vero nemo nomen subscripserat, timens Papa, ne res subreptitie ageretur, misit Joannem Ecclesiæ Romanæ Subdiaconum cum mandatis, ut Genuam proficisceretur, quo multi Mediolanenses in bellica Longobardorum irruptione confugerant. *Ubi illo perveneris*, inquit S. Gregorius, *convocatis Mediolanensibus explorabis, an omnes in Electionem Constantii consentiant, tuoque pro more antiquo ex nostra Auctoritate eum ab Episcopis Provinciæ consecrari curabis; ita ut Sacræ Sedis jura sine aliorum præjudicio conserventur.* In reliquis Italiæ Provinciis Episcopi in ipsis locis electi Romam ibant a Papa consecrandi, cujus rei exemplum in Electione Episcopi

ib. ep. 29. 30.

Joan. 21. So ist es, Herr Uebersetzer! der H. Paulus ist auch dieser Meynung, da er saget: in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Act. 20.

Was der Uebersetzer in seiner Anmerkung noch hinzu gesetzet von hervor gesuchten unächten Bullen, thut der Hauptsache nichts.

Episcopi Neapolitani vidimus. In Provincia Mediolanensi Episcopos consecrabat Archiepiscopus consentiente Papa, & ipse Archiepiscopus ab Episcopis suæ Provinciæ consecrabatur. Sæculum VI. A.C. 593.

S. Gregorius Joanni Subdiacono duas Epistolas ferendas commisit, unam ad Clericos Mediolanenses datam, alteram ad Romanum Italiæ Exarchum, cujus favori Constantium commendat. In Epistola priore ait: *Constantium Diaconum, quem elegistis, novi. Diu mecum versatus est, cum Constantinopoli Nuncius essem, & nihil in ipso vituperio dignum deprehendi. Quia vero jam diu apud me statutum est, neminem cuiquam Ecclesiæ eligendum proponere, nihil aliud agam, nisi quod vestris precibus meas quoque ad Deum conjuncturus sim, ut det vobis dignum Pastorem. Jam nunc pensate, quis vobis utilior futurus esse videatur, pensate, inquam, maxima circumspectione; nam postquam fuerit consecratus, non amplius vobis integrum erit ipsum judicare, sed ipsi submississime obedire oportebit, vel potius Deo, qui Fidelibus suis Episcopos dat.* Dum hic dicit S. Gregorius, quod nulli Ecclesiæ Episcopum eligendum proponat, id accipiendum est de illis Ecclesiis, quæ ipsi immediate subjectæ non erant; quippe in istis, quæ ipsi subjiciebantur, ipse E- *Ind. II. ep. 19.*

Sæculum VI. A. C. 593.

piscopum nominabat, quando Clerici & Populus de Pastore eligendo dissentiebant. Igitur Constantio in Episcopum Mediolanensem electo & consecrato, S. Gregorius eminentem Dignitatem gratulatur, addit paterna monita, & Pallium mittit. Hæc Epistola mense Sept. 593. sub initium Indictionis duodecimæ data.

III. ep. 1.

§. XXXIII.

Theolinda a Schismaticis seducitur.

Constantius, ut mos ferebat, Fidei suæ Confessionem Papæ miserat, & quamvis in ea de tribus Capitulis nulla occurreret mentio, nihilominus tres illius Provinciæ Episcopi in vulgus spargebant, quod datis litteris promisisset, se illa damnaturum. Istud obtendentes ab ejus Communione recesserunt, & Reginæ Theodelindæ, ut & ipsa recederet, persuaserunt. Hæc ubi ad S. Gregorium relata sunt, duas simul ad Constantium dedit Epistolas, primam ad Ipsum solum directam, in qua dicit: *Nemo te melius scit, an inter nos de tribus Capitulis facta fuerit mentio; quamvis Laurentius Antecessor tuus suam super hac Quæstione Confessionem ad Sacram Sedem miserit, cui Viri nobilissimi & ego inter illos, cum tunc temporis Romæ Pretor essem, subscripsimus.* Alteram, quæ Episco-

III. ep. 4.

Id. ep. 2.

III. ep. 3.

Episcopis separatis prælegeretur; in ea Papa iterum affirmat, sibi & Constantio de tribus Capitulis nullam fuisse mentionem, & testatur coram Deo, quod Fidem Concilii Calcedonensis servet, ejusque Decretis nihil demere, nihil addere audeat, omnesque, qui plus minusve, quam Concilium jubeat, crederent, anathematizat. His verbis subjungit: *Si quis hac mea Confessione contentus non sit, ille profecto non Concilium Calcedonense amat, sed Ecclesiam Matrem Nostram odit.* Sæculum VI. A. C. 593.

S. Gregorius cum his Epistolis tertiam ad Constantium direxit, Reginæ Theodelindæ reddendam; quia vero in ea de Concilio quinto loquebatur, credidit Constantius, se consultius facturum, si non redderet, ne scandali occasionem Fœminæ præberet. Laudavit Constantii prudentiam S. Gregorius, missaque alia Epistola, in qua recipiens quatuor prima Concilia de quinto silet, Reginam hortatur, ut rejecta omni mora Constantio scribat, gratam sibi esse ejus Ordinationem significet, & ejusdem Communionem amplectatur. S. Gregorius datis simul ad Constantium litteris dicit: *Scias, oportet, Concilium Constantinopolitanum, quod aliqui quintum vocant, nihil definiisse, quod quatuor præcedentibus contrarium sit; nihil enim in eo* III. *ep.* 37. III. *ep.* 37. Epistolæ S. Gregorii.

Sæculum VI. A. C. 593.

de Fide actum, sed tantum de quibusdam Personis, de quibus in Concilio Calcedonensi nihil occurrit. Postquam conditi Canones fuerunt, mota est Quæstio de illis Viris, & in ultima Actione examini subjecta. Ex his videmus, S. Gregorium Papam non plures Actiones tanquam dicta Concilii Calcedonensis recepisse, quam septem priores, quæ Definitionem Fidei & Canones complectuntur, & reliqua omnia tanquam privatorum Causas, quæ Ecclesiam Universalem non tangerent, æstimasse.

v. Sup. Lib. XXVIII. §. 22. 31.

In eadem Epistola S. Gregorius ad quosdam sibi propositos Articulos respondet. Episcopus Civesque Brixienses postulabant, ut Constantius ipsis juramenti fide affirmaret, se nunquam tria Capitula condemnasse. Ad istud S. Gregorius dicit: *Si Antecessor tuus ejusmodi juramentum non præstitit, illud nec a te jure exigi potest; si præstitit, Fidem datam fregit, & ab Ecclesia Catholica separatus est, quod tamen non credo. Nec vero illis, qui tibi scripserunt, scandalum des, mitte Epistolam, & in ea cum Anathematismo profitere, te Fidei Concilii Calcedonensis nihil detrahere, nec illos recipere, qui detrahunt; te omnes illos damnare, quos Concilium damnat, & omnes illos absolvere, quos Concilium absolvit. Scripsisti etiam, ipsos inde offendi,*

ep. 37.

di, quod in Missa Confratrem nostrum Joannem Episcopum Ravennatensem non nominesi. Inquire, quid antiqua consuetudo ferat, & eam sequere; id quoque prius exquirendum, an ipse ad Aram Nomen tuum recitet; quod si ipse non faciat, nihil est, cur tu ad recitandum Nomen ipsius tenearis. Ex his dispicimus morem illorum temporum, ut Episcopi Magnarum Sedium viventes ad aram nominarentur, sicut hodie Papæ Nomen recitamus. Sæculum VI. A. C. 593.

§. XXXIV.

Joannes Ravennatensis reprehenditur.

Sancto Gregorio displicebat fastus Joannis Episcopi Ravennatensis, qui memor, aliquos Imperatorum in illa Civitate sibi Sedem elegisse, & tunc Exarchorum præsentia tumidus, non solum supra alios Episcopos, sed etiam Metropolitanos se extollebat; cum igitur comperisset, quod Pallium etiam in publicis Supplicationibus gestaret, eum hac de causa data Epistola, quam Castorius Ecclesiæ Romanæ Notarius detulit, reprehendit. Joannes Responsoriam dedit in speciem quidem admodum demissam, in qua tamen tam consuetudinem suam gestandi Pallium defendit, quam quod Pres-

II. *Ind.* 11. *ep.* 55.

Sæculum VI. A C. 593.

byteri ipsius & Diaconi in ipsa urbe Roma, ut ipse asserit, mappulas pro veteri consuetudine gestare possint. Talis mappula nihil aliud erat, quam mantile, quod Presbyteri & Diaconi habebant, cum ad Altare ministrarent.

Quia hoc Responsum S. Gregorio non satisfecerat, ad Joannem Ravennatensem Episcopum Epistolam dedit, in qua de Supplicationibus loquens dicit: *Quomodo excusare potes, quod illo tempore, quo in cinere & cilicio inter populi gemitus incedendum esset, tu per plateas illo ornamento fulgens incedas, quod in Aula secreta Ecclesiæ te gestasse negas? Vel te aliorum Metropolitarum usui accommoda, vel Papæ Privilegium, si quod habere asseris, exhibe. Omnia in Tabulariis nostris lustrari curavimus, & nihil invenimus. Petrum quoque Diaconum, Gaudiosum Defensorem, & Michaelem Primicerium, qui Nuncii Antecessorum nostrorum Ravennæ fuerunt, interrogavimus. Hi simpliciter negarunt, te aliquando ipsis præsentibus Pallio usum fuisse. Item Clerici nostri, id quod tuis competere dicis, consuetudinis esse negant. Nihilominus hunc usum concedimus Diaconorum tuorum primis, tunc tantum, quando tibi ad Aram ministrant.* Hæc Epistola mense Julio anno 593. data est.

ibid. ep. 54.

His

Sæculum VI. A. C. 593.

His Joannes Ravennatensis necdum acquievit, sed Exarchum, Præfectum Italiæ, aliosque viros spectatissimos Ravennæ degentes apud Papam Patronos adhibuit, ut sibi, quæ petebat, concederet. Cumque Papa ex testimoniis fide dignis comperisset, quod Joannis Antecessores in Supplicationibus Festorum S. Joannis Baptistæ, S. Petri, & S. Apollinaris primi Ravennatensium Episcopi Pallium gestassent, ipsi interim concessit, ut in his tribus Festis & in Die Ordinationis suæ illo ornatus incederet. At Joanne Ravennatensi etiam extra Ecclesiam & nullo observato Festorum discrimine sicut antea Pallium gestante, acrius scripsit ad eum Papa in hunc modum: *Imprimis non parum affligor, quod duplici corde scribas mihi Epistolas assentatione plenas, & a quibus familiares sermones tui abhorrent. Secundo, quod more juvenum, & tyronum cavilleris, quod jocis insulsis & acerbis delecteris, & illis detrahas, quos, cum præsentes sunt, laudas. Tertio, quod iram non teneas, & domesticos tuos contumeliis atrocibus insecteris. Præterea, quod Clericorum tuorum vitia non corrigas, sed tanquam Dominus imperes. Tandem gravissimum est superbiæ tuæ argumentum, quod extra Ecclesiam Pallium geras. Ex his omnibus liquet, quod Episcopatus honorem in ostentatione exter-*

IV. *ep.* 11.

IV. *ep.* 15.

Sæculum VI. A. C. 593.

na non autem in conscientia interiore constitutum existimes.

Tum forti & tenero affectu hortatur, ut errores præsertim sinceritatis defectum emendet & claudit in hunc modum: *Non verbis sed mutatione vitæ mihi respondе.* (*)

§. XXXV.

(*) Der Protestant flicket hier eine Anmerkung an die also lautet: Diese Ermahnung würde den Pabst *Gregorius* besser gekleidet haben, wenn er sich nicht selbst einer solchen Doppelherzigkeit schuldig gemacht hätte. Man vergleiche aber nur damit die beyden Briefe, die er . . . an den Bischof zu Mayland Constantius geschrieben, davon er einen vor sich allein behalten, den andern aber den Bischöffen zeigen solte, die sich von ihm abgesondert hatten; so wird man finden, daß sein Herz so doppelt gewesen, als diese Briefe. So redet dieser halb-Protestant (denn ein völlicher würde den Fleury gar nicht, oder anders übersetzet haben) von dem heiligen Gregorius dem Großen, aus dessen Betragen in allen Stücken zugleich eine heilige Einfalt und auserlesene Weisheit erhellet. Der Leser kann sich selbst desjenigen leicht erinneren, was von den Briefen des heil. Gregorius an den Bischof Constantius kurz vorher gemeldet worden. Allein man weißt wohl, daß dieser Uebersetzer viel mehr um seiner Schmähsucht wider die Römischen Päbste ein Genügen zu leisten, als der Wahrheit einen Dienst zu erweisen, geschrieben habe.

Sæculum VI.
A. C. 593.

§. XXXV.

S. Gregorii Dialogi.

Sub idem ferme tempus S. Gregorius Dialogos suos scripsit anno Pontificatus sui quarto rogatus a Fratribus nempe a Clericis & Monachis, quibus familiariter utebatur; hi enim urgebant Virum Sanctum, ut aliqua conscriberet de Sanctorum Miraculis in Italia, quorum fama ad eorum aures pervenerat. Hæc S. Gregorius nos docet in Epistola circiter mense Julio Indictione undecima anno 593. ad Maximianum Episcopum Syracusanum data. Rogat eundem ut sibi ejusmodi facta, quæ in memoriam revocare posset, perscriberet. Horum Dialogos scribendi natam occasionem ipse S. Gregorius narrat in hunc modum: *Quadam die cum importunissimi mihi acciderent Sæculares aliqui homines, qui negotiis suis impliciti talia a nobis petunt, quæ concedere non debemus, ad secessum confugi, ut ea majore animi libertate considerarem, quæ mihimetipsi in meæ vitæ ratione & operatione displicebant.* Secessus iste est Monasterium S. Andreæ Romæ, quod S. Gregorius fundaverat. Tum Sermonem prosequitur: *Ibi sedebam in longo silentio, mœrore animi æger. Solus apud me erat Petrus Diaconus, amicus meus ab unguiculis carissi-*

II. *Ind.* 11. *ep.* 50. *Lib.* 1. *Dial. Præf.*

Inscr. tom. 4. *Analect.*

Sæculum VI. A.C. 593.

rissimus, & studii in Sacra Scriptura so-cius. Cum tristitia torpentem videret, quæsivit ex me, an nova lugendi causa accessisset. Respondi: Antiquus est dolor meus, quia dolendi habitum pridem contraxi, sed etiam novus est quodammodo, quia quotidie augetur & crescit. Memini, quam beata fuerit in Monasterio anima mea, rebus caducis omnibus superior, cum in cœlestibus versaretur, dulci contemplatione e corporis sui carcere egredieretur, mortem desideraret, quam plerique tanquam supplicium perhorrescunt, & eam amaret, tanquam vitæ initium, & præteriti laboris mercedem. Nunc vero occasione susceptæ animarum curæ negotiis sæcularibus obruor, & postquam in exteriora effusus sum, nam dare aliquid hominum importunitati cogimur, debilior & minus homo ad interiora redeo. Ærumnarum mearum pondus ex amissæ felicitatis memoria ingravescit; vix tamen illorum Bonorum satis recordor, nam anima semper recedendo illius Beatitudinis, qua fruebatur, & virtutum, quas exercebat, tandem obliviscitur. Illud non modicam doloris partem addit, quod in memoriam redeat vita Sanctorum Virorum, qui Mundum penitus reliquerunt. Dum eorum sublimitatem suspicio, quam gravis ruina mea sit, clarius agnosco. Petrus respondit: *Nescio de quibus viris*

viris tibi sermo sit; nunquam enim audivi, in Italia viros extitisse, quorum Sanctitas supra communem aliorum pietatem eminuisset, saltem non memini tales, qui Miracula patrassent. S. Gregorius dixit: *Dies me deficeret, si ea narrare aggrederer, quæ ipse vidi, aut quæ ab exploratæ Pietatis & Fidei testibus accepi.* Rogavit Petrus, ut sibi ejusmodi factorum aliqua narraret ad utilitatem illorum, qui magis exemplis, quam verbis aut Doctrina moventur. Consensit S. Gregorius, & dixit: *Ut tollatur omnis dubitandi locus, ad quodlibet factum Auctorem nominabo, a quo illud didici. Quorumdam etiam verba referam, aliorum vero solummodo sensum, ne sermonis rusticitas lectorem offendat.* Sæculum VI. A C. 593.

Nempe jam tunc sermo latinus in ore populi admodum corrumpebatur, atque ista loquendi vitia in Libro & Materia gravi intolerabilia videri potuissent.

S. Gregorius Dialogum suum cum Petro prosequitur, narrans vitam & prodigia multorum Sanctorum Virorum in Italia, atque Opus in Libros quatuor dividit.

Initium ducit a S. Honorato, qui constructo Fundis Monasterio ducentos ferme Monachos rexit, atque sub annum 550. beato fine quievit. Tum transit

ad

Sæculum VI. A. C. 593.

ad S. Libertinum & S. Hortulanum ejusdem Monasterii Monachos. Et inde ad S. Equitium in Provincia Valeriæ Abbatem, cujus suo loco meminimus. De pluribus aliis Sanctis Abbatibus & Monachis mentionem facit, unde pronum est judicare, Sæculo sexto in Italia non exiguum fuisse Monasteriorum numerum. Præterea aliquorum Sanctorum Episcoporum, Marcellini Anconitani, Bonifacii Ferentinensis, & Fortunati Tudiensis laudes memorat. Liber secundus totus vitam S. Benedicti complectitur. In Libro tertio iterum de multis sanctis Episcopis, atque inter alios de Summis Pontificibus Joanne I. & Agapito, de S. Datio Mediolanensi, de S. Sabino Canusino, S. Cassio Narniensi, S. Sabino Placentino, S. Cerbonio Populoniensi, S. Herculano Perusino, de pluribus aliis SS. Presbyteris & Monachis memorabilia referuntur. In Libro quarto inprimis stabilitur animæ immortalitas, de qua aliqui etiam in sinu Ecclesiæ dubitabant, & S. Gregorius ipse in uno Sermonum suorum fatetur, mentem suam aliquando circa Quæstionem de Resurrectione in ambiguo hæsisse. Ergo Immortalitatem Animæ probat primo ex Auctoritate Ecclesiastis, dicentis: *Quid habet amplius sapiens a stulto? & quid pauper, nisi ut pergat illuc, ubi est vita?*

Sup. Lib. XXXII. §. 20. 1. *Dial. c.* 6. 9. 10.

Sup. XXXII. §. 13. *&c. n.* 47.

Dialogi S. Gregorii.

III. *Dial. c. ult. Hom.* 26. *in Evang.*

Immortalitas Animæ.

Eccles. 6. 8.

Atque

Atque occasione hujus Quæstionis ad intelligendum hunc Scripturæ Librum, distinguendo objectiones a Responsis, clavem tradit. Deinde ut hanc Doctrinam etiam rudissimis captu faciliorem redderet, narrat factum esse, ut plures animæ, sive cum corpore egrederentur, sive post mortem, hominibus apparuissent. Hac occasione docet, dari Purgatorium, ignem, ubi Animæ expiantur a levioribus culpis, a quibus in hac vita necdum purgatæ sunt. Sæculum VI. A. C. 593. IV. *Dial. c.* 39

Scio equidem istud præcipue S. Gregorii Opus Criticorum modernorum Censuram & quorumdam contemptum non effugisse; verum ea, quæ hactenus de Gestis & Doctrina hujus S. Pontificis retuli, & inferius relaturus sum, satis, ut opinor demonstrant, nec rudis ingenii, nec fraudulenti suspicionem in tantum virum cadere. In tota sancti Papæ vita humilitas, candor animi, Bona Fides, Constantia, Fortitudo, & Prudentia consummata perspicitur. Id quidem verum, Reflexionum moralium, earumque, quæ ad res gerendas facerent, studiosiorem fuisse, quam litterarum humanarum, aut scientiarum, quas longa speculatione assequimur; hinc nullus est obstupescendi locus, si colligendo & enarrando Miracula Sæculi sui Genio servierit. Tum S. Gregorio certandum non

Sæculum VI. A. C. 593.

non erat cum Philosophis, qui Religionem argumentis oppugnarent; vix enim alterius conditionis Pagani illa ætate fuerant, quam agricolæ, servi rustici aut milites barbari, qui narratione Prodigiorum longe facilius, quam acutissimis syllogismis ad Fidem pertrahi poterant. Non igitur dubitavit S. Gregorius eas litteris mandare, satis sibi feciſſe ratus, si illa tantum referret, quæ post omnem adhibitam diligentiam præ cœteris fide digna esse credidit. Viri Sancti Fides & Pietas de Omnipotentia Dei eum dubitare non sinebant, eratque optima in istis Miraculis enarrandis intentio, scilicet ut confirmaret titubantium fidem de Immortalitate Animæ, de Resurrectione corporum, de Intercessione Sanctorum, de Reliquiarum ipsorum Veneratione, de utilitate Orationis pro mortuis, & præsertim de S. Sacrificio, de istimirum ritibus & Doctrina, quæ ut videmus, in ipsis primordiis cum Ecclesia nata erat. (*)

Itaque

(*) Huic Fleurii Reflexioni nolo aliquid addere, nisi Interpretis Protestantis in Notis ad hunc locum interrogationem, quæ S. Gregorio favet. Ob nicht . . . in den folgenden Zeiten eine plumpe Feder darüber gekommen, und alle dieselben die ungeheuresten Erzählungen mit eingemischet?

Cæ

Itaque hi Dialogi ſtatim ingenti plauſu ubique recepti, per annos octingentos nongentosve in ſummo pretio fuere. Eos S. Gregorius miſit Theodelindæ Reginæ, quæ illis ad convertendos Longobardos uſa fuiſſe creditur; hi enim de veritate prodigiorum, quæ narrantur, judicare poterant, cum ea acciderint hominibus ex ipſorum Natione, quæ ante annos circiter triginta necdum in Italiam pedem intulerat. Zacharias Pontifex poſt annos ferme centum quinquaginta hos Libros in Græcum ſermonem tranſtulit, opus Græcis adeo gratum, ut inde S. Gregorium cognomento Dialogiſtam dixerint. Sub finem Sæculi octavi hi Libri in ſermonem Arabicum converſi fuere. Sæculum VI. A. C. 593. *Paul. hiſt. Long.* IV. c. 5.

§. XXXVI.

Cauſa Maximi Salonenſis.

Sanctus Gregorius comperta morte Natalis Epiſcopi Salonenſis Dalmatiæ Metro- *Sup. n.* 26. II. *Ind.* 11. *ep.* 22.

Ceterum hic Fleurius ſatis refutat Adverſarios ſuos dicentes, quod Miraculorum Auctoritati detrahat. Legat, ſi cui lubuerit, Melchioris Cani de Dialogis S. Gregorii M. judicium, in fine addentis: *Si neceſſe eſt in alteram peccare partem, omnia eorum probari legentibus, quam multa reprobari malo. De Loc. Theol. L.* II. *cap.* 6.

Sæculum VI. A. C 593. Metropolitæ, ad Antoninum Subdiaconum Patrimonii illius Provinciæ Rectorem Menſe Martio Indictione undecima anno 593. ſcripſit in hunc modum: *Ubi hanc acceperis, abrupta mora Clericos & Populum illius Civitatis mone, ut conſenſu unanimi Epiſcopum eligant; tum Decretum Electionis ad nos mittes; ſic enim accedente noſtro conſenſu pro temporum antiquorum conſuetudine eligendus eſt. Inprimis caute obſervabis, ne non iſta Electio datis muneribus aut potentium virorum Patrocinio vitietur; qui enim hac via ad Epiſcopatus apicem pervenit, poſtea Fautoribus ſuis non ſine Bonorum Eccleſiaſticorum diſpendio, & Diſciplinæ ruina obedire cogitur. Cura, ut coram te Bonorum & ornamentorum hujus Eccleſiæ Inventarium conſcribatur, illudque Reſpecti Diaconi & Stephani Notariorum Primicerii cuſtodiæ trade, cum onere, ut rationem ſuo tempore reddant, & ſi damnum fecerint, ex Bonis propriis reparent. Epiſcopo autem Malco dices, ne ſe ullatenus huic Negotio ingerat.* Erat is Epiſcopus ex Sicilia, qui Patrimonio in Dalmatia præfuerat, ſed mala fide; hinc jam ab his curis excluditur. S. Papa ulterius ſecundo monem ad Antoninum proſequitur in hæc verba: *Neceſſarios ſumptus œconomus ſubminiſtrabit, qui illo munere fun-*

gebi-

gebatur, cum Episcopus mortuus est, & Successori rationem reddet. Sæculum VI. A. C. 593.

Quia vero Natalis debitum Naturæ solverat, priusquam causam & litem cum Honorato Archidiacono, quem deposuerat, Romæ decidi petiisset, S. Gregorius datis ad Honoratum litteris absolutum ab omni culpa declarat, jubetque, ut functionibus suis sicut antea vacet. Porro ipso Honorato in Episcopum a Clericis Salonensibus electo, & Papa hanc Electionem omnino approbante, multi tamen adversabantur, atque illius Provinciæ Episcopi Honorato quemdam nomine Maximum prætulerunt, quem sibi faciliorem & vitiis suis indulgentiorem fore sperabant. Is impetrato ab Imperatore Decreto, quo Electio ipsius confirmabatur, illud exequi petiit a viris armatis Romani Exarchi Ravennatensis, quem donis corruperat. In illo tumultu Presbyterorum & Diaconorum aliqui verberibus affecti sunt, Antoninum vero Subdiaconum Patrimonii Rectorem haud dubie occidissent, nisi in fuga salutem reperisset.

II. *Ind.* 11. *ep.* 32.

ibid. ep. 46.

III. *ep.* 20. VII. *ep.* 1. IV. *ep.* 34.

Ubi ista molitio ad S. Gregorium relata est, datis ad Episcopos Dalmatiæ litteris Auctoritate S. Petri prohibuit, ne Episcopum Salonæ sine suo consensu ordinent, sub pœna Excommunicationis a Participatione Corporis & Sanguinis

Sæculum VI. A. C. 594.

Domini Noſtri. Nulla præterea declaratur talis Electio, & Maximus nominatim excluditur. Hæc Epiſtola Menſe Octobr. Indictione duodecima anno 593 data. Menſe Aprili ſequentis anni 594 comperto, etiam vim fuiſſe adhibitam cum Maximus intruderetur, ad eundem

III. epiſt. 20.

ſcripſit, edicens, illud Imperatoris Mandatum vel ſubreptitium vel ſuppoſititium haberi debere, *Non enim*, inquit, *vitam tuam ignoramus, nec Imperatoris voluntatem, qui ſe Cauſis Epiſcoporum immiſcere non ſolet, ne peccatorum noſtrorum particeps fiat. Itaque Ordinationem legitimam credere non poſſumus Caremoniam ab excommunicatis celebratam, & donec ex Epiſtolis Imperatoris vel Nuncii noſtri certiores reddamur, te revera ex ipſius Mandato fuiſſe ordinatum, interdicimus tibi & Ordinatoribus tuis, ne aliquo officio Sacerdotali defungamini, aut Altari appropinquetis, priusquam Reſponſum a nobis acceperitis. Hæc ſub Anathematis pœna præcipimus.* Videmus, ex iſta Epiſtola Papam Mandatis

VII. ep. 1.

Imperatoris Reverentiam habuiſſe, ea quidem Salonæ publice affixa eſt, ſed jubente Maximo lacerata, qui nulla illius habita ratione ut Epiſcopum ſe geſſit. (*) §. XXXVII.

(*) Hic adjecta Nota Interpres Proteſtans in

Sæculum VI.
A. C. 594.

§. XXXVII.
Res Sardiniæ.

Sub idem tempus nempe Menſe Junio anno 594. Indictione duodecima S. Gregorius ad convertendos Barbaricinos Sardiniæ Incolas adhuc Idololatriæ tenebris involutos animum adjecit, miſitque illuc Felicem Epiſcopum Italiæ,& Cyriacum Abbatem ad S. Andream Romæ, quoniam tepore Januarii Epiſcopi Calaritani & in illa Provincia Metropolitæ, etiam Servi propriæ ſuæ Eccleſiæ in infidelitate permanebant; nec aliis Inſulæ Epiſcopis Paganorum iſtorum converſio curæ erat. Ecntra Zabarda Romani militis Dux in Sardinia S. Gregorii conſiliis favens, Barbaricinis pacem obtulit, ſi Chriſtiani eſſe vellent. Horum Dux, cui nomen Hoſpiton, jam antea Chriſtianam Religionem ſuſceperat, tuncque eum S. Gregorius rogavit, ut ſuis Miſſionariis faveret, & hortatus eſt, ut ad Gentis ſuæ Salutem operam conferret; quippe omnes ferme in tota Inſula agricolæ infideles erant, ut Felix, & Cyriacus S. Gregorio referebant. Id

IV. ep. 33.

III. ep. 26.

III. ep. 25.

III. *ep. 27.*

in audacia & contumacia hujus Epiſcopi Schismatici exultat, quotiescunque Auctoritati SS. Pontificum aliquid detrahi poſſe putat, de æquitate Cauſæ nullatenus ſollicitus.

Sæculum VI. A. C. 594. vehementer dolens S. Papa datis ad o
mnes viros Nobiles & Dynastas litteris
III. *ep.* 23. dicit, *Perpendite, quam strictè a vobis Deus de subditis vestris rationem exactu rus sit! hi curæ vestræ commissi sunt, u vobis obsequia temporalia exhibeant, cu vero animabus eorum viam ad consequen dum Bona Cœlestia aperiatis. Ipsis, qui tenentur, facientibus, vos officio vestri deestis.*

ep. 26. De rusticis Ecclesiarum Servis ad E piscopum Calaritanum scribens ait: *Qui prosit, te hortari, aut quomodo sperem, t exteros ad Fidem conversurum, si negli gis tuos? Attamen absoluta necessitas po stulat, ut hæc res Episcopo curæ sit, & ego si post hæc rescivero, aliquem in Sar-*
Sardinia. *dinia Episcopum Colonos habere infidele severe pœnas exigam. Si autem Colonu obstinato animo Diis & Idolis suis in hæreat, graviore tributo prematur, u sapere discat.*

In eadem Epistola Summus Pontifex de multiplici abusu queritur; Episcopos a Judicibus Laicis opprimi, Januarium non sine vecordia tolerare, se a Clericis suis contemni, & sub prætextu piæ sim plicitatis permittere, ut Disciplina dis solvatur. Nihilominus Papa in Epistola antea data eundem reprehenderat, quod virum spectatum ob injuriam sibi illa tam excommunicasset. Nempe levis in genii

genii homines facile ad iracundiam moventur. S. Gregorius hac super re ad Januarium scripserat, Canones prohibere, ne Episcopus privatam injuriam Excommunicatione ulciscatur. Præterea Episcopos Sardiniæ increpat, quod Ordini suo restituerent Clericos in Sacris constitutos, postquam in peccata carnis lapsi fuissent. Id imposterum fieri tanquam Sacris Canonibus contrarium Papa districte prohibet, etiamsi rei postmodum pœnitentiam egissent. Tum addit: *Ut ejusmodi scandalis via præcludatur, accurate examinandi sunt, qui ordinantur, an continentiam per annos plures servaverint, an Orationi dediti sint, & eleemosynam largiantur.* Sæculum VI. A.C. 594.

In aliqua Epistola his anteriore S.Grerius ad eundem Januarium Calaritanum scripserat: *Presbyteri Sacro Chrismate infantes baptizatos in fronte non signent, sed tantum in pectore ungant, & illos deinde Episcopi ungant in fronte.* (*) Cum *III. epist. 9.*

(*) Quæri hic posset, an sit credibile, illo tempore, quo soli Episcopi erant Ministri ordinarii Sacramenti Baptismi, & statim post Baptismum Confirmationem conferebant, parvulos bis Sacro Chrismate unxerint, semel baptizatos in vertice, quod hodie Presbyteri faciunt, & secundo Confirmatos in fronte. Dubium certe movere

Sæculum VI. A. C. 594.

vero percepiſſet, hanc prohibitionem quibusdam ſcandalo fuiſſe, rurſus ſcripſit: *Id fecimus ſecundum antiquam Noſtræ Eccleſiæ conſuetudinem; ſi qui idcirco vehementer offenduntur, etiam Presbyteris concedimus, ut baptizatos Chrismate ungant in fronte abſentibus Epiſcopis.* Theologorum aliqui ex Auctoritate S. Gregorii concludunt; quamvis Epiſcopus ſit Miniſter ordinarius Sacramenti Confirmationis, a Presbytero tamen per diſpenſationem adminiſtrari poſſe, reſusque in Eccleſiis Occidentis tunc fuiſſe diverſos, quemadmodum hodieque in Eccleſia Græca & Latina ſunt.

III. epiſt. 26.

§. XXXVIII.

Reliquiæ non transferantur.

Conſtantinæ Imperatrici S. Pauli Caput aut aliquam aliam ejus Corporis partem

---

movere poteſt, quod Papa hic mentionem faciat de unctione infantum in pectore cum oleo Catechumenorum, & de Unctione in Vertice & Chriſmate nullam.

An vero Apoſtoli tam in Baptiſmo quam in Confirmatione unctionem aliquam adhibuerint, expreſſe non legimus, at primos Chriſtianos ab Apoſtolis hos ritus edoctos fuiſſe, non eſt dubitandum. In Sacramentario S. Gelaſii legitur, quod Presbyteri ab Epiſcopo Baptizatos & e fonte egredientes Chriſmate unxerint in capite; ſed nec inde dubium ſatis ſolvitur.

tem in Ecclesia, quæ ad Honorem hujus S. Apostoli in Palatio Constantinopolitano ædificabatut, collocandam petenti, respondit S. Gregorius: *Jubes, quæ facere nec possum, nec auderem; nam Corpora SS. Apostolorum Petri & Pauli editis miraculis tam terribilia evaserunt, ut etiam illi, qui accedunt oraturi, magno terrore concutiantur. Cum Antecessor meus aliquod ornamentum ex argento super Sepulchrum S. Petri positum, licet quindecim pedes a Corpore remotum, permutare voluisset, terrifico ostento a proposito absterritus fuit. Cum ego ipse aliqua prope Corpus S. Pauli reparare vellem, & penes Sepulchrum humus altius effodienda esset, illius Loci Præpositus aliqua ossa inventa, quæ tamen sepulchrum non contingebant, in alium locum transtulit, & ecce! tristi visione perterritus subito expiravit. Item cum Antecessor meus loci illius, ubi S. Laurentii Corpus sepultum est, decoramenta restauraturus esset, & terram fodientes, ubi Corpus quiesceret, accurate non scirent, derepente aperuerunt Sepulchrum; ecce autem! Monachos & Mansionarios omnes, qui manus operi commodaverant, quod S. Corpus conspexissent, etsi illud non tetigerint, intra decem dierum spatium mors abstulit.*

Sæculum VI. A. C. 594. *III. ep. 30.*

Sæculum VI. A. C. 594.

Igitur scias velim, Domina! Roma-
nos cum Reliquias Sanctorum distribuant,
non dividere eorum Corpora, sed in pro-
xide ponere Sindonem, quæ penes Corpus
Sancti collocatur, & inde acceptam in Ec-
clesia, quæ dedicanda est, congrua vene-
ratione deponi; tot vero ibi miracula pe-
trari solent, ac si ipsum Corpus illo trans-
latum fuisset. Ætate S. Leonis Papæ,
quibusdam Græcis de virtute ejusmodi
Reliquiarum dubitantibus, jussit Vir
Sanctus tradi sibi scalpellum, cumque
Sindonem incidisset, sanguis efflurit.

Sanctorum Reliquiæ.

Hæc Majorum nostrorum fide accepimus.
Nam non Romæ modo, sed in toto Oc-
cidente aliquam partem a Sanctorum
Corporibus avellere Sacrilegium repu-
tatur. Hinc valde miramur morem
Græcorum, qui ossa Sanctorum auferre
dicuntur, vixque huic rei fidem adhibere
possumus. Annis abhinc duobus aliquot
Monachi Græci advenerunt, qui mortu-
rum corpora in campo Ecclesiæ S. Pauli
proximo effoderunt; & ossa reposuerunt.
In ipso facinore deprehensi, & accurate
interrogati, cur istud molirentur, confes-
sunt, se ossa ista tanquam Sanctorum
Reliquias in Græciam delaturos fuisse.
Ob istud exemplum multo magis dubi-
tare cœpimus, an verum sit, quod ajunt,
quandoque revera Sanctorum ossa ex
uno loco in alium transferri. Nempe
S. Gre-

S. Gregorius omnes Reliquias de loco in locum translatas adulterinas ſuſpicabatur. Sæculum VI. A.C. 594.

Tum S. Gregorius ſermonem ſemper ad Imperatricem dirigens proſequitur: *Mandatum iſtud, cui morem gerere non poſſum, a tua Indole, ut ego arbitror, non proficiſcitur, ſed ab inſtinctu illorum, qui me Auguſtorum Principum gratia dejectum cuperent. Spero in Dei auxilio ſuſurronum artes apud te non valituras. Ne tamen pium tuum deſiderium fruſtrari videar, mittam tibi ſine mora aliquas particulas catenarum, quas S. Paulus in collo & in pede geſtavit, multis jam editis miraculis claras; ſi tamen lima aliquas particulas ſeparare potuero. Sæpe veniunt ad nos, qui talia ramenta petunt. Epiſcopus limam arripit, & quandoque uno momento particulas aliquas, quandoque diu multumque limando nullas avellit.* Hæc ad Imperatricem Epiſtola Menſe Junio Indictione duodecima anno 594. data. Inde diſpicimus, quid rei fuerint SS. Apoſtolorum Reliquiæ, quarum mentionem S. Gregorius in pluribus aliis Epiſtolis facit. Plerumque erat aliquod Brandeum (ita enim dicebantur linteola, quæ aliquamdiu penes Apoſtolorum Sepulchra depoſita fuerant) hæc ſequentium Sæculorum ignorantia Corporalia eſſe credidit. Non nunquam particulæ

cate-

Sæculum VI. A. C. 595.

catenarum S. Petri aut S. Pauli limatione avulsæ Crucibus aut Clavibus aureis includebantur. Multæ extant Epistolæ I. *ep.* 15. 29. 30. *&c.* in quibus de ejusmodi clavibus mentio fit, & miracula recensentur.

§. XXXIX.

Episcopus Universalis.

Illud quod dicit S. Gregorius, fuisse qui ipsum Imperatricis Gratia privatum cuperent, præcipue ad Joannem Patriarcham Constantinopolitanum pertinere videtur, quem inter & Papam illo tempore celeberrima disceptatio orta est. Misit Joannes S. Gregorio Acta cujusdam Judicii, quod contra Presbyterum Hæresis accusatum pronunciaverat, in quibus post singulas ferme lineas titulum Patriarchæ œcumenici sibi ipsi tribuebat. S. Gregorius etiam hac vice ordinem Correctionis fraternæ servaturus, Joannem bis per Nuncium suum moneri jussit, tum ipse prima Jan. Indictione 13. anno 595. ad eum Epistolam dedit, quam exorsus est in hunc modum: *Scis, te Ecclesias pace tranquilla fruentes invenisse; nunc vero capere non possum, cur tibi in mentem venerit, usurpare inauditum Nomen, quod omnibus Fratribus tuis scandalo esse possit. Illud præcipue miror, quod, cum ab initio Episcopatum*

IV. *ep.* 39.

IV. *ep.* 38.

patum effugere volueris, jam illum conse- Sæculum VI.
cutus talia moliaris, ac si ambitiose quæ- A.C. 595.
sivisses. Episcopi nomine te indignum profitebaris, nunc eodem nomine vis solus honorari. Pelagius Antecessor meus datis ad te gravissimis litteris idipsum severe reprehendit, Acta Concilii, quod in Causa Fratris nostri Gregorii Episcopi convocaveras, irrita & nulla declaravit, & Archidiacono, suo in Aula Imperatoris Nuncio, prohibuit, ne unquam te præsente Missæ interesset. Ex quo ad Regimen Ecclesiæ vocatus fui, sicut mandavi, alii Nuncii mei, & nunc ultimo Sabinianus Diaconus hac de re te monuerunt. Et quia humani corporis vulnera leni manu tractanda sunt, priusquam ferrum adhibeatur, rogo te, obtestor, & in visceribus Charitatis exhortor, ut adulatores tuos Nomen, quod insana superbia suggerit, tibi tribuentes, repellas. Patriarchæ autem non solum familiares, & in paucis amici adulabantur, sed Episcoporum Orientalium plerique, per quem solum ipsis ad Imperatorem patebat accessus. Tum S. Gregorius ita prosequitur: *An nescis, Concilium Calcedonense honorem istum Episcopis Romanis obtulisse, & Universales appellasse? nullum vero illorum invidiosum Titulum recepisse, ne Episcopatum sibi*

Sup. Lib. XXXIV. §. 59.

Sæculum VI. A.C. 595.

sibi soli (*) *usurpare, & omnibus alii Fratribus suis rapere viderentur.* In reliqua hujus Epistolæ parte S. Papa Joannem ad virtutem Humilitatis vehementer exhortatur. In Concilio Calcedonensi omnino aliqui Libelli occurrunt ad S. Leonem directi, cum titulo Archiepiscopi Oecumenici, scilicet Libellus Theodori & Ischyrionis Diaconorum Alexandrinorum; item Athanasii Presbyteri, qui eum Patriarcham œcumenicum vocat.

Act. III. p. 396. 400. 405

Ad Sabinianum

S. Gregorius, data eodem tempore ad Sabinianum Nuncium suum Epistola, detegit Joannis fraudes, qui Imperatorem substituerat, ut pro se scriberet. *Nimirum sperat*, inquit Papa, *ambitioni sua Auctoritatem conciliare, si Imperatorem audio, aut infensum mihi Principem habere, si non audio. Verum recta semper ingrediar via, neminem in hac Causa timens, nisi solum Deum. Sed nec te quidquam terreat. Quæcunque magna habet Mundus, amore veritatis sperne, atque spem tuam ponens in Deo, & S. Petri auxilio rem magna Auctoritate geris. Cum hostium gladios a jugulis nostris removere non valeant, & Bona nostra amittere coegerint, ut Rempublicam servare-*

mus,

(*) Hic dispicitur, in quo sensu S. Gregorius Episcopus universalis appellari noluerit.

mus, pudori profecto ferendo non essemus, Sæculum VI. A.C. 595. *si etiam Fidem, consentiendo eorum superbiæ, nobis auferri sineremus.* S. Gregorius hanc Litem ad Quæstiones Fidei pertinere existimat, quia revera Fides prohibet unicum Episcopum agnoscere, cujus cœteri solummodo Vicarii sint. (*) Præterea præsagiebat animus sapientissimo Viro, quam funestos exitus Episcoporum Constantinopolitanorum ambitio habitura esset; & vera prospexisse, rerum eventus sequentibus Sæculis edocuit.

Itaque Papa ad Imperatoris Patriarchæ suo faventis Epistolam respondens ait, causam unicam calamitatum publicarum fastum Episcoporum existere, & addit: *Quod verbo prædicamus, exemplo nostro destruimus. Ossa nostra jejuniis attenuantur, & Spiritus superbia inflatur, jacentes in cinere honores affectamus, & sub ovium specie luporum dentes occultamus.* *IV. ep. 31.*

Hæc dicta ad externum Sanctitatis habi-

(*) Quia nempe omnes Apostoli Potestatem suam immediate a JEsu Christo acceperunt. Interpres Protestans hic sensum contrarium reddidit: Weil in der That der Glaube nicht gestattet, mehr als einen Bischof zu erkennen, dessen *Vicarii* alle andere sind. Errores alios innumeros sileo.

Sæculum VI. A. C. 595. habitum Joannis Constantinopolitani, qu Jejunator vocabatur, referenda sunt. Tum S. Gregorius prosequitur: *Totius Ecclesiæ Regimen & Primatus S. Petri data fuere; ideo tamen non vocatur Apostolus Oecumenicus.* (*) *In tota Europa dominantur Barbari, eversæ sunt Civitates, munimenta destructa, devastata Provinciæ, terræ sine Colonis, ab Idololatrarum arbitrio Fidelium vita pendet; quid interim Episcopi? dum in cinere prostratos lugere & plorare oporteret, nova nomina, vanos titulos quærunt, & Mundi Gloriam aucupantur. Num forte causam meam privatam defendo, vel Causam Dei & Ecclesiæ universalis? Scimus, plures Episcopos Constantinopolitanos non Hæreticos modo, sed etiam Hæresiarchas extitisse, quales fuere Nestorius & Macedonius. Si vero qui tenet hanc Sedem Episcopus Universalis esset, tota cum ipso errorem laberetur Ecclesia.* (**) *Ego quidem omnium Episcoporum Servus sum, quamdiu vitam Episcopo dignam vivunt; si vero aliquis contra Deum caput attol-*

lat,

(*) Scilicet non vocatur in eo sensu, quasi vero non etiam cæteri Apostoli ad universas Gentes missi fuissent.

(**) Nam in sensu S. Gregorii nullus tunc alius Episcopus esset, qui errantem posset in viam reducere.

lat, confido neminem parem futurum qui efficiat, ut ego cervices meas cuiquam homini aut etiam gladio inclinare cogar. Vel igitur hanc Causam ipse judicare clementer velis, vel Joannem Episcopum proposito absistere compelle. Huic, ut mandatis tuis obedirem, mansuete & humilibus verbis scripsi; si me audierit, habebit me fratrem sibi devotissimum, secus autem, illum sentiet Adversarium, qui superbis resistit.

Sæculum VI. A. C. 595.

Jac. 4. 6.

S. Gregorius eadem de re sed liberiore calamo Constantinæ Imperatrici scripsit. *O tristem Ecclesiæ sortem,* inquit, *ab Imperatore tolerari virum, qui non sine omnium aliorum contemptu solus Episcopus vult appellari! hanc quidem Gregorii peccata merentur; at quid S. Petrus peccavit, ut tantam pati cogatur injuriam? & vobis regnantibus? viginti septem anni effluxerunt, ex quo inter Longobardorum gladios trepidamus. Et nemo credit, quantum quotidie hæc Ecclesia hostibus pendat. Dicam, quod res est; sicut Imperator Exercitus sui Ravennatensis Ærario Præfectum habet, ita ego Romæ Longobardorum Ærario præfectus sum. Præterea Ecclesia hæc, quæ nunquam non alios sumtus in Clericos, in Monasteria, in Pauperes, in Populum facit, etiam mœrore omnium aliarum Ecclesiarum affligitur, sub unius viri fastu*

IV. ep. 34. Epistola ad Imperatricem.

Sæculum VI A.C. 595.

gementium, malumque augetur, ex n
quod sub tanta tyrannide nemini salta
in questus libere solvi liceat.

Cum Maximus Salonensis alienæ S
dis usurpator in obstinatione perseve
ret, hac de re S. Gregorius in eadem
Imperatricem Epistola conqueritur, d
cens: *Vir iste confidit in Patrocin*
quorumdam sæcularium, quos donis inge
tibus ex Ærario Ecclesiæ suæ sumtis s
bi conciliare dicitur, &, quamvis Imp
rator præceperit, ad me venire detrect
Ego vero Principi obedientiam præsto, d
licet, me præterito, Maximus ordinatu
fuerit, libentissime ignosco. At aliâ e
jus crimina silentio involvere Deus no
permittit, scilicet peccata impudicitiæ
Ordinationem dato pretio obtentam, Mi
sas, quas excommunicatus celebrare aud
est, cujus præcipue delicti rationem u
aliquando reddere valeat, Deum preco
Præcipit Imperator, ut hunc Episcopum
cum huc venerit, honorifice excipiam
durum imperium, dum hominem in
gnum & tot sceleribus fædatum reveren
jubeor! & si denique Episcoporum Cau
sæ, de quibus meum est judicare, in A
la Imperatoris aliorum hominum Auct
ritate definiuntur, quid mihi & Roman
Ecclesiæ?

Patriarcharum omnium plurimum intererat, ut Joannis Constantinopolita

ni audacia reprimeretur; hinc S. Gregorius communem Epistolam ad S. Eulogium Alexandrinum, & S. Anastasium Antiochenum dedit. In ea originem Contentionis a Concilio Joannis Constantinopolitani, quod Pelagius Papa nullum declaravit, per annos octo durantis repetit, & eadem argumenta, quæ in aliis Epistolis, affert; tum addit: *Nemini unquam Titulum Oecumenici tribuite, & nolite siniſtram ſuſpicionem de Imperatoris fide concipere. Deum timet, & nihil contra Evangelium aut Canones molietur.* Et inferius: *Si cui hoc Titulo uti permittatur, de omnium aliorum Patriarcharum Auctoritate actum erit, & ſi ille, qui Epiſcopus Univerſalis dicitur, in errorem lapſus fuerit, nullus ſupererit Epiſcopus, qui in vera Fide perſeveret.* (*) *Igitur obteſtor vos, ut Eccleſiarum veſtrarum Auctoritatem talem, qualem accepiſtis, tueamini. Omnes Epiſcopos vobis ſubjectos ab enormi corruptela ſervate immunes, & vos vere Eccleſiæ Univerſalis* (**) *Patriarchas oſtendi-*

Sæculum VI. A. C. 595.

IV. ep. 36.

Sup. XXXIV. §. 58.

Ad Patriarchas.

(*) Etiamſi unicus in tota Eccleſia daretur Epiſcopus, hunc tamen S. Gregorius errare poſſe ſupponit.

(*) Sicut omnes Epiſcopi in ſuo ſenſu ſunt Epiſcopi Eccleſiæ Univerſalis, quia ſunt Succeſſores Apoſtolorum.

Sæculum VI. A. C. 595.

te. *Si superveniant adversa, unanimes simus, & etiam, si opus fuerit, fuso sanguine demonstremus, non privati commodi causa intolerabilis ambitionis Titulum a nobis damnari. Credite mihi, cum eum unice finem Dignitatem Episcopalem susceperimus, ut prædicemus Veritatem, tutius erit, ejusdem Veritatis amore eminentis Dignitatis fastigium reliquere, quam servare, si istud Ecclesiæ utilitas postulaverit. Orate pro me, ut quæ libertate Sacerdotali dico, operibus comprobem.* Quinque istæ S. Gregorii Epistolæ, de Joannis Constantinopolitani ambitione tractantes, eadem die scilicet prima Jan. anno 595. & simul omnes ad Sabinianum Nuncium missæ videntur.

§. XL.

S. Gregorii Sermones.

Sup. n. 23. Interim Roma Longobardorum armis premebatur; nam cum Romanus Patricius & Exarchus Ravennatensis violatis fœderibus Perusiam aliasque urbes occupasset, Agilulphus Longobardorum Rex perfidia incitatus, cum valido exercitu ex urbe Ticinensi, ubi Sedem fixerat, egressus, recuperata Perusia, copias Romæ admovit, obsedítque. Et cum Exarchus Perusiam in potesta-

Paul. IV. hist. Long. c. 8.

tem

teſtatem ſuam redacturus militem abduxiſſet, ſine præſidio fuerat; hinc Romam tunc captum iri nemo dubitabat, quam nihilominus annona, copiis, & civibus deſtitutam Gregorii Præfecti & Caſtorii Magiſtri Militiæ induſtria & fortitudo ſervarunt. Sæculum VI. A. C. 595. *Greg. IV. epiſt. 31.*

S. Gregorius tunc temporis in ſuis Sermonibus Ezechielem Prophetam explicabat, quippe Vir ſanctus omnibus Epiſcopi Officiis intentus Prædicationem in primis curis habebat. Sub initium Pontificatus ſui quadraginta Homilias in Evangelia, quæ tunc Romæ per anni curſum legebantur, & hodieque iisdem diebus plerumque recitantur, compoſuit. Ex his viginti ſcribentibus dictaverat, & deinde populo prælegi juſſerat. Viginti alias ex Cathedra pronunciaverat, easque ex ore loquentis Notariorum calamus exceperat. Hæ in duos libros non ſecundum dierum ordinem, ſed temporis, quo eas per annos plures compoſuit, collectæ. Ita in unum volumen collatas Secundino Epiſcopo Tauromienſi in Sicilia miſit, ſignificans, eas in Miſſa fuiſſe pronunciatas; illud enim erat conſuetum Prædicationis tempus. *Præf. in homil.*

Poſt hæc S. Gregorius Ezechielem Prophetam populo ſuo explicare aggreſſus eſt, aderantque qui has Homilias, ſicut eas eloquebatur, ſcriberent. Poſt-

Sæculum VI. A. C. 595.

quam Homilias duodecim in tria prima Capita pronunciaſſet, populusque videret, Pontificem ingenti, qua premebatur, negotiorum mole impediri, quominus totum librum abſolveret, rogavit, ut ſaltem ultimam Partem, ubi de Reſtauratione Templi agitur, & quæ maxime obſcura eſt, exponeret. Reſpondit Papa: *faciam, quod petitis, ſed duo ſunt, quæ mentem meam in hoc labore ſuſcipiendo perturbant, perplexa admodum hujus Prophetiæ materia, & delatum ad me nuncium, Agilulphum Longobardorum Regem Padum cum exercitu ſuperaſſe, & ſtrenue progredi, Civitatem noſtram obſeſſurum. Jam veſtrum arbitrium appello, Cariſſimi fratres! quomodo mens mea timore perculſa & in tot curas diſtracta apta eſſe poſſit, ut in alta Myſteria penetret? nihilominus Cæli favore & ferventi deſideriorum veſtrorum confirmor.* Unam

Præf. in l. 2.

Homiliæ S. Gregorii. *Hom. 1.*

Homiliarum ſuarum exorditur in hunc modum: *Ne temeritatis notam apud quemquam veſtrum incurram, inprimis edicam, quo ſpiritu ducar, dum profundiſſima Myſteria vobis explicare aggredior. Sæpe mihi accidit, ut illa Sacræ Scripturæ loca, quæ ſolus intelligere non potui, ubi deinde in præſentia Fratrum meorum fui, intellectu facilia mihi fierent; unde intuli, hoc Donum ad utilitatem Fratrum meorum a Cælo mihi datum. Itaque*

que si quæ in hoc Propheta non intelligo, ignorantiam meæ tenuitati adscribo, si vero multa capiam, id vobis in acceptis refero. Sæculum VI. A. C. 595.

In alia Homilia S. Gregorius Italiæ & Romæ miserias depingit in hunc modum: *Quid adhuc in hoc Mundo, quod nobis placere queat, supereſt? non nisi tristia oculis objiciuntur, gemitibus aures implentur. Destructæ sunt Urbes, diruta Propugnacula, agri devastati, Provinciæ in solitudinem abierunt, & exiguæ humani generis Reliquiæ Divini Numinis ira conteruntur. Oculis nostris conspicimus, hos in captivitatem abstrahi, illos turpiter mutilari, trucidari alios. Roma, Roma, inquam, olim Mundi Domina, hodie magni nominis umbra, calamitatibus oppressa, a Civibus derelicta, ab hostibus vexata, suis ruinis sepulta jacet. Ubi Senatus? ubi Populus? imo, ubi homines saltem? ipsa etiam ædificia collabuntur, corruunt mœnia. Ubi jam sunt illi, qui aliquando in hujus urbis Gloria lætabantur? ubi Pompa, ubi Triumphi? olim Romani Principes, Ducesque, in Provinciis dispersi, gentium spolia cumulabant, confluebant undique juvenes, ad summa honorum culmina aspirantes. Hodie cum eversa & deserta jaceat Civitas, nemo venit fortunam adoraturus, nullæ potentes factiones supersunt, quæ infir-*

Hom. 18. p. 1184. edit. Paris. 1640.

Sæculum VI. A. C. 595.

miores opprimant. Hanc Romæ descriptionem non mirabitur Lector rerum praeteritarum gnarus, si animum reflectat, Romam jam ab annis trecentis Imperatorum Sedem non amplius fuisse. Diocletianus Nicomediæ morabatur, Constantinus Byzantium sibi elegit. Imperatores Occidentis cum in Illyrico tum in Gallia Sedem figebant, aut si in Italia versarentur, residebant Mediolani vel Ravennæ, quæ Civitas etiam Regum Gothorum & deinde Exarchorum Sedes fuit. Cum igitur Principes abessent, & negotia publica alibi gererentur, sensim deserta est Roma, Palatia incolis vacua collapsa sunt, & in dies Civitas ista depressa, donec tandem in abyssum illius horrendæ Desolationis cecidit, quam S. Joannes Evangelista in Apocalypsi vaticinatus fuerat. Tum S. Gregorius subdit: *Quæ de Urbe nostra diximus, in aliis quoque totius orbis terrarum Civitatibus contigisse discimus; aliæ enim fame, aliæ ferro, aliæ terræ motibus, aliæ aliis calamitatibus oppressæ perierunt. Itaque, Fratres? ex toto corde hunc Mundum, saltem dum perit, spernamus, & desiderierum vincula, quibus eidem inhæremus, dum esse desinit, abrumpamus.* S. Gregorius omnino credebat, Mundi finem imminere, & mali ultimi mala prænuncia esse ominabatur tot Barbarorum incursiones,

Apoc. 17. 18.

nes,

nes, tot bella, & calamitates publicas, quibus Sæculum ipsius affligebatur. De hoc terrifico fine frequentissime loquitur, nihil in Sermonibus ejus, nihil in epistolis sæpius occurrit, quam horrendi Judicis adventus, & Judicii rigor. Cum hoc timore perterritus scripserit, nihil mirum, si ipsius Dictio humilitatem, Compunctionem, lacrymas & pœnitentiam spiret. Sæculum VI. A. C. 595.

Decem non plures Homilias in ultimam Ezechielis partem scripsit, & unum tantum explicavit caput; tum Epilogum addidit in hæc verba: *Nemo mihi vitio vertat, si post hunc Sermonem explicare cessem. Omnes cernitis, quousque excreverint ærumnæ nostræ, undique hostium gladiis cingimur, aliqui ex nostris abscissis manibus revertuntur, alios captos, alios necatos fuisse, ajunt. Quis Scripturæ Mysteria explicet, quando moriendum est? quid aliud superest, quam inter lacrymas Gratias agere Deo, a quo propter peccata nostra ferimur?* *Præf.*

Viginti duæ istæ Homiliæ in Ezechielem exinde post annos octo in Libros duos, quemadmodum antea Homiliæ in Evangelia, collectæ sunt, easque S.Gregorius Mariniano Episcopo, qui illas sibi expetierat, misit.

Sæculum VI.
A.C. 595.

§. XLI.

S. Gregorii Querelæ.

IV. *epist.* 29. Sanctus Gregorius, cum omnia in dies Romanis arctiora fierent, misit, qui cum Agilulpho Rege de Pacis conditionibus agerent, & placuere Barbaro, quæ proponebantur. Igitur, ut etiam Exarchus consentiret, ad Severum Scholasticum, cujus consilio utebatur, scripsit Papa in hunc modum: *Scias velim, Agilulphum Regem toti Italiæ pacem daturum, si modo Exarchus damna reparet, quæ initæ pacis fidem frangendo intulit; nam istud solum est, de quo queritur. Illud quoque minime ignoras, quam necessaria nobis pax sit. Spero proinde te illa, qua vales, prudentia effecturum, ut Exarchus ad concludenda fœdera animum sine mora adjiciat; nam si cunctetur, præmittit Rex, se nobiscum vobis exclusis de pace acturum, & certissime scimus, fore, ut plures aliæ Civitates in hostium potestatem redigantur.* Imperatori, cujus animum verisimiliter Exarchi, S. Gregorio infensi, litteræ irritaverant, non probabatur, quod Papa cum Longobardis pacem paciſci meditaretur, & data epistola simplicem esse virum S. Gregorium arguit, qui Barbarorum verbis fidem adhiberet. Pupugit Papam acerba reprehensio, & Imperatori rescripsit, se per-

perbene intelligere, quod honestiore nomine dementiæ accusaretur, & *fateor*, inquit, *ex merito me lædi, si enim sapiens fuissem, nunquam hoc caput tot malis totque periculis & Longobardorum armis sponte exposuissem.* Queritur deinde, sibi vera suadenti fidem non haberi, & addit: *lubentissime simplicitatis meæ contemtum silentio æterno involverem, nisi cernerem, dilectam Patriam in horas singulas graviore servitute premi. Hoc torquet Civitatis Romanæ amantissimum pectus, quod hostium vires immensum crescant, & ideo crescant, quia mea spernuntur consilia. Auguste! dubites licet, an ego vir prudens sim, utcunque visum fuerit, id tantum ne feceris, ut quibuscunque te circumstantibus, ubi de Republica agitur, & de conservanda vel amittenda Italia, faciles aures præbeas. Non ex verbis, quæ tibi placent, sed ex rerum eventu judica.* Deinde S. Gregorius monitum inculcat, etiam coronatos Principes teneri, Episcopis, etsi illorum Domini sint, maximam Reverentiam exhibere. Hæc epistola mense Junio anno 595. data est. Sæculum VI. A. C. 595. IV. *epist.* 31.

Sub idem tempus ad aliquem Episcopum in Oriente degentem scribens contra Exarchum conqueritur in hunc modum: *Par dicendo non sum, quanta a Domino Romano amico tuo sustinere cogar.* IV. *epist.* 35.

Mitio-

Sæculum VI. A.C. 595. *Mitiora sunt nobis Longobardorum arma quam hujus viri nequitia, & minora sustinemus ab hostibus vitam eripientibus, quam ab Imperii Romani Præfectis, quorum rapinis & fraudibus consumimur.*

S. Gregorii Epistolæ. *Nunquam non cura Episcoporum, Clericorum, Monasteriorum & populorum premi, hostium insidiis resistere, ab improbitate & fraudibus Præfectorum nostrorum cavere, quanta afflictio & supplicium sit, nemo te melius intelligit, qui me sincere diligis.*

IV. ep. 33. In similes questus solvitur S. Gregorius ad Constantinam Imperatricem scribens. *Cum ad nos relatum fuisset*, inquit: *multos in Insula Corsica existere Idololatras, quos Episcopi Doctrina Christiana imbuere negligerent, aliquem Episcoporum ex Italia illuc misi, qui non multos ad Fidem perduxit. Verum ad me*

Ad Constantinam. *detulerunt, Idololatras, qui Diis sacrificant, data pecunia hanc licentiam a Judice emere, & eundem ab illis, qui non amplius sacrificant, sed baptizati fuere, nihilominus tantum, quantum antehac, pecuniæ exigere. Ipsum Episcopo nefas exprobranti respondisse, se munus, quod obtineret, tanta pecuniæ vi emisse, ut non aliter quam his subsidiis æs alienum reddere posset. Corsica Insula exactionibus tam atrociter vexatur, ut ad eas solvendas Parentes cogantur propriam sobolem venum-*

venumdare, hinc a Romanis deficientes ad Longobardos confugiunt, fieri enim non poteſt, ut ſortem pejorem ſub Barbaris experiantur. Aliquis nomine Stephanus in Sicilia Rei maritimæ Chartularius tot concuſſionum accuſatur, nam Bona aliena invadit, & Prædia Domosque ſine prævia Cauſæ cognitione Fiſco addicit, ut ſi omnia, quæ ad me de eo relata ſunt, ſcribere vellem, magnum volumen implerem. Rogo te, ut hæc Imperatori ſuggeras. Scio, quid dicturus ſit; nempe iſtarum Inſularum reditus ad propugnandam adverſus Barbaros Italiam impendi; ſed vereor, ne vel ideo tot impenſæ his Provinciis parum proſint, quod non ſine admixtione peccati exigantur; nam etiamſi inde minora eſſent noſtra auxilia, expedit tamen, ut potius mortem temporalem ſubire cogamur, quam ut vos de Salute æterna periclitantes admonere ceſſemus.

Sæculum VI. A. C. 595.

§. XLII.

Marinianus Epiſcopus Ravennatenſis.

Cum S. Gregorius Joanni Conſtantinopolitano prima Jan. hoc anno 595. ſcriberet, de Cauſa tamen Joannis & Athanaſii Presbyterorum reſpondere diſtulerat. Hi Romam venerant, eorumque Cauſa ad examen vocata eſt in illo veriſimiliter Concilio, quorum Canones habemus, atque ante Corpus S. Petri quinta Ju-

Sup. n. 28. IV. ep. 38.

Sæculum VI. A.C 595.

ta Julii, anno Mauritii Imperatoris decimo tertio, Indictione decima tertia, id est, anno 595. celebratum est. Interfuere Episcopi viginti tres, si ipse S. Gregorius Concilii Præses adnumeretur. Triginta tres quoque Presbyteri, quorum omnium Tituli notantur, aderant, & sicut Episcopi sedebant, Diaconis cum reliquis Clericis stantibus. Inter Episcopos loco secundo sedebat Marinianus Ravennatensis, qui honor non ordinationis antiquitati, quippe nuper electus fuerat, sed Civitati, Exarchi Romani Se-

IV. ep. 20. 21 di, datus est. Joanne Episcopo circa mensem Februarium ejusdem anni defuncto, S. Gregorius Severum Episcopum Civitatis Ficulanæ, quæ hodie Cervia dicitur, Visitatorem nominavit, & Castorio Notario Delegato suo in mandatis dedit, ut Electionem secundum Canones fieri curaret. Optabat Exarchus, ut Donatus Archidiaconus Episcopus Ravennatensis eligeretur; at cum S. Gregorius ejus vitam examini subjecisset, & reum

ep. 45. inveniisset multorum criminum, quæ Episcopatu indignum reddebant, eum ordinare noluit. Joannem quoque Presbyterum ad Episcopalem Dignitatem non admisit, quod Psalmos nesciret, & hæc desidia indicaret, hunc virum de Salute animæ suæ non esse satis sollicitum. Tandem omnes consenserunt in Electionem

nem Mariniani, quem cum S. Gregorio in ipsius Monasterio diu versatum fuisse sciebant. Multum tergiversantem & ægerrime consentientem S. Gregorius, cui nota erat viri virtus & circa Salutem animarum zelus, ordinare non est cunctatus. Conjectura est Marinianum Romano Concilio interfuisse, priusquam Ravennam se conferret. Paulo post eidem S. Gregorius Pallium misit, addito mandato, ut eo tantum in Missa & in Solemnibus quatuor Supplicationibus ornatus incederet. Sæculum VI. A.C. 595.

Anno sequente majoris momenti monita ad eundem direxit. *Quia mihi carissimus es*, inquit, *instantissime te exhortor, ne tibi major pecuniæ cura sit, quam animarum; harum Saluti unice invigilet Episcopus; de his enim solum Dominus Noster rationem exiget.* Tum Secundino Abbati Ravennæ moranti scribens ait: *Excita Fratrem nostrum Marinianum, nam illum dormitare credo. Venerunt ad me Viri, & inter ipsos Senes mendici. Interroganti sigillatim recensuerunt mihi nomina illorum, qui proficiscentibus eleemosynam largiti fuerunt; sollicite autem quærenti, quid ipsis Marinianus dedisset, responderunt, se quidem ab ipso stipem petiisse, sed nibil accepisse, ne panem quidem, quamvis alias pro Ecclesiæ illius consuetudine quibuscunque petenti-* *V. ep. 28.* Epistolæ S. Gregorii. *V. ep. 29.*

Sæculum VI. A.C. 595.

tentibus saltem panis datus fuisset. Me-ror, quod ille, cui multæ vestes, vasa ar-gentea, cellæ alimentis plenæ sunt, nihil habeat, quod det pauperibus. Igitur ad-monebis eum, ut Spiritum Charitatis in-duat, nec existimet, satis esse, legere, orare, solitudinem amare, sed oportere etiam, largum esse in pauperes, & Bona Opera manibus suis accumulare, quæ si absint, inane esse Episcopi nomen.

Tertio loco Concilii Romani legitur Paulus Nepesinus, ille ipse, qui anno 592. vacantem Ecclesiam Neapolitanam tanquam Visitator rexerat. Fortunatus Episcopus Neapolitanus inter ultimos no-minatur. Omnes reliqui ex illa Italiæ Parte sunt, quæ aliunde Papæ subjecta erat, & plerique Civitati Romanæ vici-ni. Unus eorum nempe Secundinus Tau-rominensis ex Sicilia advenerat. In hoc Concilio sex Canones conditi, quos Pa-pa proposuit, & Episcopi acclamando ap-probarunt in hunc modum:

Sup. n. 18.

§. XLIII.

Synodus Romana.

tom. 5. *Conc. p.* 1198.

Gregorius Papa dixit: *Pessima Consue-tudo jam diu in Ecclesiam Romanam irrepsit; quod scilicet ad Ministerium San-cti Altaris Cantores eligantur, qui dein-de Diaconi ordinantur, & nihilominus sicut prius Cantoris Officio funguntur, cum*

cum Prædicationi & Eleemosynarum largitioni vacare oporteret. Inde sæpe fit, ut in Sacris Dei Ministris magis vox amœna, quam boni mores quærantur, & dum cantus populo probatur, Cantorum vita Deum ad iracundiam provocet. Quamobrem præcipio, ut in hac Ecclesia Sancti Altaris Ministri nunquam cantent, sed solummodo in Missa Evangelium legant, Subdiaconi autem, & si opus sit, minores Clerici Psalmos cantent, & alias Lectiones recitent. Si quis hoc Decretum violet, Anathema sit! responderunt omnes: *Anathema sit!*

Sæculum VI. A.C. 595.

S. Gregorius magna sedulitate cantum, totumque Ecclesiæ Officium ordinavit, ut infra dicam. Secundum Canonem proposuit in hæc verba: *nostra incuria mos erubescendus invectus est, ut Sedis hujus Episcopi utantur opera famulorum laicorum & sæcularium, qui cubiculi obsequia secreta præstent, & homines isti interioris vitæ Episcopi sui conscii sint, dum interim Clerici eam ignorant, quamvis summopere deceat, ut Pastoris sui vita Discipulis, cujus exempla sequantur, notissima sit. Hinc præcipio, ut Clerici aut etiam Monachi ex reliquis selecti familiaria obsequia Episcopo exhibeant; sic enim & vitæ testes habebit, & semper præsentes Discipulos, qui bono Episcopi exemplo erudiantur.* Clerici isti,

Canones Concilii Romani.

Sæculum VI. A. C. 595.

qui Episcoporum quasi Custodes esse de-
bebant, a Græcis dicebantur Syncelli;
eorumque servitia subsequente tempore
in Græcia honorifico titulo honorata
fuere.

Sup. l. XXV n. 5. in fin.

Ceterum quæ hic S. Gregorius alii
præcipit, ipse omnium primus observa-
bat. In Exordio Pontificatus sui apud
se retinuit Clericos, Monachosque mo-
ritis & virtutibus insignes. Inter illos
fuere Petrus Diaconus ipsi ætate suppar,
quem in suis Dialogis loquentem indu-
cit. Æmilianus Notarius, qui cum alius
Sancto Pontifice dictante illas quadra-
ginta Homilias scripsit. Paterius & ipse
Notarius S. Gregorii Opera in compen-
dium utilissime contraxit. Joannes De-
fensor, quem in Hispaniam misit, ut Jo-
nuarium Episcopum Malacanum contra
fas depositum restitueret. Hi Clerici e-
rant. Inter Monachos invenimus Ma-
ximianum Monasterii sui Abbatem, po-
stea Episcopum Syracusanum, qui anno
594. in Domino quievit. Augustinum
sui Monasterii Præpositum, & Mellitum,
quos posteriore tempore in Angliam mi-
sit: Marinianum deinde Episcopum Ra-
vennatensem: Probum quem Abbatem
creavit, & Jerosolymam dimisit, Nobi-
comium in illa Civitate ædificaturum:
Claudium Abbatem Classensem propter
Ravennam. His sociis S. Gregorius usus
bat

Joan. Diac. l. II. c. II.

inf. XXXVI. n. 49.

IV. ep. 19.

Joan. c. 12.

batur vitam Monasticam in Palatio Episcopali ducens. Hos in difficilibus Ecclesiæ negotiis consulebat, & quoscunque noviſſet ſui ævi ſummos viros invitabat, ut ad ſe venirent. Omnes autem Romano habitu veſtiti incedebant, Linguam latinam loquebantur, nec Barbarorum moribus Romanam humanitatem perverti ſinebant. Ceterum S. Papa nec ad familiaria obſequia Domus ſuæ, nec in adminiſtratione Patrimoniorum Eccleſiæ Laicos adhibebat. Sæculum VI. A. C. 595. c. 13. 14. n. 15.

Tertius Synodi Romanæ Canon ſic ſonat: *Novus abuſus in hac Eccleſia invaluit; ut Rectores Patrimonii Fiſco Præfectorum more prædiis aut domibus, quas ad Eccleſiæ Bona pertinere aſſerunt, ſcuta affigant, & Patrimonium pauperum via facti defendant. Hinc præcipio: ſi quis Clericus proprio ſuo arbitrio ſcuta affigat, Anathema ſit!* omnes reſponderunt: *Anathema ſit!* S. Gregorius addidit: *ſi id Epiſcopus mandaverit, affigens non puniatur, ſi autem ſine Mandato fecerit, Anathema ſit!* Concilium Romanum.

Tum proſequitur: *Quo majorem honorem ob Reverentiam S. Petri Fideles nobis exhibent, eo magis nos propriam infirmitatem confiteri, &, quod in modo honorandi nimium eſt, rejicere oportet. Conſuetudo obtinuit, ut cum corpora Epiſcoporum hujus Sedis tumulo inferuntur,*

Sæculum VI. A. C. 595.

populus illa Dalmaticis tegat, quas poſſe inter ſe dividit & tanquam Reliquias ob ſervat. Ideo præcipio, ne quocunque veſtimenti genere feretrum, in quo defuncti Epiſcopi Romani corpus defertur, contegatur, atque Presbyteris & Clericis, qui huic Decreto obediant, ſub pœna Anathematis injungo. Omnes Anathematismum repetierunt.

Subjungit Pontifex: *Prohibeo ſecundum antiquos Canones, ne quidquam accipiatur Ordinationum, Pallii,* (*) *aut Litterarum cauſa, nec ſub prætextu nuper invento novi convivii, quod Paſtellum vocant; ſicut enim Epiſcopo manuum impoſitionem, nec Diacono Evangelii Lectionis*

(*) Der aufmerkſame Proteſtant läßt hier die Gelegenheit nicht vorbey etwas an dem römiſchen Stuhle zu tadeln. Er ſagt in einer kurzen Anmerkung: Die Umſtände haben ſich ſeit dieſes Pabſtes Zeiten ſehr geändert .... man glaubet das nicht mehr, was er geglaubet hat. Die Biſchöflichen *Pallia* müſſen itzo mit ſchwerem Geld bezahlet werden, und ihre Auslöſung bringet dem römiſchen Stuhl was ehrliches ein. Es ſagt ja der heiliae Gregorius ſelbſt; wenn der Ordinirte aus Dankbarkeit etwas geben will, könne man es annehmen. Wenn aber itzt eine ſtarke Taxe feſt geſetzet iſt, ſo muß man billig bedenken, daß auch die Unköſten die Dataria und andere Dicaſterien zu unterhalten itzt weit gröſſer, als zur Zeit des heiligen Gregorius, ſind.

ctionem, quæ in Ordinatione fit, ita etiam nec Notario Litteras, quas Ordinationis teſtes ſcribit, vendere licet. Si quis igitur pro ejusmodi rebus aliquid det vel accipiat, coram Divino Tribunali rationem reddet. Si vero absque ulla præcedente petitione, exactione, aute pacto, Ordinatus acceptis litteris & Pallio liberaliter cuiquam Clericorum aliquid dare voluerit, illud accipi non prohibemus.

Sæculum VI. A. C. 595.

Multi Eccleſiarum Servi, aut Sæculares, in Monaſterium ſuſcipi petunt. Si ſine diſcrimine omnes admittimus, omnibus Servis Eccleſiæ ſe ſubtrahendi occaſionem præbemus; ſi ſine examine in Servitute retinemus, Deo, qui nobis omnia dedit, homines rapimus. Itaque, qui ſe Deo conſecrare vult, prius in veſte Sæcularium probetur, ut, ſi ex ejus moribus ſincerum Sanctioris Vitæ deſiderium diſpiciatur, liberetur a Servitute hominum, & aliam priſtina rigidiorem amplectatur. Nec abs re id dicit S. Papa, quippe illa ætate tanta erat vitæ Monaſticæ paupertas, labor, rigor, ut mancipia, quæ converſionem ſimulaſſent, ſortem ſuam cum pejore permutaſſent.

§. XLIV.

Cauſa Joannis & Athanaſii Presbyterorum.

In eodem Concilio Romano Cauſa Joannis & Athanaſii Presbyterorum examinata,

Sæculum VI. A. C. 595.

nata, & judicata est. Athanasius ex Isauria oriundus Presbyter & Monachus Tamnacensis seu ad S. Milum in Lycaonia Romæ degebat illo tempore, quo S. Gregorius suos Dialogos scripsit; nam unam Historiam ab ipso relatam narrat. Joannes Constantinopolitanus missis Romam Legatis, epistolas suas deferentibus, demonstrare volebat, Athanasium & Monachos ipsius Confratres his contraria protulisse, quæ in Concilio Ephesino definita fuissent; miserat etiam quosdam Articulos tanquam ex eodem Concilio excerptos, & quibus Anathema illis dicebatur, qui affirmarent, Adami animam per peccatum suum fuisse mortuam, & Diabolum in cor hominis intrasse. Idem Joannes Constantinopolitanus librum quoque miserat, in Athanasii Cellula inventum, & Assertiones Hæreticas continentem. S. Gregorius hoc Libro ad examen vocato deprehendit, errores Manichæorum hinc inde fuisse inspersos, advertitque, Commentatorem, qui Annotationes adjecerat, errores indicaturus, in Hæresin Pelagianorum fuisse lapsum, atque tanquam Hæreticas reprehendere Propositiones Catholicas, qualis illa erat, Adamum ob peccatum suum fuisse mortuum. Cum deinde S. Gregorius etiam Concilium Ephesinum inspexisset, & similia non invenisset, aliud Exemplum anti-

IV. Dial. c. 38.
VI ep. 31.
VII. ep. 48.

5. epist. 4.

antiquissimum Ravenna Romam afferri jussit; sed & istud Romano exactissime consentiebat. Tum Joannis Constantinopolitani Legatis prolixe explicavit, in quo sensu Propositiones istæ, quæ Concilio Ephesino adscribebantur, essent Hæreticæ, iisque hac super quæstione plene satisfecit. Post hæc de re ista ad Narsetem Comitem scripsit in hunc modum: *Concilium Ephesinum inspexi, nihil vero de Causa Adelphii, Savæ, aliorumque, quos condemnatos fuisse ferunt, inveni, sed credimus, ea ratione, qua Concilium Calcedonense in quadam parte ab Ecclesia Constantinopolitana adulteratum fuit, etiam Concilium Ephesinum in aliqua parte fuisse mutatum. Igitur antiquissima, ut poteris, hujus Concilii Exempla conquire, cave autem, recentioribus facile fidas. Latini longe veraciores sunt, quam Græci; nam Gentis nostræ homines, quibus tam acuta ingenia non sunt, fallere nesciunt.*

Sæculum VI. A. C. 595.

Adelphius & Sava, seu magis Sabbas, de quibus S. Gregorius hic mentionem facit, illi forte fuerint Messalianorum Duces, quos Flavianus Episcopus Antiochenus circa annum 390. convicit, & condemnavit; quod autem de Concilii Calcedonensis depravatione meminit, de illo Canone, qui Sedi Constantinopolitanæ singulares Prærogativas tribuit,

Sup. l. XIX. n. 2. l. XXV. n. 45.

Sæculum VI. A. C. 595.

buit, dictum credi potest. Illam vero definitionem Pelagianæ Hæresis notæ fordatam, & Concilio Ephesino attributam, Schismaticorum Concilio Ephesi adversus S. Cyrillum a Joanne Antiocheno & Nestorianis congregato, aut forte Concilio Constantinopolitano a Nestorio anno 429. celebrato, adscribendam existimant.

XXVIII. n. 30. Suv. XXV. 10. Garn. in Merc. 2. p. 63

Cum Joannes Presbyter Calcedonensis Marcianistarum Hæresin fovere accusaretur, ei Patriarcha Constantinopolitanus Judices dedit, coram quibus Accusatores ipsius interrogati, quæ esset hæc Hæresis, fassi sunt, se nescire. Joannes Presbyter contra affirmabat, se esse Catholicum, & Judicibus Fidei suæ Confessionem tradidit, quo non obstante condemnatus est. His omnibus in Concilio Romano ex Actis illius Judicii demonstratis, & Fidei ejus Confessione recitata, quam omnes Orthodoxam judicarunt, S. Gregorius Papa Sententiam Judicum, quos Patriarcha Constantinopolitanus constituerat, nullam pronunciavit, & Joannem Presbyterum absolutum dimisit. Hæc ex epistolis in Causa ipsius ad Patriarcham, ad Imperatorem, & Theoctistum Imperatoris Propinquum datis, discimus. In Epistola ad Imperatorem notatu digna sunt verba sequentia: *quando homini Veritatem profitenti*

V. epist. 15. 16. 17.

non

non credimus, non destruimus Hæresin, sed stabilimus. Illud etiam & inprimis memoriæ mandandum, Papam Actum Jurisdictionis in Patriarcham Constantinopolitanum exercuisse illo ipso tempore, quo se Episcopum universalem jactabat; (*) nam ejusdem Jurisdictioni ille Patriarcha se utique subjiciebat, ad quem Legatos suos cum Litteris & Judicii Actis mittebat. Sæculum VI. A. C. 595.

§. XLV.

Res Galliæ.

Haud multo post Concilium Romanum S. Gregorius datis ad S. Virgilium Arelatensem litteris, ei Vicarii Dignitatem in Galliis concedit, & Pallium, simulque hortatur, ut duos abusus, in Galliis & Germania invalescentes, tolleret, nempe Simoniam & Neophytorum Ordinationem, id est Laicorum, qui per saltum ad Episcopalis Dignitatis fastigium evehebantur, etsi nunquam ad vitam Clericorum instituti fuissent. Finem scribendi facit in hæc verba: *Te Vicarium nostrum in Ecclesiis, Regis Childeberti Ditioni subjectis, constituimus, salvo Metropolitanorum jure. Pallium quoque mit-* IV. *ep.* 50.

(*) Exemplum memorabile, quo Jurisdictio Summi Pontificis in Ecclesiam Constantinopolitanam, ipsis Patriarchis confitentibus, probatur.

Sæculum VI. A. C. 595.

timus tibi, quo tantum in Ecclesia & in Missa utaris. Nullus Episcopus a sua Ecclesia, nisi Licentiam dederis, longius proficiscatur. Si difficilis de Fide Quæstio oriatur, aut grave negotium supervenerit suscipiendum, duodecim Episcoporum Synodum convocabis; & si res inter eos confici nequeat, causam ad nos deferes. Hac IV. *ep.* 52. 53. super re etiam ad Episcopos Galliæ & Childebertum Regem 12. Aug. Indictione 13. anno 595. epistolas dedit.

Childebertus regnabat in Austrasia, quod nomen etiam haud modica terrarum spatia ultra Rhenum posita complectebatur. Inde est, quod hic S. Gregorius Galliæ Germaniam junxerit; præterea Childeberti potentiam auxerat acquisitum Burgundiæ Regnum vita defuncto Guntramo ipsius Patruo, qui Sanctorum numero adscriptus est, quod nunquam non magno in Religionem zelo ferri visus fuerit. Is Monasterium S. Benigni Divione, & alterum S. Marcelli Cabilloni fundavit, & reditibus munifice instruxit. Aliqua etiam Concilia celebrari jussit, semper Ordinationum Simoniacarum acerrimus hostis, ut satis post obitum S. Remigii Archiepiscopi Bituricensis anno 584. ostendit. Morbo contagioso anno 588. Regnum ejus affligente, piissimi Regis jussu populi privatis precibus, publicisque Supplicationibus, Vigi-

Boll. 28. *Maii tom.* 8. *p.* 718. *Martyr. R. & Usuard.*

Greg. VI. *hist. c.* 39.

Vigiliis, & jejuniis in pane & aqua iratum Numen placare satagebant. Nemo unquam Guntramo largius Eleemosynas in pauperes erogavit. Eidem Gregorius Turonensis non nulla edita tribuit miracula, seque ipsum præsentem testem adfuisse affirmat. Nihilominus aliqua hujus Regis facta & inter alia etiam sequentia duo vituperat. Austrigilda Regina uxor ejus morituriens adstanti dixit, sibi a Medicis duobus mortem fuisse propinatam, petiitque, ut fidem daret, se in reos pœna capitis animadversurum; promisit ille, & crudeliter implens quod promiserat, utrumque interfici jussit. Cum aliquis a Regiis cubiculis, Chundo nomine, in sylvis Vogesi montis stravisset bubalum, quem custodiri Rex præceperat, Chundonem vinculis dari mandavit, & hujus rei occasione permisit, ut viri duo congrederentur singulari certamine, in quo pugil uterque occubuit. Mox Chundo, cum effugere conaretur, Guntramo jubente lapidibus obrutus est. Pœnitentia quidem atrocis vindictæ subiit Regem; at fateri oportet, raro in Francis aliisque illius ævi Barbaris pietatem sibi semper constantem inveniri. Rex Guntramus anno Regni sui trigesimo tertio quinto Cal. April. id est anno 594. 28. Mart. e vivis abiit, & Cabilloni ad S. Marcellum sepulturæ mandatus est.

Sæculum VI. A. C. 595.

id. IX. *c.* 21.

id. V. *c.* 36.

id. 10. *c.* 10.

Freder. Chr. n. 14.

Anno

Sæculum VI. A. C. 595.

Anno sequente 595. Regni sui vigesimo Childebertus in Austrasia Rex, edita Lege Coloniæ Francos nobili stemmate ortos, quos Comatos vocat, incestis nuptiis conjungi vetat, addita pœna, ut proscribantur e Regia, & Bona eorum Fisco addicantur, nisi hac in re Episcopis obediant. In raptum pœna capitis sancitur. Prohibetur, ne Die Dominica Christiani alio quocunque labore occupentur, quam illo, qui ad præparanda alimenta necessarius est; hujus Legis transgressores, si liberi homines sint, mulctæ nomine dent quindecim Solidos aureos Salii seu Franci, septem autem Romani; Servi hanc culpam in cute luant, nisi Solidos tres dare possint.

Cap. Baluz. tom. 1. p. 17.

art. 2.

art. 4.

Mense Septembri eodem anno 595. in exordio Indictionis decimæ quartæ S. Gregorius Papa datis ad Childebertum Regem & Brunechildem Reginam, Parentem ejus litteris rogat, ut Regio Patrocinio tueri dignarentur Candidum Presbyterum, quem in Galliam mittebat Patrimonio S. Petri præfuturum; hanc enim curam prius Dynamius Patricius gesserat. Laudat Brunechildem, quod pie Regem Filium suum educasset, & ad Regem dicit, ipsum cœteris Regibus tanto majorem esse, quanto Reges cœteris hominibus altiores esse soleant. Mittit Regi claves S. Petri, in quibus aliquid

V. ep. 5.

ep. 6.

aliquid ramentorum de Catenis hujus S. Apoſtoli includebatur, quas collo geſtaret adverſus mala omnia præſidium. Illius Patrimonii reditus ad opera charitatis in ipſis locis impendebantur; quare S.Gregorius Candido Presbytero in mandatis dederat, ut veſtimenta in pauperes diſtribuenda emeret, & juvenes ex Natione Anglorum annos circiter ſeptendecim vel octodecim natos, qui in Monaſteriis alerentur, & in Divino Servitio erudirentur. Quia vero adhuc gentiles erant, præcipit, ut ipſos Presbyter comitetur, qui eos, ſi forte morbo periculoſo tentarentur, baptizaret. Sancti Pontificis conſilium erat iſtorum juvenum opera uti in Miſſione, quam in Angliam meditabatur. Exinde Rex Childebertus poſt menſes ferme ſex ex hac vita raptus eſt annos natus viginti ſex, poſtquam in Auſtraſia viginti & in Burgundia duobus annis regnaſſet. Succeſſere duo filii ſub cura Brunechildis Aviæ ſuæ. Theodebertus in Auſtraſia, Theodoricus in Burgundia imperavit.

Sæculum VI. A. C. 595.

V. ep. 20.

§. XLVI.

Miſſio S. Auguſtini in Angliam.

Horum Regum Tutelæ S. Gregorius commendavit eundem Candidum Presbyterum & Miſſionarios, quos in Angliam

Sæculum VI. A. C. 596.

Angliam menſe Julio anno 596. Indictione decima quarta miſit. Legationis Princeps erat Auguſtinus Monaſterii ſui ad S. Andream Romæ Præpoſitus cum quibusdam aliis Monachis. Epiſtolas etiam commendatitias dedit ad multos Galliæ Epiſcopos, ad quos proficiſcentibus divertendum erat, nempe Serenum Maſſilienſem, Virgilium Arelatenſem, Deſiderium Viennenſem, Syagrium Auguſtodunenſem; & in alia parte ad Palladium Santonenſem, atque Pelagium Turonenſem Gregorii Succeſſorem. Sub idem tempus S. Gregorius Papa Palladio Santonenſi miſit Reliquias ad dedicanda quatuor Altaria in Eccleſia ab ipſo ædificata, in qua Altaria tredecim fuere erecta. Tantus Altarium numerus in una Eccleſia notatu dignus eſt, non ideo tamen inferendum, in illis ſimul & eodem tempore Miſſas fuiſſe celebratas.

Bed. 1. hiſt. c. 23. V. Coint. an. 596. n. 12.

Auguſtinus & ſocii confecto aliquot dierum itinere (veriſimile eſt, ipſos usque ad Urbem Aquenſem perveniſſe) ſtatuerunt, ulterius non progredi. Animum deſponderant, quod audirent, difficillimam fore profectionem, nec diſpoſitam eſſe ad recipiendam Prædicationem Veritatis Anglorum Gentem, incredulam & barbaram, cujus ipſi nequidem linguam caperent. Ergo communi conſenſu Romam redire decernunt, eoque

eoque mittunt Auguſtinum, omnium nomine S. Gregorium rogaturum, ne ipſos ad ſuſcipiendam peregrinationem periculis plenam & ærumnoſam, cujus Succeſſus eſſet admodum incertus, compelleret. Verum S. Gregorius Auguſtinum remiſit cum epiſtola, in qua jubet, ut zelo viris Chriſtianis digno propoſitum exequerentur, nec ſermonibus malevolorum hominum aures darent, affirmans, nihil magis ſibi in votis eſſe, quam ut unacum ipſis piiſſimo operi inſudare poſſet. Hæc epiſtola decimo Cal. Aug. Indictione decima quarta, ſeu 23. Jul. anno 596. data eſt. Simul illis Epiſcopis, quos nominavi, ſcripſit, ut eorum Benevolentiæ Auguſtinum & Socios commendaret. Ad Protaſium quoque Epiſcopum Aquenſem & Stephanum Abbatem Lerinenſem ſcripſit, dicens, Auguſtinum ad ſe retuliſſe, quomodo ipſi ſe haberent, ſed non rogat, ut ipſum adjuvent, unde colligitur, eos profectioni Anglicæ non faviſſe. In Epiſtolis ad Reges & Reginam Aviam S. Gregorius dicit, ſe Miſſionariis ſuis in mandatis dediſſe, ut in Angliam transmittentes ex Regione illi Inſulæ proxima Presbyteros profectionis Socios acciperent, qui ſe Gentis ingenium edocerent.

Sæculum VI. A. C. 596.

V. ep. 52. 53. 54.

5. *ep.* 55. 56.

ep. 58. 59.

§. XLVII.

Sæculum VI.
A. C. 596.

§. XLVII.

Joannis Jejunatoris obitus.

Interim Joannem Patriarcham Constantinopolitanum fatis functum fama Sanctitatis ad tumulum usque comitata est, ejusque Memoriam Ecclesia Græca secunda die Sept. honorat. Vitæ austeritas ei nomen Jejunatoris peperit, de ejusdem paupertatis amore autem istud afferunt argumentum; Joannes ab Imperatore aliquot talenta mutui nomine acceperat, & tradito chirographo Bona sua omnia Principi in hypothecam dederat. Postquam expiravit, Imperator nihil aliud in defuncti Hæreditate invenit, quam lectulum ligneum, stragulum laneum, & pervetustum palliolum. Itaque tantam Patriarchæ virtutem veneratus Imperator chirographum laceravit, atque pauperrima suppellectile, quam maximo thesauro potiorem habuit, ad Palatium deferri jussa, super illo lectulo in Quadragesima cubavit. His non obstantibus Joannis Patriarchæ pertinacia in usurpando Episcopi Universalis Titulo causa fuit, ut Hypocrisis insimularetur; zelo etiam amaro quandoque ductus fuisse videtur; cum enim aliquando quibusdam veneficii & Sacrilegii reis Mauritius vitæ gratiam facere voluisset, ut Pœnitentiæ peragendæ tempus daret, nullam

Men. 2. Sept.

Theoph. VII. *Hist. c.* 6.

Theophil. 1. *hist.* 11.

nullam emendationis spem de his homi- Sæculum VI.
nibus supereſſe Joannes contendit, nec A. C. 596.
ante ceſſavit Imperatorem urgere, quam
pronunciata ſententia pœnas morte de-
diſſent. Joannes Sedem Conſtantinopo- *Sup.* XXXIV
litanam annis tredecim & menſibus quin- *n.* 47.
que, a menſe Aprili anno 582. usque ad
menſem Sept. 595. obtinuerat.

§. XLVIII.

Cyriacus Patriarcha Conſtantinopolitanus.

Mauritius Imperator, cum diu de eligendo Patriarcha Conſtantinopolitano deliberaſſet, tandem Auctor fuit, *Greg.* VI. *ep.* ut ordinaretur Cyriacus, a longo jam 6. 7.
tempore hujus Eccleſiæ Oeconomus, cui inter tot negotia rerumque viciſſitudines æquus ſemper animus conſtiterat. Ordinatus pro more Papæ miſit Epiſtolam ſuam Synodalem, Fidei ſuæ Profeſſionem continentem, cui Epiſtola Imperatoris, & alia Epiſcoporum, qui Cyriacum ordinaverant, junctæ ſunt. Geor- VI. *ep.* 24. 30.
gium Presbyterum & Theodorum Dia- 31.
conum has epiſtolas ad ſe afferentes S. Gregorius non tantum amice, ſed etiam meliore, quam exorta contentio permittere videbatur, vultu excepit; nam quamvis jam tunc Cyriacus titulum Epiſcopi Univerſalis uſurparet, noluit Papa

Sæculum VI. A. C. 596.

epistolas & Nuncios ejus rejiciendo Unitatem Ecclesiæ dissolvere. Imo diutius apud se Legatos retinuisset, nisi imminente hyeme reditum maturassent; hæc enim ineunte Indictione decima quinta seu Mense Sept. anno 596. agebantur. S.

VI. *ep.* 4. Gregorius duas ad Cyriacum dedit epistolas, publicam unam, in qua ad Epistolam Synodalem respondet, & Confessionem Fidei approbat; dicit vero ad pacem conservandam necessarium esse, ut profano Nomini, quod Superbiam testaretur, nempe Episcopi œcumenici, renunciaret, alteram familiarem amicitiæ testimoniis plenam, quia scilicet S.

VI. *ep.* 5. Gregorius olim Constantinopoli versatus Cyriaci merita propius perspexerat.

VI. *ep.* 7. Scripsit quoque ad Imperatorem & Episcopos, atque in ista epistola conquerentur, quod, cum Cyriacus ordinaretur,

Ps. 117. 24. acclamassent ex Psalmis illa verba: *Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea!* nempe reprehendit, quod Scripturæ verba ad laudem hominis adhuc in terra viventis traducantur, id ipsum autem tanquam in gestientis animi motu dictum excusat.

Haud diu postquam Nuncii Constan-

VI. *ep.* 15. tinopolitani abiissent, aliquis ad S. Gregorium detulit, ipsos dixisse, JEsum Christum descendentem ad Inferos a pœnis liberasse omnes illos, qui ipsum Deum esse

esse confessi fuissent. Credidit Papa, officii sui esse, ut ipsis hunc errorem eximeret, atque ad eos mense Majo eadem Indictione decima quinta anno 597. epistolam dedit, dicitque: *Dominus Noster descendens ad Inferos tantum illos per suam Gratiam liberavit, qui in ipsum venturum crediderant, & secundum ipsius præcepta vitam instituerant.* (*) Tum illos remittit ad Philastrium & S. Augustinum, qui illam opinionem inter Hæreses habuerunt. Sæculum VI. A. C. 597.

Eodem ferme tempore S. Gregorius Sabiniano Diacono Nuncio suo, qui ab annis quatuor Constantinopoli versabatur, domum revocato, misit Anatolium, etiam Romanæ Ecclesiæ Diaconum, addito mandato, ne cum Cyriaco Missam celebraret, priusquam Titulum Episcopi œcu- *Sup. n. 26.* VI. *ep.* 24. 28.

(*) Certissimum est, Judæis in Veteri Testamento præter fidem in Christum venturum etiam Observationem Mandatorum Dei ad Salutem fuisse necessariam. Nullus quoque est dubitandi locus, quin Christus descendens ad Inferos ex Limbo liberaverit etiam multas animas Gentilium, quorum Princeps Job dici posse videtur; aliqui enim secundum Apostolum ad Rom. 2. naturaliter ea, quæ Legis sunt, faciebant &c. Ad Quæstionem vero, quid Dei Misericordia vel Justitia de Parvulis, antequam ad usum rationis pervenirent, mortuis decreverit, quid respondendum, nisi: Judicia Dei Abyssus multa?

Sæculum VI. A. C. 597.

pi œcumenici abdicaſſet, atque hujus præcepti rationem ad Cyriacum, ad Imperatorem atque ad Patriarchas Alexandrinum & Antiochenum ſcribens reddidit. Primo epiſtolam privatam dedit ad

VI. *ep.* 24. Anaſtaſium Antiochenum, qui S. Gregorium hortatus fuerat, ſicut etiam Imperator, ne ob rem nullius momenti in Eccleſia ſcandalum poneret; ſed S. Gregorius reſpondet, neutiquam ut rem leviſſimam conſiderari poſſe audaciam, quæ ad corrumpendam Fidem Eccleſiæ Univerſalis tenderet, quoniam aliqui Hæreſiarchæ ex Eccleſia Conſtantinopolitana nati eſſent. Scribens ad Imperatorem dicit:

VI. *ep.* 30. *Imprudentiæ notam non effugiſſem, niſi in his rerum articulis utrumque officii mei eſſe intellexiſſem, primum quidem ut id facerem, quod ad conſervandam Fidei unitatem & Pacem Eccleſiaſticam neceſſarium erat, & deinde illud non omitterem, quod ad reprimendum intolerabilem faſtum mihi faciendum fuit. Quamobrem Collegæ mei Legatos pio affectu ſuſcepi, & volui, ut mecum Miſſam celebrarent; Diaconus meus Conſtantinopoli in Sanctorum Myſteriorum celebratione illi non ſerviat, qui ſe extollit, non Anteceſſorum ſuorum arrogantiam non corrigit; at oportuit, ut Diaconi ipſius Miſſæ mecum intereſſent, quia ego per Dei Gratiam ejusmodi culpam non admiſi.*

Sunt

Sunt inania nomina, quæ etsi frivole aſ- Sæculum VI.
ſumantur, perniciem tamen afferunt, A. C. 597.
quod ibi futurum eſt, quando Antichriſtus ſe Deum dicet. Dico autem, & intrepide dico: quicunque Epiſcopus Univerſalis vocari vult, Antichriſti Præcurſor eſt, dum cæteris omnibus major eſſe affectat.

§. XLIX.

S. Gregorius Eudoxium non novit.

In Epiſtola, quam S. Gregorius ad Eulogium Alexandrinum & Anaſtaſium Antiochenum communem dedit, iterum illud diſcrimen inter ſuos & Cyriaci Legatos obſervandum dicit, & ſubjungit, quæ ipſi Cyriaco jam ſcripſerat: *In Epiſtola ſua Synodali damnavit quemdam Eudoxium, quem nec in Conciliis nec in Epiſtolis Synodalibus Anteceſſorum ejus damnatum reperio. Verum quidem, quod Canones Concilii Conſtantinopolitani Eudoxianos damnent; ſed quis eorum Auctor fuerit, non memorant; porro Eccleſia Romana huc usque Canones ſeu Acta hujus Concilii non recepit, ſed tantum Confeſſionem Fidei contra Macedonium ratam habuit. Alias Hæreſes, de quibus ibi mentio fit, damnat, verum usque in hunc diem Eudoxianos non novit. Id quoque verum eſt, quod in Hiſtoria Sozomeni occurrat aliquis Eudoxius, qui Sedem Con-*

VI. *ep.* 31.

VI. *ep.* 4.

Sæculum VI. A.C. 597.

ſtantinopolitanam uſurpavit, quia vero in illa Hiſtoria quædam falſa leguntur, quia etiam in ea Theodorus Mopſueſtenus laudatur, & magnus in Eccleſia Doctor usque ad mortem ſuam fuiſſe dicitur, hic Scriptor Eccleſiæ Romanæ non probatur. Nec iſta Hiſtoria cum Concilio, ſub Juſtiniano in Cauſa trium Capitulorum celebrato conciliari poteſt. Nihil apud Latinos de hoc Eudoxio, aut in Philaſtrio, aut in S. Auguſtino, aut aliis Patribus invenimus.

VII. *ind.* 1. *ep.* 30.

Eulogius Alexandrinus poſtea datis ad S. Gregorium litteris, & quibusdam locis ex S. Baſilio, S. Gregorio Nazianzeno, & S. Epiphanio adductis, quis

Sup. L. XIV. *n.* 4.

ille Eudoxius eſſet, oſtendit. Erat vero ille ipſe, qui Arianorum, quos puros dixere, ætate Imperatoris Conſtantii Caput habebatur, & olim Epiſcopus Germaniciæ, deinde Antiochenus, tandem anno 360. Conſtantinopolim transferri

ibid. n. 23.

voluit. Inde S. Gregorius in Hiſtoria Eccleſiaſtica non admodum verſatus fuiſſe videtur, eo etiam magis, quia Theodori Mopſueſteni Elogium, quod ipſe a Sozomeno ſcriptum putat, nullibi niſi in Theodoreto legitur; nec Hiſtoria Tripartita locum ſuſpicandi relinquit, Hiſtoriam Sozomeni illo tempore magis quam hodie integram fuiſſe. Verum conjicere pronum eſt, S. Gregorium

V. Not. Bar. in Mart. R. 23. Dec. & Val. Not. in c. ult. Theod.

non

non alibi, quam in Hiſtoria Tripartita illud Elogium vidiſſe. Sæculum VI. A.C. 597.

Haud multo poſt S. Gregorius ad Epiſtolam S. Eulogii Alexandrini reſpondens, hæc habet memorabilia. *Quamvis dentur plures Apoſtoli, ſolius tamen Principis Apoſtolorum Sedis ob ejus Primatum ſuper cæteras major eminet Auctoritas, atque eadem ejusdem Apoſtoli Sedes in tribus locis viſitur; nam S. Petrus Sedem erexit, ubi nunc quieſcit, & ubi hujus ſæculi vitam poſuit* (nempe Romæ) *Sedem ornavit, in quam Evangeliſtam Diſcipulum ſuum immiſit* (nempe Alexandriam) *& Sedem, quam annis ſeptem tenuit, licet inde abiturus, confirmavit* (Antiochiam) *itaque una eſt ejusdem Apoſtoli Sedes, cui jam Epiſcopi tres Auctoritate Divina præſunt.* His verbis S. Gregorius haud dubie, quanto major iſtarum Cathedrarum quam Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Prærogativa eſſet, oſtendere volebat. (*) VI. ep. 37.

(*) Præterea ex his liquet, tam parum S. Gregorio quam aliis ante ipſum ab Eccleſiæ Exordio Scriptoribus in mentem veniſſe, ut Romanæ Eccleſiæ Auctoritatem ex eo fonte derivaret, quod Roma Caput orbis terrarum & Imperatorum Sedes olim fuiſſet, ſicut Interpres noſter Proteſtans ſomniat. Ceterum, tantum non aliquis Proteſtantium

Sæculum VI.
A.C 597.

§. L.

Lex de Militibus Monachis.

VII. *ind.* I. *ep.* II. *Sup. n.* 31. Mense Dec. eodem anno 597. Indictione prima S. Gregorius ad Metropolitas decem & omnes Siciliæ Episcopos litteras dedit, misitque Imperatoris Legem

---

stantium ex his verbis: *Auctoritate Divina*, S. Gregorium accuset, quod se ipsum Hominem Deum faciat; nam hujus modi obtrectatores deri videmus in Nicolao LLoydio Oxonienti, qui in suo Dictionario Historico ad vocem, *Papa*, inter plurima alia hæc habet: *Et cui*, Papæ, *Pontifici Auctores ultra modum in Scriptis suis addicti diri solent, evehentes eum fere supra omne, quod vocatur Deus.* Et inferius: *Doctrinam vero & Probitatem in plerisque eorundem desideramus.* Et iterum: *Quid de Joanna Papissa?* Rursus: *Deus Bone! in quæ tempora reservasti nos? ut verbo dicam .... Christum & Membra ejus plurimis crucifixa fuisse per paucos Papas Atheos, & Necromanticos, quam unquam per Julianum Apostatam &c.* Profecto! tanta præjudiciorum caligine laborat Anglus iste, ut cetera doctus in Articulo de Papa haud procul ab insania absit. Unicum libet quærere ab hoc Paparum Adversario; quomodo Divina Sapientia ordinare potuerit, ut Fides Christi in omnibus Occidentis Provinciis, præsertim in Anglia, cura singulari Romanorum Episcoporum, quibus hominibus, Anglo nostro Judice, nihil sub sole magis abominabile fuit, prædicaretur, & propagaretur?

gem, qua cavebatur, ne illi, qui Militiæ nomen dederant, aut ratiociniis obstringebantur, vitam Clericalem vel Monasticam amplecterentur. Papa hortatur, ut sine examine ad ordinem Clericorum non admittant homines, negotiis sæcularibus implicitos, ne deinde sub habitu Ecclesiastico adhuc Sæculo serviant. Si Monasteria ingredi voluerint, non prius suscipiantur, quam, quibus oportuerit, rationem rerum gestarum reddiderint. Si Viri Militares ad Institutum Monasticum transire cupiant, sollicite pensetur, qualis eorum vita fuerit, antequam admittantur, & secundum Regulam per annos tres in veste Sæculari probentur. Imperator consentit, ut his conditionibus impletis suscipiantur. S. Gregorius jam semel ante annos quatuor, ut ipse testatur, hanc Legem ad Episcopos miserat, sed cum postea hujus Legis moderamen obtinuisset, visum est, eandem ad Episcopos, qui in Occidente Imperatori parebant, nempe in Italia, Illyrico, & Sicilia, iterum esse mittendam. Decem Metropolitæ, ad quos eam direxit, fuere sequentes: Eusebius Thessalonicensis, Urbicus Dyrrachiensis, Constantius Mediolanensis, Andreas Nicopolitanus, Joannes Corinthius, Joannes Justinianensis, Joannes Cretensis, Joannes Lariſſæus, Marinianus

Sæculum VI. A.C. 597.

Sup. n. 30. II. *ind.* II. *ep.* 62.

Sæculum VI. A. C. 597.

nus Ravennatensis, & Januarius Calaritanus in Sardinia.

Nov. 5. *c.* 1. *Nov.* 123. *c.* 35.

Illud, quod hic S. Gregorius præscribit, ut Novitii tribus annis probentur, aliunde in Justiniani Novellis præceptum erat, sed tantum temporis S. Papa solummodo requirebat, si Milites converterentur, & in susceptione aliorum annos duos sufficere credebat. Ita enim

III. *ep.* 23.

ipse ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum scribens mentem suam aperit: *Omnibus Monasteriorum Præpositis*, inquit, *stricte prohibebis, ne susceptos Novitios tonsurent, priusquam sub Disciplina Monastica duobus annis fuerint. Per illud temporis spatium sollicite observandum, qua indole, quibus moribus Tyrones sint, ne quemquam eorum Regulæ jugum subiisse sero pœniteat. Si hominem famulum ignotum non admittunt, quanto majore cura illi, qui Deo serviant, eligendi sunt? Si quis ex militia conver-*

V. *ep.* 49.

ti velit, nobis inconsultis non suscipiatur. Id sine dubio ideo dicit, ut Legi Imperatoris morem gerat. Ceterum præcipiebat S. Gregorius, ut omnes, qui mores suos conversuri venirent, in Spiritu Charitatis & lenitatis reciperentur.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXVI.

GREGORIUS I. MAGNUS. PAPA.
MAURITIUS IMPERATOR. AGILULPHUS REX.

§. I.

Auguſtinus in Anglia.

Auguſtinus, totam Galliam emenſus, tandem in Inſulam Tanetos Cantio Magnæ Britanniæ Provinciæ adjacentem cum ſociis ferme quadraginta appulit. Angli & Saxones Germaniæ populi annis abhinc centum & quinquaginta

Sæculum VI. A. C. 597.

Bed. Hiſt. L. I. c. 25.

ibid. c. 25.

Sæculum VI. A. C. 597.

ginta a Britannis vocati, ut ipsis in bello adversus Scotos & Pictos auxiliarentur, in Angliam trajecerant; mox majore Insulæ parte in suam potestatem redacta tria Regna fundarunt, atque illa ætate Cantium cœtera potentia superabat. In hac Provincia quatuor Reges sibi successerant, atque Ethelbertus numero quintus tunc in annum 36. imperans, Regni sui fines usque ad Humbrum, † latissimum amnem, protulerat. Thori Consortem habebat illustrem Feminam e Gente Francorum nomine Bertham Chariberti Regis Filiam. Hæc cum Christiana esset, & Rex Ethelbertus Infidelis, ea conditione ipsi fuerat desponsata, ut libere Christianis Sacris vacare liceret, quapropter Episcopum, cui nomen Luidardus, ex Patria adduxerat.

† Æstuarium Abûs.

Greg. Tur. IV. hist. c. 26. & IX. c. 26.

Igitur Augustinus, ubi in Insulam Tanetensem pervenit, ad Cantii Regem misit Interpretes Francos, quos S. Gregorii jussu viæ comites elegerat; nam Francorum, Anglorumque linguæ, cum Gens utraque ex Germania ortum traheret, haud multum divertebant, Augustinus vero solius Latinæ gnarus erat. Per hos ad Regem deferri rogavit, se Roma advenisse, ut nuncium optimum significaret, & gaudium æternum atque Regnum sine fine cum Deo vivo & ve-

ro

ro adpromitteret. Jussit Rex, Romanos in Insula, in qua erant, subsistere, donec deliberasset, quid cum ipsis faciendum, & unde necessaria suppeditarentur, nam sæpe antea Reginam Conjugem de Religione Christiana loquentem audiverat. Haud diu post in Insulam Tanetos transmisit, & Augustinum sociosque adesse jussos, non intra limina, sed sub aperto cælo in conspectum admisit; quippe timebat, quod vetus Oraculum ediderat, ne, si viris in ædibus loqueretur, magicis artibus, & præstigiis deciperetur. Ipsi ad Regem accesserunt, bini procedentes, portantes Crucem argenteam & Imaginem Salvatoris in Tabella depictam, & cantantes Lytanias, quibus suam, eorumque ad quos veniebant, Salutem a Deo deprecabantur. Sæculum VI. A. C. 597.

A Rege considere jussi Religionem Christi ei & omnibus præsentibus prædicare cœperunt. Rex respondit: *Sermones elegantissimi & promissa magnifica! quia autem nova sunt & incerta, non possum assentiri, & illam Religionem deserere, quam tamdiu cum tota Gente Anglorum colui. Nihilominus quia ex remota Regione venistis, & mihi videmini ea nobis communicare velle, quæ magis vera & meliora esse bona fide creditis, non modo nihil mali vobis inferam, sed optime habebo, & annonam necessariam* Fides in Anglia prædicatur.

Sæculum VI. A. C. 597.

riam præberi jubebo. Præterea non de-
fistam propositio vestro. Docete & per-
suadete hominibus ut Sacra vestra sequan-
tur, utcunque poteritis. Itaque domum
illis concessit in Civitate Dorvernien
Regni sui Metropoli, quæ exinde istam
ob causam Cantuaria dicta fuit. Ill
pro more suo illam Civitatem intrarun
bini & bini ambulantes, & concinentes:
Oramus te, Domine! quoniam Misericors es,
ut auferas iram tuam a Civitate ista &
Domo ista, quia peccavimus, Alleluja!

Cum hoc modo Sedem in urbe illa
nacti essent, vitam Apostolorum & pri-
t. 26. mitivæ Ecclesiæ imitantes, & jugiter o-
rationi, vigiliis, jejuniis vacantes, om-
nes hujus Mundi illecebras contemne-
bant. Quæ docebant esse facienda, pri-
mi faciebant, nihil nisi vitæ hominis ne-
cessaria ab iis, quos erudiebant, acci-
pientes, omnia & ipsam mortem in te-
stimonium Veritatis, quam prædicabant,
ferre parati. Extra Civitatem, qua O-
rientem spectat, stabat Ecclesia in hono-
rem S. Martini tempore, quo Romani
Magna Britannia potiebantur, ædificata.
In ea Regina orare consueverat, ibique
Missionarii ab initio ad psallendum, o-
randum, Missam celebrandum, prædi-
candum & baptizandum conveniebant;
nam Anglorum multi in Viris Sanctis
vitæ innocentiam & simplicitatem ad-
mirati

mirati atque Doctrinæ dulcedine capti ad Fidem convertebantur. Ipse Rex vitæ eorum puritate & promissorum magnitudine, quæ pluribus Miraculis fulciebantur, permotus credidit, & Sacro Fonte ablutus est, cujus exemplum sequente populo numerus eorum, qui Cælestem Doctrinam accepturi veniebant, in dies crevit, & plurimi conversi sunt. Rex Fidelium numerum augeri gaudebat, sed nullam vim adhibebat, satis esse ratus, si majorem amicitiæ affectum illis ostenderet, qui Fidem Christianam suscepissent, utpote futuris in Regno Cœlesti Sociis; quippe a Romanis Prædicatoribus didicerat, neminem ad JEsu Christi Servitutem compelli debere. Illis igitur in sua Metropoli locum Sedi Episcopali erigendæ congruum & Reditus sufficientes assignavit. Sæculum VI. A. C. 597.

§. 7.

Interim Augustinus in Galliam revectus Arelate a Virgilio Archiepiscopo pro Natione Anglorum Episcopus ordinatus, & missa omni mora in Angliam reversus plus quam decem Anglorum millia in Festo Nativitatis Domini eodem anno 597. Indictione prima baptizavit. Inde Laurentium Presbyterum & Petrum Monachum Romam dimissos, S. Gregorio omnia sicut Cælo Auspice gesta erant, referre, & quosdam Articulos, circa quos mandata ejus exquirebat, tradere jussit. *Greg.* VII. *ep.* 30. *Ind.* 1.

§. 11.

Sæculum VI.
A. C. 597.

§. II.

S. Gregorii Epistola ad Brunechildem.

VII. *Ind.* 1. *ep.* 5.

Priusquam beata nuncia accepisset, S. Gregorius, ampla Epistola ad Brunechildem Reginam data, gratias egerat pro charitatis officiis Augustino, quem jam tunc Episcopum vocat, exhibitis. Hæc Epistola mense Octobri. Indictione prima eodem anno 597. data est, & in eadem de quatuor aliis Articulis agitur. Primo dicit S. Gregorius placere sibi Reginæ desiderium, pro Syagrio Episcopo Augustodunensi Pallium expetentis, & addit: *Ipse Imperator in hoc rem consentit, ut mihi Nuncius meus, qui apud eum fuit, retulit; sed, quin id illud darem, plura obstabant; qui Pallium accepturus venerat, Schismaticorum erroribus implicitus est; noluisti, ut istud precibus tuis dari videretur; tamen Syagrius Pallium sibi concedi nunquam petiit, etsi antiqua consuetudine observatum fuerit, ut istud Sacerdotale ornamentum non nisi merentibus & instantissime rogantibus concederetur.* Hic conditiones ad obtinendum Pallium requisitas videmus, videlicet preces id postulantis, consensum Regis, imo & Imperatoris, quamvis Episcopus impetrans Imperio subjectus non esset. S. Gregorius

rius Candidi Presbyteri, Patrimonii in Gallia Rectoris, curæ commisit, ut omnia ad conferendum Syagrio Pallium necessaria ponerentur. Hoc negotium non prius quam elapso exinde integro anno confectum est. Sæculum VI. A.C. 597.

Secundus Articulus in Epistola S. Gregorii ad Brunechildem ad reprimendas Ordinationes Simoniacas tendit. Tertius respicit Schismaticos, qui sub prætextu tuendi Concilium Calcedonense Disciplinæ Ecclesiæ se subtrahere conabantur, *Majorem in propria ignorantia ponunt fiduciam*, inquit, *quam in Auctoritate Universalis Ecclesiæ*, (*) *& quatuor Patriarcharum. Cum vero illum, quem ad me misisti, interrogarem, cur ab Ecclesia separatus viveret, fassus est, id se ipsum ignorare, visusque est mihi nec illa, quæ ipse affirmabat, nec quæ respondebantur, satis capere.* In Articulo quarto agitur de Idololatriæ reliquiis tollendis, in Ditione Juvenum Regum adhuc existentibus; nam multi Christiani Ecclesias frequentantes nihilominus etiam Dæmo- VII. *Ind.* 2. *ep.* 113.

(*) His S. Gregorii Papæ verbis inest Argumentum, clava Herculea fortius, & quo tanquam gladio acuto omnium illorum, qui se aliquando ab Ecclesia Romano-Catholica separarunt, argutiæ solvuntur.

Sæculum VI. A. C. 598.

Dæmonibus cultum, victimas Idolis immolando, Arbores venerando, & animalium capita sacrificando exhibebant. Idolorum hi Cultores verisimiliter in Germania frequentiores erant quam in Gallia, quippe Theodeberti Regnum multas Provincias ultra Rhenum positas complectebatur. At nihil causæ est, cur miremur vel in Gallia vel in Germania Paganos tunc temporis reperiri, cum non nullas illorum reliquias etiam prope Romam superfuisse in Epistola S. Gregorii ad Agnellum Episcopum Taracinensem eadem Indictione prima mense Aprili anno 598. data legamus. Hortatur Episcopum Papa, ut magna cura perquirat, & severe puniat illos, qui arbores adorabant, aliisve ejusmodi superstitionibus polluebantur, addens, scripsisse se ad Maurum Vicecomitem, ut Episcopum in hoc pio conatu operasque adjuvet. Fortasse a vero non aberraret, qui hos Deorum Cultores in Italia ex Gente Longobardorum fuisse crederet.

§. III.

Epistola ad S. Eulogium Alexandrinum.

Sanctus Gregorius acceptis de Conversione Anglorum Epistolis, optatissimum nuncium S. Eulogio Patriarchæ Alexan-

Alexandrino, quocum ei Epistolarum commercium intercedebat, communicavit. Data est hæc Epistola circiter mense Julio Indictione prima anno 598. cujus istud est exordium: *Tabellarius ægrotantem me invenit, cum tuas reddidit, & abiens ægrotantem reliquit. Non parum tamen cum morbis conflictantem allata de Conversione Hæreticorum nuncia refecerunt; atque ut tibi vices jucundas reddam, certiorem facio, me ad Gentem Anglorum, quæ huc usque in Infidelitate permanserat, ligna & lapides adorans, misisse ex Monasterio meo Monachum, eumque ab Episcopis Germaniæ, data a me facultate, Episcopum ordinatum, ad istam Nationem in extrema orbis parte positam fuisse deductum. Nunc autem litteras accepimus, ejusdem labores apostolicos feliciter successisse; tot enim ipse & Socii ejus miracula edunt, ut Apostolorum æmuli videri possint. Relatum est ad nos hunc novum Episcopum in Festo Domini Natali ultra decem millia Anglorum fonte salutari abluisse. Hæc tibi ideo scribo, ut preces tuas a Deo exaudiri cognoscas.* Hic S. Gregorius Regnum Franciæ Germaniam dicit, sive quod Regnum Francorum non modicam Germaniæ partem complecteretur, sive quod Franci essent Natione Germani.

Sæculum VI. A. C. 598.

VII. *ep.* 30.

Sæculum VI. A. C. 598.

Tum S. Gregorius loquens de Titulo Episcopi universalis, quod Nomen Eulogius Episcopo Constantinopolitano non amplius tribuebat, amice queritur, quod ad se scribens Eulogius diceret: Sicut *mihi præcepisti.* (*) *Rogo te,* inquit S. Pontifex, *omitte vocabulum, præcepisti, quo ego sim, & quis tu scis, scio. Ordine & Dignitate Frater meus es, virtute autem Pater esse potes. Nihil tibi præcepi, sed id solum monui, quod utile esse videbatur, & ne istud quidem exacte observasti; quippe dixeram, ne illum superbia titulum nec mihi nec cuiquam alteri tribueres, & nihilominus in Epistolæ tuæ exordio istud nominis mihi dedisti. Unanam virtute non nomine a cæteris discernar, recuso honorem, qui Fratribus meis contumeliam ferret. Mittamus quæso, quæ animum inflant, & charitatem lædunt.*

In alia Epistola sub idem tempus scripta S. Gregorius ad S. Eulogium dicit:

VII. ep. 29. *Petiisti a me, ut omnium Martyrum Acta ab Eusebio Cæsariensi collecta tibi mitterem.*

(*) Interim S. Eulogius Alexandrinus Patriarcha Testis est irrefragabilis, non tantum Episcopos Occidentis, ut Interpres noster Protestans fabulatur, Episcopum Romanum tanquam Superiorem & Præpositum suum, quem præcipere cæteris oporteret, fuisse veneratos.

terem; sed antequam id ex Epistola tua cognovissem, nesciebam illa fuisse collecta, & gratias tibi debeo, quod istud me edocueris; nam exceptis Actis Martyrum, quæ in Libris ejusdem Eusebii continentur, nulla alia me conscio nec in Tabulis nostræ Ecclesiæ, nec in Bibliothecis urbis Romanæ adsunt præter pauca in uno Volumine collecta. Habemus Nomina omnium ferme Martyrum in singulos dies distributa in unum Librum collata, & singulis diebus Missas ad eorum honorem celebramus. At volumen istud nos Passionis eorum adjuncta non docet, solummodo Nomen, locus, & Martyrii dies notantur. Nempe Liber iste nihil aliud erat quam Calendarium aut Martyrologium; atque ex hoc S. Gregorii testimonio dispicitur, quam fidem mereantur Acta, quæ hodie sub Titulo: Martyres Ecclesiæ Romanæ, qualia sunt S. Clementis, S. Laurentii, S. Sebastiani, habemus.

Sæculum VI. A.C. 598.

Vid. Vales. dissert. in fin. Euseb.

§. IV.

Pax cum Longobardis.

Jam diu S. Gregorius ad procurandam cum Longobardis pacem omnem conatum adhibuerat; non enim hanc Gentem illata vi frangi volebat, dicitque in una epistolarum suarum: *Si Longobardos cædibus deleri cupiissem, huic Nationi hodie nec Reges, nec Duces, nec Comites*

VIII. ep. X. Ind. I.

Sæculum VI. A. C. 598.

essent, & in se ipsa divisa torperet. Sed quia Deum timeo, cuicunque demum homini mortis causa esse nolo. Quamdiu Romanus Exarchus in vivis fuit, pax iniri non potuit; eam enim respuebat & S. Gregorii Consiliis nunquam non adversabatur.

Quadam nocte Romæ affixa Schedæ illi, qui pacem optabant, lacessebantur & Castorius Notarius, cujus opera Papa ad tentanda fœdera usus fuerat, proscindebatur, quippe Adversarii non solum publice, sed etiam occultis artibus Papæ, reducere pacem adlaboranti, se opponebant. S. Gregorius Missa Revennam Epistola ad Episcopum, Clericos, & Populum directa Schedæ illius Auctori, vel audaciæ conscio, denunciat, nisi nomen suum manifestet, &, quæ scripsit, probet, Communione Corporis & Sanguinis JEsu Christi esse privatum; & si tamen adeo improbus sit, ut communicare audeat, eundem Anathemate percutit, & a corpore Ecclesiæ rescindit. Hæc Epistola mense Aprili Indictione decima quarta anno 596. data est, atque Excommunicatio hominis ignoti memoria digna.

V. ep. 29.

V. ep. 30.

Cum Romanus decessisset e vita, Callinicus suscepto Exarchi munere, pacis fœdera in præstitutum tempus dilaturatura, id est, inducias, cum Agilulpho Rege

Rege pepigit. Tunc agebatur annus 598. atque Probus Abbas, qui a Papa missus jam diu apud Agilulphum versabatur, cum ipso Induciarum tempus & conditiones constituit. S. Gregorius datis litteris ad Regem & Theodelindam Reginam Conjugem ejus, quæ ad opus salutare haud exiguam operam contulerat, Gratias egit, quod ad fœdera manus dedissent, cumque Rex per suos apud Pontificem instaret, ut Pactis subscriberet, (*) id a se amolitus est Papa, ne si conditiones violarentur, quod facile futurum ominabatur, culpam in se recipere videretur; sed Auctoritatem conservaret, qua, ubi novæ rixæ exortæ fuissent, inter Regem & Exarchum pacis Conciliator existeret; obtulit tamen, consensurum se, ut aliquis Episcoporum aut Archidiaconorum subscriberet.

Sæculum VI. A. C. 598.

Paul. Diac. Lib. IV. hist. c. 13. Greg. IV. ep. 2. ind. 2. VII. ep. 41. 42. ind. 2.

S. Gregorius accepto Pacis nuncio rem illico perscripsit Januario Episcopo Calaritano, qui S. Gregorium, ut idem sagaciter præviderat, certiorem fecerat, a Longobardis Sardiniam vastari. *Scito jam*, inquit, *Abbati quem a longo jam tempore ad Agilulphum misimus, cum ipso de pacis conditionibus convenisse.*

VII. ep. 2. ind. 2.

(*) Ad hunc locum observat Cardinalis Baronius, cum Sacerdotio Christi conjunctam Regiam Potestatem.

Saeculum VI. A. C. 598. *Itaque ab hostium insultibus ubique vobis cavete, donec pacis tabulæ confectæ fuerint, ne hostes isto intervallo ad insidias parandas utantur.*

§. V.

Monita Januario Calaritano data.

II. ep. 34. Tum S. Gregorius ad rem aliam conversus in eadem Epistola ob admissam culpam, quam jam semel antea in eo reprehenderat, Januarium acriter objurgat. Erat Januarius senex, simplex, imbecillus, & facile ad iracundiam mobilis. Quamvis artem nesciret Clericos suos in Officio continendi, injurias tamen impatientissime ferebat, ita ut etiam non nunquam ad vim adhibendam malis consiliis incitari se sineret. Igitur aliquando in hominem privatum admodum commotus Die Dominica mane e suis aliquos misit, qui illius messem contererent, & terram aratro sulcarent, tum Missa celebrata se ipsum illo conferens positos ejusdem agri terminos evelli jussit. Hæc narrantibus S. Gregorius fidem habere non poterat; cum vero Cyriacus asseveraret, rem ita se habere, ad Januarium scripsit in hunc modum: *Etiam hac vice parco canis tuis, & exhortor te, infelix Senecio! ut tandem resipiscas, & quæ ex animi levitate peccasti, emendes. Quo propior mor-*

VII. ep. 1. *ind.* 2.

ti es, eo magis Dei Judicium tibi timendum. Graviore animadversione digna est culpa tua, sed simplicitati tuæ & senectuti aliquid hac vice dandum, & dissimulandum esse existimamus; illos vero, quorum consilia secutus es, in duos menses excommunicatos esse jubemus. Sæculum VI. A. C. 598.

S. Gregorius cum sine dubio emendationis indicia haberet, in altera Epistola mitius cum ipso agit, & mali originem repetens ait: *Memento, cum Episcopus factus es, te non curam rerum temporalium suscepisse, sed Regimen animarum. Id igitur unice tibi cordi sit, ut saluti tuorum consulas. De cetero scias, hæc mea monita non ex amaro animo, sed charitate fraterna proficisci, ne forte coram Deo nihil nisi inane Episcopi nomen exhibere valeas, quod tibi majoris damnationis causa esset.* Hæ Epistolæ ad Januarium Calaritanum mense Sept. Indictione secunda anno 598. datæ sunt. Elapso exinde quinquennio anno 603. Indictione sexta exeunte adhuc- *II. ep. 59.*
dum in vivis agebat, sed adeo infirmus, ut rebus gerendis impar esset; hinc S. Gregorius data ad Vitalem Defensorem, suum in Sardinia Mandatarium, Epistola præcipit, ut Oeconomum & Archipresbyterum Ecclesiæ Calaritanæ in illa Insula Nosocomiorum curam, quæ negligebatur, in se suscipere juberet.

Sæculum VI. A. C. 598.

De Ecclesiis Vacantibus, inquit in illa Epistola, *ad Fratrem nostrum Januarium scripsimus, ut illis Episcopos det, ea tamen conditione, ne omnes ex sua Ecclesia ad id muneris eligat, tunc enim illa viris sibi utilissimis privaretur. Qui aliquam culpam admiserunt, cum essent Monachi, non constituantur Abbates, nisi post perfectam pœnitentiam; nihilominus, si sincera fuerit emendatio, munus suum servare possunt.*

Scripsisti quoque, Fratrem nostrum Januarium, sæpe tempore, quo Sacrificium celebrat, tanta dolorum vi premi, ut vix post moram longam interruptum Canonem prosequi valeat; hinc aliquos dubitare, an illud, quod consecravit, sibi sumere liceat. (*) *His respondendum, ut sine animi hæsitatione communicent, quia celebrantis infirmitate Sacri Mysterii Benedictio non profanatur. Sed Frater noster privatim monendus est, ut quando male habet, in publicum non prodeat, ne despicabilem se reddat, & pusillis scandalum det.*

§. VI.

(*) Supervacaneum & ridiculum fuisset hoc dubium, nisi Fideles credidissent, per Verba consecrantis Sacerdotis sub speciebus panis & vini revera Christi Corpus & Sanguinem poni, & non poni, nisi Sacerdos verba Consecrationis rite pronunciaret.

Sæculum VI.
A. C. 598.

§. VI.

Schismaticorum Resipiscentia.

Episcopus Capritanæ Insulæ, quæ hodie Caorla dicitur, in Sinu Veneto sita, Istriæ Schismate implicitus, & cupiens cum populo suo ad Ecclesiam Romanam redire, in hunc finem Callinico Exarcho Libellum obtulit; obsistebat vero Justinus Schismaticus, cujus magna erat apud Exarchum Auctoritas. Is Justini consilio impulsus Papæ misit descriptum Exemplar Mandati Cæsarei, sub initium Pontificatus ejus editi, quo jubebatur Schismaticorum pacem non turbare. Igitur Episcopus perverti se passus, nolebat jam Ecclesiæ Romanæ conjungi, at populus in proposito constans Legatos ad Papam misit, qui alium sibi dari Episcopum peterent. Quamobrem S. Gregorius Callinico Exarcho scripsit in hunc modum: *Excellentiam tuam considerare oportuisset, in illo Mandato (ut taceam, quod subreptitie impetratum fuerit) non tibi præcipi, ut ad Ecclesiam redire volentes rejicias, sed tantum ne nolentes compellas.* Exarchum deinde rogat, ut Justinum, nisi Schisma abjiciat, a consiliorum suorum communicatione arceat. Simul Pontifex ad Marinianum Episcopum Ravennatensem dedit Epistolam, jubens eum, Episcopum Capri-

Sup. Lib. XXXV. §. 13.

VII. ep. 9. ind. 2.

VII. ep. 10.

Sæculum VI. A. C. 599.

Capritanum exhortari, ut se Ecclesiæ Catholicæ & Populo suo jungat; *Si recuset*, subdit S. Gregorius, *in illum locum Episcopum ordina, & Insulam illam Ecclesiis tuæ Provinciæ accense, donec Episcopi Istriæ ad unitatem redierint. Exarchum roga, ut hæc ad Imperatorem perscribat. De his etiam ad Anatolium scripsi.* Erat is Pontificis Nuncius in Aula Constantinopolitana. Epistolæ istæ mense circiter Octobri anno 599. Indictione secunda scriptæ.

Sup. Lib. XXXV. §. 48.

Eadem Indictione circa mensem Junium anno 599. S. Gregorius data ad Anatolium Epistola jubet eum, quibuscunque posset modis, juvare viros, qui Schisma Istriæ relinquendi animo Constantinopolim profecti fuerant. Scripsit præterea ad quosdam viros potentes, atque inter alios ad Gulfarum Longobardum & Ducem Tarvisinum, qui pio zelo movente Schismaticos ad Ecclesiam reducere satagebant. Scripsit item ad Romanum Ecclesiæ Romanæ in Sicilia Defensorem, exhortans, ut quibusdam Istris Episcopum suum ad Ecclesiam redire cupientem adituris subsidia necessaria suppeditaret, & in omnibus ipsum Episcopum adjuvaret, imo & impensas in se susciperet, si ille iter usque Romam aggredi pararet. Cum Istrorum aliqui Romam venissent, ibique Schisma abjeciissent,

VII. ep. 68.

VII. ep. 94. 95. 96.

Paul. VI. hist.

VII. ep. 97.

ciſſent, Papa illos dimittens dedit Epiſtolas commendatitias ad Callinicum Exarchum & Marinianum Epiſcopum Ravennatenſem directas monens, ut caverent, ne ob ſuam Converſionem male haberentur, ſed alii videntes, converſos potentium virorum Patrocinio tutos eſſe, pariter ad abjurandum Schiſma invitarentur. Duobus antea annis factum legimus, S. Gregorium cuidam nomine Joanni, qui Schiſmati Iſtrorum renunciaverat, penſionem annuam conceſſiſſe.

Sæculum VI. A. C. 599.

VII. *ep.* 98. 99

V. *ep.* 38. *ind.* 14.

Cum Conſtantius Epiſcopus Mediolanenſis Clericos Comenſes hortaretur, ut ad Eccleſiam redirent, reſponderunt, ſe tam male a Catholicis haberi, ut prorſus nullum deſiderium ſubire poſſet, ſe ipſorum Eccleſiæ jungendi; *Multi Catholici*, inquiebant, *Bona noſtra injuſte retinent, & Romana etiam Eccleſia agros noſtros invaſit.* S. Gregorius rem hanc a Conſtantio per litteras edoctus reſpondit: *Si Dominium fundi illius adipſos pertinet, volumus, ut ipſis reſtituatur, etiamſi ad unitatem Eccleſiæ non redeant; & ſi redeant, eundem ipſis dono damus, etiamſi illum nullo jure repoſcere poſſent, ut omnem hominibus his prætextum in Schiſmate perſeverandi auferamus.*

VI. *ep.* 57.

§. VII.

Sæculum VI.
A. C. 599.

§. VII.

Schisma Salonense durat.

Maximi Salonensis contumacia elapso jam quadriennio necdum frangi potuerat. Cum ad S. Gregorium Papam fuisset relatum, Maximi jussu litteras suas, quibus prohibuerat, ne Officio Episcopali fungeretur, publice fuisse laceratas, ad Sabinianum tunc temporis Nuncium suum Constantinopoli morantem hac de re scripsit in hunc modum: *Non nescis, quantum rei indignitate commovear, quoniam potius mortem subire paratus sum, quam tolerare, ut me vivo S. Petri Sedes deprimatur. Nota tibi est indoles mea, & longa in adversis patientia; hac vero fatigata, ubi semel nihil amplius ferre statutum est, in extrema pericula impavidus ruo. Retulerunt mihi, Maximum misisse unum ex Clericis suis, qui deferret, Malcum Episcopum ob pecuniam, quam debebat, in carcere fuisse interfectum. Ad hæc istud unicum Imperatori dices; si ego manus meas Longobardorum sanguine fœdare voluissem, hanc Gentem hodie nec Regem, nec Ducem habituram fuisse. Malcus Episcopus nec carceri datus fuit, nec ullatenus male habitus; sed illa die, qua judicatus fuit, & condemnatus, eum Bonifacius Notarius in Domum suam me ignaro deduxit; ibi prandio accubuit, honeste*

Sup. XXXV. §. 36.
VII. *ep.* 1.

boneſte habitus eſt, & illa nocte ſubito expiravit. Hic eſt ille Malcus, qui, poſtquam in Dalmatia non ea, qua par erat, fide Patrimonium rexiſſet, in Sicilia Episcopus creatus fuit. Sæculum VI. A. C. 599. *Sup.* XXXV. §. 36.

Maximus cum ſæpe a Papa citaretur, ut Romam veniret, & factorum ſuorum rationem redderet, diu multumque tergiverſatus tandem petiit, ut Papa Salonam mitteret Delegatum, coram quo objecta diluere poſſet, audebatque affirmare, id ab Imperatore fuiſſe præceptum. Ad hæc S. Gregorius reſpondet: *Nulla alia ad nos mandata pervenerunt, quam ut te huc ad nos vocaremus; licet vero etiam aliqua alia per ſubreptionem obtenta fuiſſent, nihilominus, cum tamen nobis Imperatoris zelus & Reverentia in Canones perſpecta ſit, quod Muneris noſtri eſt, intrepide faceremus. Illam autem culpam, ob quam tantopere times, ne a nobis puniaris, videlicet quod absque noſtro conſenſu ordinari ſuſtinueris, quamvis intolerabilis ſit, remittimus tamen ſecundum Imperatoris Mandatum, ſi modo impoſterum te morigerum oſtendas. Sed alia de te ad nos delata fuere, quæ a nobis neceſſario examinanda ſunt.* Tum iterum prohibet, ne Miſſam celebret, & Romam intra triginta dierum ſpatium venire jubet, viam obſtruens omnibus excuſationibus, quas allaturus videbatur,

Sæculum VI. A.C. 599.

tur, quod a Magistratibus a militibus aut populo itineri se dare non sineretur.

V. ep. 26. S. Gregorius simul Clericis & viris nobilibus Civitatis Salonensis scribens dicit: *Miror, quod in tanto numero Clericorum & tantæ populi multitudine vix duos viros invenire fuerit, qui a Communione Maximi abstinuerint, & Christianos se esse meminerint, videlicet Paulinum Episcopum & Honoratum Archidiaconum; quia tamen erga vos Misericordiæ viscera gerimus, & scimus, non nullos ad communicandum cum ipso vi compulsos fuisse, oramus Dominum Omnipotentem, ut vos ab omnibus peccatis vestris & alienis absolvat.* Ita S. Gregorius inhærens antiquæ Disciplinæ, a S. Augustino traditæ, ad corrigendam multitudinem solum hortatum sine ulla Censura adhibet. Hæ duæ Epistolæ mense Martio Indictione decima quarta anno 596. datæ.

Sup. L. XX. §. 46.

Eodem anno mense Julio S. Gregorius eadem mente scripsit ad Clericos & populum Civitatis Jaderæ seu Zaræ in Dalmatia, cujus pars una Maximi Communionem rejecerat, pars altera amplexa fuerat. Ex numero Communionem illius amplectentium erat eorum Episcopus Sabinianus; at postea relicto Maximo eundem tam vehemens erroris hujus pœnitentia subiit, ut se Episcopatu abdi-

I. ep. 48.

abdicare, & intra Monasterii claustra cul- Sæculum VI.
pam eluere vellet. Ad eum S. Grego- A. C. 599.
rius scribens dicit; quod ipsum in suam
Communionem & Paternum affectum *VII. ep.* 12.
recipiat, hortaturque, ut gregis sui cu- *ind.* 1.
stodiam non dimittat, sed omnibus viribus illos, qui a Communione Ecclesiæ fuissent separati, reducere adlaboret.

§. VIII.

Maximus Salonensis subjicitur.

Conjicere pronum est, Maximum Salonensem in sua pervicacia a Romano Exarcho, viro Summo Pontifici infenso, non parum fuisse confirmatum, cum sub ejus Successore Callinico victas manus dederit. Hac de re S.Gregorius *VII. ep.* 10. *ind.* 2. ad Marinianum Ravennatensem circiter mense Nov. anno 598. Indictione secunda scripsit in hunc modum: *Callinicus Exarchus scribere ad me non cessat, ut Maximo ignoscam. Ejus frequentissimis Epistolis fatigatus, quid aliud facere potui, quam hanc Causam ad te delegare? Si igitur Maximus se tibi submittat, Honoratus quoque ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus ad idem Judicium deducatur, ut cognoscere possis, an Maximus legitime ordinatus fuerit, an Simoniæ, vel Impudicitiæ reus sit, an ignoraverit, se fuisse excommunicatum, quando Missam celebrare ausus est, & tunc, quod tibi coram*

Sæculum VI. A. C. 599.

Deo visum fuerit, decernes, nos vero Ju-dicium tuum ratum habebimus. Si fortasse Exarcho suspectus sis, Venerabilis Frater noster Constantius Episcopus Mediolanensis Ravennam advocetur, & tecum in Judicio sedeat. Ceterum certissimus sitis, me Sententiæ vestræ, quam simul pronunciaveritis, accessurum. Eadem de re etiam ad Constantium Mediolanensem scripsit.

VII. ep. 69.

VII. ep. 81. Cum Maximus Ravennam veniisset, S. Gregorius illuc misit Castorium Ecclesiæ Romanæ Chartularium cum hoc mandato: *Si Maximus, Judice id postulante, coram Corpore S. Apollinaris ea objecta sibi Simonia aliisque criminibus juramento se purgaverit, & ob inobedientiam pœnitentiam subierit, eum consolaberis tradita Epistola, quam scripsimus. Id vero urgebis maxime, ne contra Sabinianum Episcopum Zaranum, contra Honoratum Archidiaconum, aliosque, qui S. Sedem adierunt, in animo vindictam coquat.* Papa Mariniani arbitrio relinquebat modum Pœnitentiæ, quam ipsi injungenda erat, quod Missam excommunicatus celebrasset. Epistolæ datæ mense Julio Indictione secunda seu anno 599. datæ sunt.

Postquam Castorius Ravennam pervenit, & quid sibi demandatum fuisset, exposuit, Maximus Salonensis super pri-

vime-

vimento in medio Civitatis proſtratus clamabat: *Peccavi in Deum & in Beatum Papam Gregorium!* Cumque in iſto Pœnitentium habitu tribus horis perſeveraſſet, Callinico Exarcho, Caſtorio Chartulario & Mariniano Epiſcopo accurrentibus, ipſe ſurgens iterum coram omnibus veræ Pœnitentiæ ſigna edidit. Tum ad Corpus S. Apollinaris perductus juravit, innocentem ſe eſſe in iis omnibus, quæ ſibi de amore mulierum & Simonia fuiſſent objecta. Iſtud profitenti Caſtorius Papæ Epiſtolam reddidit, qua eundem ad ſuam Communionem tanquam cariſſimum Fratrem recipiebat, & Pallium concedebat, ſi Delegatum, ut conſuetudo poſtulabat, ad illud petendum mitteret, addiditque, ipſum Callinico Exarcho gratias ſane maximas debere. Caſtorium Romam redeuntem comitatus eſt aliquis ex Diaconis Maximi, qui omnia, ſicut acta erant, retulit, Palliumque accepit cum Epiſtola ad Maximum data, in qua Papa ſibi omnino ſatisfactum fuiſſe dicit, atque hortatur, ut cum Sabiniano Epiſcopo, Honorato Archidiacono, & Clerico, nomine Meſſiano, qui Romam confugerat, ſincere in gratiam rediret. Hoc modo Cauſa iſta ſeptimo Cal. Sept. Indictione ſecunda id eſt 26. Aug. anno 599. finita.

Sæculum VI. A. C. 599.

VII. ep. 130.

Sæculum VI. A. C. 599.

§. IX.

Litteræ ad Serenum. Imagines.

VII. *ep.* 110. Hoc anno 599. S. Gregorius missio in Galliam Cyriaco Monasterii sui Romani Abbate Synodum celebrari jussit. Cum proficiscenti in Galliam per Massiliam iter esset dirigendum, dedit et ad Episcopum illius Civitatis Serenum epistolam commendatitiam, in qua etiam dicit: *ad notitiam meam pervenit multis abhinc tempore, te, cum imagines in Ecclesia a quibusdam adorari videres, illas confractas projecisse. Laudo zelum tuum, quo impedire vis, ne, quæ hominum manibus facta sunt, adorentur; mibi tamen videtur, imagines istas a te præter fas & æquum fuisse confractas. Nam imagines depinguntur in Ecclesia eo consilio, ut illi, qui litteras nesciunt, in parietibus conspiciant, quod in libris legere non possunt. Consultius ergo egisses, si illas servasses, & probibuisses, ne populus adorando picturam peccaret.* Verisimile est has imagines, sicut antiquas plerasque, in ligno fuisse depictas.

Serenus nullam hujus Epistolæ rationem habuit, & ad S. Gregorium rescripsit, quasi dubitans, an ea ex ipsius cordamo fluxisset; atque ad illud rescriptum S. Gregorius anno sequente 600. sub initium Indictionis quartæ respondit in hæc verba.

verba: *Cyriacus Abbas, qui litteras meas detulit, ſuſpectus tibi eſſe non merebatur.* Et deinde de Imaginibus confractis loquens: *Edic, Frater mi! an unquam ante audiviſti, Epiſcopum ejusmodi aliquid fuiſſe molitum? an non hæc ſola cogitatio te ab hoc facto abſterrere debuiſſet, ne ſolus pius & ſolus ſapiens contemto Fratrum tuorum exemplo eſſe videreris? ajunt, te deſtruendo illas Imagines populo tuo usque adeo ſcandalum creaſſe, ut pars major a tua Communione receſſerit. Illi, qui receſſerunt, a te convocandi ſunt, & docendi, prohibente S. Scriptura non eſſe licitum adorare opera hominum. Tum addes, cum videres uſum legitimum iſtarum Imaginum in Idololatriam (*) converti, rem peſſimam indignatum illas deſtrui juſſiſſe. Et dices: ſi vero in Eccleſia Imagines habere cupitis ad eruditionem veſtram, in quem finem antiquitus introductæ ſunt, id lubenti ani-*

Sæculum VI. A.C. 599.

IX. *epiſt.* 9.

(*) Unſer Proteſtant hat in dieſem Orte die Worte des Fleury unrichtig gegeben, nämlich que voiant l'uſage des Images tourné en adoration. Daß der rechtmäßige Gebrauch der Bilder in eine Verehrung derſelben ausarte. Das Wort Verehrung iſt untauglich das Wort Adoration oder Idololatria auszudrücken. Allein er hat hier wollen zum Schimpfe der Katholicken den Ausdruck Verehrung und Anbetung verwechſeln.

Sæculum VI. A.C. 599.

mo permittam. Ita irritatos mitigabis, & ad unitatem reduces. Si quis Imagines facere voluerit, non impedias, sed solum prohibeas, ne illas adoret. Historia depictæ aspectu populus ad compunctionem cordis moveatur, sed ad solam S. Trinitatem adorandam prosternatur. Hæc omnia tibi scribo, non zelo tuo quidquam detracturus, sed quia Ecclesiam amo, & ut ad implendum Episcopi munus animus tibi addam.

§. X.

Cyriacus in Galliam missus.

Sup. XXXV. 45. XXVI. 2. VII. *ep.* 111.

Cyriacum Abbatem in Galliam mittendi causa fuit, ut tollerentur abusus, quos S. Gregorius ad S. Virgilium Arelatensem, & Brunechildem Reginam scribens reprehenderat. Hunc etiam in finem Papa Epistolam circularem ad quatuor Episcopos, qui in Galliis præcipui habebantur, Syagrium Augustodunensem, Etherium Lugdunensem, Virgilium Arelatensem, & Desiderium Viennensem dedit. *Relatum est ad me*, inquit, *quod in Gallia Sacri Ordines Simoniace conferantur. Qui ita ordinantur, Sacerdotii honores quærunt, non curam onera & officium; inde etiam sequitur, ut illum solum neglecto morum examine, dignum Sacro Ordine existimari, qui pecuniam offert, cum tamen eo ipso tanquam indi-*

indignus repellendus esset. Sicut ille, qui refugit, si ab aliis dignus judicetur, ad Altaris Ministerium trahendus est, ita econtra procul arcendus, qui se ipsum intrudit. Qui emit Altaris Officium, illud postea vendit, immemor Verbi Divini: gratis accepistis, gratis date. Quosdam Dæmon falsa Pietatis specie decipit, dum persuadet, ut e divitum manibus accipiant, pauperibus distribuenda; sed Eleemosyna non est, bona male acquisita in pauperes spargere, nec est opus alicujus meriti, pecunia ex Ordinationibus accepta Monasteria aut Hospitia ædificare. Aliud est Eleemosynam dare, ut peccata nostra deleamus, & aliud peccare, ut habeamus, unde Eleemosynam largiamur.

Sæculum VI. A. C. 599.

Matth. 10. v. 8.

Illud quoque retulerunt, quosdam ambitione impulsos sibi capillos abscindere, quamprimum audierunt, aliquem Episcopum vita functum esse, & subito ex Laicis Episcopos fieri. Quomodo digne præesse poterunt gregi suo, qui Magistri Cathedram invadunt, priusquam fuerint Discipuli? utut magna sint viri Laici merita, prius tamen per distinctos Ordines in omnibus officiis Ecclesiasticis exercitetur. Scriptum est, Diaconos primum probandos esse, & sic ministrent, quanto magis illum, quem preces pro Populo offerre oportet? nulla ergo excusatio locum habet ad eludendum præceptum S. Pauli pro-

1. Tim. 3. 10

Sæculum VI. A. C. 599.

li prohibentis, ne Neophytus ordinetur, aut cuiquam temere manus imponantur; hodie enim tanquam Neophyti habendi sunt qui ante paucos dies vestem Religiosam sumserunt. Nulla etiam allegetur Consuetudo, cum illa quæ perniciosa sunt corrigi, non autem in exemplum adhiberi debeant. Vestis Religiosa, de qua hic S. Gregorius mentionem facit, est vestis Ecclesiasticorum, qua se a Laicis discernere, ex quo Barbari advenerant, inceperunt, nam prius Clerici vestibus Romano utebantur.

1. *Tim.* 3. 6. 5. 22.

Epistola Circularis.

Præterea S. Gregorius præcipit, ut Clericis in Sacro Ordine constitutis prohibeatur, ne cum fœminis habitent, illis solis exceptis, quarum præsentiam Canones indulgent. Hortatur, ut celebrentur Concilia, in quibus lites inter ipsos Episcopos, vel cum ovibus suis exortæ componantur, & ubi de conservandæ Disciplinæ modo deliberent. Scribit, inquit, *Sacros Canones præcipere, ut bis in anno Synodus congregetur; quod vero facile impedimenta nascuntur, statuimus, ita ut nulli excusationi locus sit, Synodum semel in anno convocari, sic enim singuli timore futuri examinis in officio continebuntur. Igitur ex his omnibus Concilium celebrate, cui Syagrius Episcopus & Cyriacus Abbas invigilent, & omnia, quæ contra Canones fiunt, ut tenta-*

tentata Anathematis pœna, condemnate. Sæculum VI.
Syagrius Episcopus, quæ in Concilio acta A. C. 599.
fuerint, per Cyriacum Abbatem ad nos
mittet.

Observandum hic occurrit, quod hujus Concilii celebrandi cura potius Episcopo Augustodunensi, quam Lugdunensi, aut Arelatensi demandetur; videlicet non ignorabat Papa, quod plus cœteris a Regibus & Regina amaretur, id VII. *ep.* 113.
enim in epistola ad Syagrium privatim data indicat. In ea primum gratias agit, quod Augustino Episcopo in Angliam proficiscenti omnia humanitatis officia præstiterit, atque in meritorum præmium eidem Archiepiscopale Pallium, quod jam diu petebat, concedit. Ut *Sup. n. 2.*
autem hanc Dignitatem aliqua Prærogativa fulciret, Papa primum in illa Provincia locum Ecclesiæ Augustodunensi tribuit, salvo jure Ecclesiæ Lugdunensis, quæ hujus Provinciæ Metropolis erat. Ecclesia Augustodunensis hodieque isto honore gaudet. S. Gregorius de hoc VII. *ep.* 114.
Concilio, cui Cyriacus Abbas interfuturus erat, ad Brunechildem Reginam Regesque Theodoricum & Theodebertum Nepotes ejus scripsit. In epistola ad Reges conqueritur, quod ab Ecclesiæ Fundis Tributa exigantur, atque Gre- *Gregor. X.*
gorius Turonensis testatum facit, hunc *hist. c. 7.*
abusum sua ætate irrepsisse, dum scribit,

Sæculum VI. A. C. 599.

Childebertum Regem tam Ecclesias, quam Monasteria Claromontii in Arvernia ab impositis omnis generis Tributis liberasse.

S. Gregorius S. Aridio Episcopo Vapincensi speciatim præcepit, ut Concilio interesset, & Acta sibi mitteret; maximi enim faciebat hunc virum. S. Aridius seu Aridius ante annos viginti annum 579. Sagittario depositio, Episcopus Vapincensis electus, Conciliis Valentino, & secundo Matisconensi anno 585. interfuerat. Eodem tempore S. Gregorius S. Aridio per manus Cyriaci Abbatis misit Dalmaticas, eique & Archidiacono ipsius concedit, ut his ornamentis uterentur, sicut S. Aridius, cum Romæ versaretur, sibi concedi rogaverat. Credibile est, Episcopos Galliæ hoc vestimento illa ætate necdum usos fuisse, cum S. Gregorius de hac concessione tanquam de Gratia singulari loquatur, & quæ non nisi optime meritis obstringeret. Archidiaconus Vapincensis Valaton vocabatur, & S. Arigii in Ecclesiæ hujus Sede Successor fuit.

VII. *ep.* 112. *Sup.* XXXIV *n.* 41. *n.* 51.

Concilium in Gallia.

V. *Coint. an.* 599. *n.* 21. *vit. S. Aug. ap. Boll.* 1. *Maji. p.* 110.

Sub idem tempus S. Gregorius datis ad Syagrium Augustodunensem & duos Reges juvenes epistolis Patrocinium suscepit Ursicini Episcopi Taurinensis, cui aliquæ Ecclesiæ suæ Diœcesis ereptæ fuerant; nam Longobardi in Gallias irrumpentes

pentes a Duce Mommolo victi & repulsi Urbes Augustam Salossiorum & Segusium cum Ditionibus ad eas pertinentibus Regi Guntramo dedere coacti sunt. Porro Guntramus Rex Ditionem Segusianam Ecclesiæ Maurianæ adjecerat, imo ablatis quibusdam Ecclesiæ Taurinensis Bonis ibi novus Episcopus ordinatus fuerat. Hæc igitur damna reparari S. Gregorius in suis epistolis petiit. Sæculum VI. A.C. 599. VII. *ep.* 120. 121. *Sirm. ad ep.* 120. *Fredeg.* c. 45.

Desiderius Episcopus Viennensis affirmabat, olim a Sacra Sede Ecclesiæ suæ quædam Privilegia, & inter alia usum Pallii, fuisse concessa, petebatque, in hæc jura postliminio restitui. S. Gregorius respondet: *jussimus Tabulas Ecclesiæ nostræ inspici, & nihil potuimus invenire. Jube etiam Ecclesiæ tuæ Monumenta lustrari, & si aliqua Acta inveneris, ex quibus rei veritatem doceri possimus, ea diligenter ad nos transmitte.* VII. *ep.* 117.

§. XI.

Cyriacus in Hispania.

Ex Gallia Cyriacus Abbas profectus est in Hispaniam, estque verisimile, ad eam quoque Provinciam mandata de celebrando Concilio detulisse. Is habebat litteras S. Leandro, Reccaredo Regi, & Claudio Belliduci clarissimo Christianis virtutibus ornato, & Regi in paucis caro reddendas. In epistola ad S. Leandrum VII. *ep.* 125. VII. *ep.* 126.

Sæculum VI. A.C. 599.

drum (*) S. Gregorius de graviſſimo onere Epiſcopatus, ſicut in principio Pontificatus ſui ſolebat, querulatur. *Non amplius ille ſum*, inquit, *quem me aliquando noviſti. In oculis hominum major, in interiore domo animæ deterior factus ſum. Nihil magis in votis habebam, quam Divini Capitis mei veſtigia ſequi, & eſſe opprobrium hominum atque abjectio populi; nunc vero oneroſa Dignitate premor, curæ infinitæ mentem obtundunt, & pectus lancinant. Nunquam datur quieſcere, ſemper abjectis cogitationibus occupor, & vix uno momento ad contemplandum cæleſtia erigi licet. Torpet anima mea, & tantum non obſtupeſcit, cum inter res terreſtres invita diſtineatur, & non nunquam ſuperante tædio culpas admittere cogatur.* In epiſtolæ fine dicit, Se ipſi

(*) Ad hunc locum R. P. Auguſtinus Sartorius, qui Annales Cardinalis Baronii in Compendium contraxit, annotat ſequentia: *ob eam autem epiſtolam quam hoc tempore Gregorius dederat ad S. Leandrum, podagricus nempe ab podagricum, hic interſerit Baronius, ingeniosum confici poſſe e Sanctis Catalogum, qui podagra laborarint, ex quo jure carpendos illos exiſtimat Cenſores, qui ejusmodi morbidos redarguunt, ceu voluptuoſos.* En! Podagræ Elogium podagricis non modo honorificum, ſed etiam ſolatio plenum!

se ipsi Pallium mittere, & in epistola ad Regem addit, se id antiquæ consuetudini & Leandri meritis dare. Sæculum VI. A. C. 599.

In Epistola ista ad Reccaredum Papa in laudibus hujus Regis plurimus est, quod ingentem zelum in Conversione Gothorum Subditorum suorum ostendisset; laudibus vero etiam monita discretione paterna conjungit, atque ad cultum duarum virtutum, quæ in Principibus raro inveniri solent, humilitatis & castitatis hortatur. *Cura sollicite*, inquit, *ne te subitæ iracundiæ motu abripi patiaris, aut sine præcedente deliberatione facias, quæcunque tibi licent. Ira, etiam dum reos plectis, rationem non antevertat, sed sequatur, & eidem tanquam ancilla serviat. Ubi ira dominatur, ipsam crudelitatem sub specie Justitiæ repræsentat.* In hoc etiam facto S. Gregorius Regem laudat, quod cum Legem adversus Judæos edidisset, oblatam deinde ea conditione pecuniam, ut illa abrogaretur, accipere recusasset. Rex Ecclesiæ S. Petri dona miserat; hinc ut vices redderet, S. Gregorius exiguam clavem, ramenta de ferro catenarum S. Petri continentem, Crucem, cui particula ligni veræ Crucis inserta erat, capillos S. Joannis Baptistæ, & alteram S. Petri clavem misit. VII. *ep.* 127.

§. XII.

Sæculum VI.
A. C. 599.

§. XII.

Concilia in Hiſpania celebrata.

Tria in Hiſpania celebrata fuerant Concilia, ex quo S. Gregorius Papa Eccleſiæ Catholicæ Regimen ſuſceperat, Cæſarauguſtæ unum, Toleti alterum, & *t. 5. c. p. 1600.* Oſcæ tertium. In Concilio Cæſarauguſtano prima die Nov. anno 592. æra 630. anno Reccaredi ſeptimo, celebrato, Epiſcopi undecim & nomine Epiſcoporum abſentium Diaconi duo adfuere. Præfuit Artemius Epiſcopus Tarraconenſis, Provinciæ illius Metropolita. Epiſcopi *Sup. Lib. XXXIV. n. 56. can. 1.* ferme iidem occurrunt, qui in Concilio tertio Toletano, tribus abhinc annis celebrato, ſederunt. In iſto tres, non plures, Canones conditi, in quibus ſtatuitur, ut Presbyteris Arianis converſis, ſi pura eorum fides & mores ſint, miniſtrare liceat, poſtquam de novo Benedictionem Presbyterorum acceperint.(*) Idem

(*) Hic quæri poſſet, an non ſub hac nova Benedictione Presbyterorum novam Ordinationem intelligi oporteat; verba Concilii ſunt: *Presbyteros ex Ariana Hæreſi revertentes accepta denuo Benedictione Presbyterii miniſtrare.* Quæ Benedictio, ait Morinus, eſt ipſa Ordinatio. Id vero negat Honoratus Turnelius; an vero argumenta Morini ſolvat, videat Lector, ſi lubuerit, in ipſius Curſu Theologico de Sacrament. Ordin.

Idem de Diaconis decernitur. Nempe ideo, quia Presbyterorum istorum Hæreticorum plerique Continentiam non servabant. Sæculum VI. A. C. 599.

Reliquiæ apud Arianos inventæ Episcopis præsententur, & igne probentur. Si quis deprehensus fuerit, quod Reliquias celaverit, excommunicabitur. Istud ignis experimentum indicare videtur, tunc creditum fuisse, veras Reliquias igne consumi non posse. *c.* 2. Si Episcopi Ariani conversi Ecclesias consecraverint, priusquam Benedictionem acceperint, illæ ab Episcopo Catholico rursus consecrentur. (*) *c.* 3. Hos Canones sequitur Epistola a quatuor Episcopis in Concilio præsentibus data, in qua consentiunt, ut Fisco præpositi aliquod vectigal de singulis frumenti modiis exigerent. Istud haud dubie de fundis Ecclesiæ accipiendum est.

Concilium Toletanum celebratum est decima septima Maji anno 597. æra 635. anno Reccaredi duodecimo, & ex inscriptione discimus, Episcopos sexdecim adfuisse, quamvis tantum tredecim subscripserint. *p.* 1603. Primus est Massona Emeritanus, secundus Migecius Narbonensis, & tertio demum loco Adelphius Toletanus.

(*) Inde Morinus opinionem suam confirmat. Qui enim non potest, quod minus est, quomodo id quod majus est, possit?

Sæculum VI. A. C. 599.

nus. In ea Synodo Canones duo conditi. In primo præcipitur, ut Episcopi Presbyteros & Diaconos ad servandam Continentiam compellant, Refractarios autem deponere, & custodiæ mandare possint, ut Pœnitentiam subeant. In secundo Canone prohibetur Episcopis, ne reditus Ecclesiarum, quæ in eorum Diœcesibus extructæ fuerint, usurpent, sed præcipitur, ut dentur Presbytero, qui ibi ministrat; si autem reditus illi ad sustentandum Presbyterum non sufficiant, serviat ibi Diaconus, aut saltem Ostiarius, qui curet, ut munda semper sit Ecclesia, & singulis noctibus coram Reliquiis faces accendat.

Concilia in Hispania. p. 1604.

In Concilio Oscensi quoque anno quingentesimo nonagesimo octavo duo Canones conditi sunt. In primo Episcopis præcipitur, ut singulis annis Abbates, Presbyteros, & Diaconos suæ Diœcesis convocent, & vitæ Regulam, quam sequantur, præcipue circa Frugalitatem & Continentiam doceant. In secundo Canone jubentur Episcopi diligentissime inquirere, an Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi Continentes sint, ut tam leves suspiciones, quam malignas excusationes nocentium rejiciant.

1605.

Anno sequente 599. Reccaredi Regis 14. æra 636. prima die Nov. Concilium Barcinone celebratum, instante, ut verisimi-

risimile est, Cyriaco Abbate a Pontifice missso, nam iidem in eo condemnantur abusus, quos ut tolleret, superius Concilium celebrari jusserat. In hoc Concilio Barcinonensi sederunt Episcopi duodecim, Asiatico Episcopo Tarraconensi præsidente. Quatuor fuere conscripti Canones, quorum primi duo Simoniam eliminatam volunt, & prohibent, ne pro Ordinationibus aut Sacro Chrismate quidquam accipiatur. In tertio Canone prohibetur, ne, etiamsi Rex juberet, Laicus subito ad Episcopatum evehatur. Sed Clerici & Populus nominent duos, tresve viros, ex quibus Metropolita cum Suffraganeis suis sorte missa eligat illum, qui consecrandus est. Sæculum VI. A. C. 599.

In ultimo Canone damnantur Virgines Deo consecratæ, & Pœnitentes utriusque sexus, qui Matrimonium inierunt, imo etiam fœminæ, quæ, si raptæ fuerint, a Raptoribus deinde non discesserint. Tales excommunicentur, a Fidelium societate excludantur, & etiam cuiquam colloquendi solatio priventur. S. Gregorius eodem anno duobus ex præcipuis Galliæ Episcopis, Virgilio Arelatensi, & Syagrio Augustodunensi vehementer exprobravit, quod huic abusui non eo, quo par fuisset, vigore se opposuissent in causa mulieris nomine Syagriæ, quæ, cum Institutum Monasticum

Sæculum VI. A. C. 599.

fuisset amplexa, postea vi adhibita nubere compulsa fuit.

§. XIII.

Ecclesia Africæ.

Sanctus Gregorius Papa nunquam non Ecclesiam Africæ paterna cura fovebat. Jam anno 593. Indictione undecima datis litteris ad Adeodatum Numidiæ Primatem, & Columbum ejusdem Provinciæ Episcopum, in cujus prudentia multam posuerat fiduciam, prohibuerat, ne juvenes ad Ordines sacros admitterentur, aut ordinationes Simoniæ labe inficerentur. Rogat etiam, ut se de iis omnibus, quæ in Concilio, tunc celebrando, acta fuerint, certiorem facerent. Cum vero Indictione duodecima ineunte, id est, Mense Sept. anno 593. comperisset, multos in Numidiæ Provincia abusus contra Canones vigere, ad Columbum Episcopum mandata misit, ut in eos inquireret, & Gennadio Exarcho Africæ scripsit, ut eum in illis omnibus, quæ ad Disciplinam Ecclesiasticam spectarent, tueretur.

III. *epist.* 7.

Mense Junio anno sequente 594. cum ad S. Gregorium fuisset relatum, eo usque excrevisse Donatistarum audaciam, ut Catholicos rebaptizarent, & Episcopos e suis Ecclesiis ejicerent, data ad Pantaleonem Africæ Præfectum epistola acriter

III. *epist.* 32.

acriter exhortatur, ut Leges obſervari curaret, non tantum ut famæ ſuæ conſuleret, ſed etiam ut expediret ſe a timore Dei aliquando animarum iſtarum rationem exacturi, niſi faciendo quod ſuum eſt, earum interitum prohiberet. Simul ad Columbum & alium Epiſcopum nomine Victorem ſcripſit, exhortans, ut collatis conſiliis naſcens malum in ipſo ortu extinguerent. Sæculum VI. A. C. 599. III. *ep.* 35.

Dominicus Epiſcopus Carthaginenſis huic malo remedium allaturus, Mandatum ab Imperatore contra Donatiſtas obtinuit, & ut ea, quæ præcepta fuerant, executioni darentur, egit Concilium, in quo ſtatutum, ut omnes Epiſcopi Hæreticos iſtos acriter perſequerentur, ceſſantium vero pœna Bonorum & Dignitatis jactura eſſet. Actis hujus Concilii ad S. Gregorium transmiſſis, Papa Viri zelum quidem dilaudavit; *ſed vereor*, inquit, *ne iſtud Decretum aliarum Provinciarum Primates offendat; quandoquidem priusquam illos, qui extram Eccleſiam ſunt, corrigas, curandum, ut intus Epiſcoporum concordiam conſerves, tunc enim contra Hæreticos vis unita fortior erit.* Hoc Pontifex ideo dicit, quod aliarum Provinciarum in Africa Epiſcopi Decretis Provinciæ particularis Carthaginenſis non obſtringerentur. Epiſtola iſta ſub initium Indictionis decimæ tertiæ Eccleſiæ in Africa. IV. *ep.* 3.

Sæculum VI. A. C. 599.

tiæ menſe Septembri anno 594. data eſt.

Interim Imperatoris Mauritii Mandatis Donatiſtas tangentibus in Africa non obtemperabatur, quippe Catholicos imo & Clericos invenire erat, qui conſentiebant, ut liberi ſui, mancipia, famuli a Donatiſtis baptizarentur. Omnia Donatiſtæ auro corrumpebant, & ipſa tunc Fides in Africa venalis erat. Quidam Africani Epiſcopi Romam venerunt, querelas ad S. Gregorium deferentes, atque inter ceteros aliquis nomine Paulus, qui cum duobus aliis ſe a Gennadio Patricio, inſtigantibus Donatiſtis, perſecutionem pati querebatur. Hos Papa omnes tres ad Imperatoris Tribunal remiſit, quia iſto negotio Patricius impleIV. *ep.* 36.

V. *ep.* 61. cabatur. Epiſtola Pontificis, Indictione
VI. *ep.* 2. decima quarta exeunte, menſe Auguſto
V. *ep.* 63. anno 596. data.

Primatem Provinciæ Byzacenæ crimine accuſatum, Imperator ſecundum Canones a Papa judicari iterato juſſit; ſed S. Gregorius, cum ſciret, viros potentes huic Judicio adverſari, noluit de hac cauſa cognoſcere. Id Joanni Epiſcopo Syracuſano, qui hac de re ad ſe ſcripſerat, ſignificat, & de illo Primate loquens ſubjungit: *quod vero dicat, ſe Sacræ Sedi ſubditum eſſe;* (*) *neſcio Epiſcopum,*VII. *ep.* 65.

(*) Eximium pro Jurisdictione Summi Pontificis Teſtimonium ex alia Orbis Parte allatum!

ſcopum, qui huic Sedi ſubditus non ſit, quando peccavit; etſi extra hunc caſum Epiſcopi omnes ſecundum Leges Humilitatis æquales ſint. (*) His S. Gregorii verbis Poteſtatis, quæ in Eccleſiæ Capite reſidet, limites accurate definiuntur. Quamdiu Epiſcopi Munere ſuo integre funguntur, Papa omnes tanquam Fratres ſibi æquales habet, ſed omnium Superior eſt, ubi de illorum correctione agitur. Hæc epiſtola circiter menſe Junio Indictione ſecunda anno 599. data eſt. Sæculum VI A. C. 599.

§. XIV.

Cæremoniæ a S. Gregorio invectæ.

Sub idem tempus S. Gregorius magni momenti epiſtolam, in qua de variis Cæremoniis agitur, ad Joannem Syracuſanum dedit. Epiſtolæ exordium eſt hujusmodi: *Vir ex Sicilia veniens ad me retulit, amicorum ſuorum aliquos Græcos & Latinos ſub prætextu, & ſpecie defendendi Romanæ Eccleſiæ honorem, Ritus, quos præſcribo, ſugillare, & dicere: quomodo Gregorius Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſupercilium ponere compellet, dum illius Eccleſiæ Ritus & conſuetudines amplectitur? percunctanti, quinam eſſent iſti Ritus, reſpondit: præſcri-* VII. *ep.* 64.

(*) Ex his S. Gregorii verbis, ſi quis ea ſtudioſe penſare velit, multæ Quæſtiones Canonicæ reſolvi poſſunt.

Sæculum VI. A. C. 599.

pſiſti, ut in Miſſa extra tempus Paſchale ALLELUJA dicatur, jubes Subdiaconos ſine Tunicis incedere, vis, ut dicatur KYRIE ELEISON, ſtatim poſt Canonem Orationem Dominicam recitas. Reposui, me in his omnibus nullius alterius Eccleſiæ Ritus fuiſſe ſecutum.

S. Hieronymum Damaſi Papæ ævo Ritum invexiſſe ferunt, ut ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ Jeroſolymitanæ ALLELUJA cantaretur. Hinc verius diceres, morem a Græcis hic invectum a nobis fuiſſe dimiſſum. Forte vult dicere, dimiſſum fuiſſe uſum cantandi *Alleluja* in Exequiis, & in Quadrageſima. S. Gregorius proſequitur: *More antiquo Subdiaconi ſola Alba induti incedebant, quod ex uſu Eccleſiarum veſtrarum apparet, quem certe non a Græcis, ſed ab Eccleſia Romana Matre veſtra accepiſtis. Aliquis Epiſcoporum noſtrorum Subdiaconos Tunicis veſtitos eſſe voluit. Non dicimus KYRIE ELEISON Ritu Græcorum; nam apud ipſos hanc orationem omnes pronunciant, & apud nos ſoli Clerici populo reſpondente: AMEN! Nos etiam tertio CHRISTE ELEISON adjicimus, quod Græci penitus omittunt.* Ceterum S. Gregorius perperam accuſabatur, quod Auctor fuiſſet recitandi *Kyrie eleiſon*, cum annis abhinc ſeptuaginta Concilium Vaſionenſe teſtatum fecerit, hanc Orationem

V. Mabill. comm. in ord. R. c. 15.

Cæremoniæ.

tionem a Sacra Sede fuisse receptam, quæ etiam Lytania dicebatur. Rursus S. Gregorius prosequitur: *Orationem Dominicam statim post Canonem recitamus, quia mos Apostolorum fuit, nullam aliam ad Consecrationem dicere, & mihi videbatur absurdum, orationem fortasse ab homine docto concinnatam recitare, illa omissa, quam ipse Dominus Noster nos docuit.* S. Gregorius dum dicit, pro Consecratione Evchariſtiæ non aliam fuisse recitatam, quam Orationem Dominicam, non negat, recitata fuisse Evangelii Verba, quæ Evchariſtiæ Institutionem complectuntur. De oratione Dominica credendum, eam solum ab aliquo tempore & fortasse certis tantum diebus fuisse omissam, nam ex quodam Concilio exinde post annos triginta celebrato dispicitur, in quibusdam Ecclesiis Hispaniæ Orationem Dominicam solum Diebus Dominicis fuisse recitatam.

Sæculum VI. A.C. 599.

Conc. Vas. II c. 3. *Sup. l.* XXXII. n. 41.

V. Bona. l. II. *lib.* I. *c.* 5. II. *c.* 15.

V. Mabill. comm. in ord. R. c. 7.

Conc. Tol. IV. *c.* 10.

Tum S. Gregorius prosequitur: *Apud Græcos Oratio Dominica a toto populo, apud nos vero a solo Presbytero pronunciatur. In quo igitur Ritus Græcorum imitati sumus? antiquas nostras consuetudines reducere nobis placuit, & novas, quas utiles esse credimus, instituere.* Et inferius: *Ceterum Ecclesiam Constantinopolitanam Sacræ Sedi esse subjectam, nemo est, qui dubitet, & idipsum tam*

Sæculum VI. A. C. 599.

Imperator, quam Episcopus illius Civitatis continuo profitentur. (*) *Nihilominus, si illa Ecclesia, aut quæcunque alia usus salutares habet, in rebus bonis etiam me inferiores imitari paratus sum, quippe, in contemptu eorum, quæ meliora sunt, Primatum constituere stultitia foret.*

§. XV.

Officii Reformatio.

Ex ista Epistola S. Gregorii cognoscimus, ipsum jam hoc anno 599. Officium Ecclesiæ Romanæ reformavisse; cumque Factum istud durante ipsius Pontificatu inter cœtera memoratu dignissimum sit, id paulo fusius referemus. De illa Officii Missalis Collectione, quæ Gelasium Papam Auctorem habet, S. Gregorius aliqua omittenda, alia mutanda, & aliqua addenda esse censuit. Omnia in unum Volumen collegit, quod ejus Sacramentarium dicitur. Ita olim appellabatur Liber, in quo preces in Administratione Sacramentorum, præsertim in Celebratione S. Sacrificii a Sacerdote dicendæ continebantur. Quæ cantanda erant, in alio notabantur Volumine, quod Antiphonale dicitur, quia alternatim diversi chori cantabant, unde Anti-

Jo. Diac. vit. c. 17.

Sup. XXX. n. 42.

(*) Quid ad hoc S. Gregorii Testimonium Protestans noster respondere queat? ideo tacet.

Antiphonarum Nomen, ut alibi explicavimus, ortum duxit. Lectiones ex alio Volumine, quod Lectionarium dicebatur, & Psalmi item ex alio, nempe Psalterio, legebantur. Rursus ipsas Regulas in usu observandas (videlicet illas, quas hodie dicimus Rubricas) aliud volumen, cui titulus erat: Ordo Officii, complectebatur. Græcis hodieque plures libri sunt, in quibus diversæ Officii Partes descriptæ. Latinis quoque ad diversas functiones erant diversi Libri, scilicet Ordo Missæ Pontificalis, Ordo Baptismi, Ordo Ordinationum. Libri, quos habemus, Nomen, *Ordo Romanus*, præferentes, in hoc genere omnium antiquissimi sunt, & saltem S. Gregorii ævo non posteriora creduntur. Hoc Nomen, *Ordo Romanus*, inde adepti sunt, quia cujuslibet Regionis Ecclesiæ diversum Ordinem Liturgiæ, aliarumque Officii Partium habebant. Non solum Græcia & Oriens, sed etiam Ecclesiæ Latinæ, Africa, Hispania, Gallia, & illa Italiæ Pars, quæ Ecclesiæ Mediolanensi subjecta erat, diversis Liturgiis utebantur, ut infra explicabimus.

Sæculum VI. A. C. 595.

Sup. XVIII n. 46.

V. Mabill. comm. in ord. R. c. 2.

§. XVI.

Ecclesiæ & Stationes.

Ut Lector facilius intelligat, quis modus Missæ Pontificalis Romæ fuerit

Ord. Rom. 1. & 2.

Sæculum VI. A. C. 599.

in diebus ſolemnibus, prius explicandum eſt, qua ratione Eccleſiæ & Clerici in ſuas Regiones diviſi fuerint. Roma ab Auguſto olim in quatuordecim Vicos ſeu Regiones diviſa; poſtquam autem Religio Catholica invecta eſt, tantum ſeptem numerabantur, atque alicui earum omnes Eccleſiæ & omnes Clerici ampliſſimæ Civitatis accenſebantur. In Miniſterio Eccleſiaſtico vices ſuas obſervabant; nam Clerici tertiæ Regionis primi ſerviebant Die Dominica, Clerici Regionis quartæ Die Lunæ, & ſic ſubſequentibus diebus cœteri.

Mab. comm. c. 3.

Porro varii Eccleſiarum Tituli Romæ recenſebantur, nam aliquæ Patriarchales, aliæ Titulares, Diaconiæ, vel Oratoria dicebantur. In Eccleſiis Patriarchalibus, alio nomine Baſilicis, Papa Sacris operari ſolebat, quales erant ad S. Joannem Lateranenſem, S. Petrum in Vaticano, S. Mariam Majorem, S. Laurentium extra mœnia Civitatis, ad S. Crucem Jeroſolymitanam. Ad has Eccleſias cuſtodiendas, purgandas, ornandas cura Manſionariis erat commiſſa. Tituli id ferme erant, quod hodie Parochiæ. Singulis præerat Presbyter Cardinalis, cui ſubjecta erat certa pars Civitatis, habebatque Fontes, ut caſu neceſſitatis emergente baptismum conferre poſſet. Jam ex tempore Symmachi Papæ anno 499.

499. sexaginta sex Presbyteros triginta Titulis extitisse memoriæ proditum est, nam in plerisque Titulis duo tresve Presbyteri ministrabant, iisque præpositus erat Presbyter Cardinalis. Diaconiæ erant Hospitia vel Quæstoria, unde Eleemosynæ distribuebantur. His præerant septem Diaconi Regionarii, singuli in singulis Regionibus, quorum Caput & Princeps erat Archidiaconus. Cura Hospitii Ecclesiæ Diaconiæ juncti circa temporalia Administratori, qui Diaconiæ Pater appellari solebat, sæpe Clerico, sæpe etiam Laico demandabatur, atque ita S. Gregorius singulis Diaconiis, aut Hospitiis Curatores dedit, a quibus, quia eorum fidem sibi habebat exploratam, acceptorum rationem non exigebat. Alii autem Hospitiorum Curatores secundum Statuta Canonica Episcopo suo rationem reddere tenebantur, volebatque S. Gregorius, ut Clerici essent, & a Jurisdictione Sæculari exempti, ne Magistratibus prætextus Bona pauperum rapiendi supereresset. Præter septem Diaconos Regionarios alii dabantur in Titulis, (†) qui Presbytero Titulari suberant. Oratoria plerumque in Cœmeteriis visebantur, nec habebant Baptisterium sicut Ecclesiæ Titulares, nec ibi officium publicum celebrabatur, nec aderat Presbyter Cardinalis, sed a nostris Capellis non abhor-

Sæculum VI. A. C. 595.

Sup. l. XXX n. 48.

Jo. Diac. l. II. *c.* 51.

Greg. IX. epist. 24. *III. ep.* 24.

(†) id est in Parochiis,

Sæculum VI. A. C. 599.

abhorrebant, & ſiquando Epiſcopus volebat ibi Miſſam celebrari, mittebat Presbyterum. In ædibus privatorum quoque Oratoria extruebantur, cum legamus Joannem Epiſcopum Syracuſanum a S. Gregorio reprehenſum, quod, lite inter ipſum & Venantium Patricium exorta, Miſſam in illius Domo celebrari prohibuiſſet. Tandem aliqua Oratoria habebant Presbyterum Cardinalem, qui, ſi Fundator id peteret, aut concurſus Fidelium id exigere videretur, Sacris operabatur. Ejusmodi Oratoria quaſi Eccleſiæ inferioris Tituli exiſtimari poterant.

Greg. II. *ep.* 9. *ind.*

X. epiſt. 12.

V. ep. 42. 43.

Ordo Stationum in Civitate Romana ſeu Deſignatio Eccleſiarum, in quibus quotidie in Quadrageſima, in Angariis, & Feſtis Solemnibus Officium Divinum peragendum erat, S. Gregorium Auctorem habet; nam Feſta Sanctorum celebrabantur in Eccleſiis, in quibus eorum Reliquiæ colebantur. Has igitur Stationes ordinavit eo modo, quo hodieque in Miſſali Romano adnotantur, easque præcipue Eccleſiis Patriarchalibus & Titularibus affixit; quamvis vero Stationes certis diebus eſſent fixæ, nihilominus poſtquam Papa communicaverat, Archidiaconus Stationem ſequentem populo denunciabat.

Jo. Diac. II. *c.* 18.

Ord. Rom. 1.

§. XVII.

§. XVII.

Sæculum VI.
A. C. 599.

Missæ initium.

Ordo Rom. I. 3.

Jam vero Missam Pontificalem exhibiturus Exemplum Festi Paschalis secundum Ordinem Romanum antiquissimum seligam. Mane Acolythi tertiæ Regionis, & Defensores omnium Regionum in Palatium Lateranense, ubi Papa habitabat, se conferebant. Defensores *IX. ep.* 38. erant Clerici, quibus Episcopi Mandata in commodum pauperum exequi incumbebat, & formulam Litterarum, quibus instituebantur, inter Epistolas S. Gregorii habemus. Reliqui Clericorum *Ord.* 1. 2. 3. Romanorum omnes, quamprimum illuxisset, ad Ecclesiam Stationis, exempli gratia in Die Paschæ ad S. Mariam Majorem, procedebant, præsentibus nunquam non aliquot Episcopis. Papa & Familiarium præcipui equis vehebantur, quod ob viæ longitudinem erat necessarium. Acolythi & Defensores Pontifi- *Ord.* 3. cem pedibus comitabantur. Interim ex Palatio Lateranensi libri & vasa ad Officium Divinum necessaria afferebantur, & Acolythorum unus Sacrum Chrisma in ampulla linteolo velata manibus deportabat.

Pontifici advenienti illi Acolythi & *Ord.* 1. 2. 3 Defensores, quos ordo tangebat, cum Presbytero Titulari illius Stationis obviam

Sæculum VI. A. C. 599.

viam procedebant, & ex equo descendentem adjuvabant. Pontifice ſtatim Sacriſtiam ingrediente, & Diaconis ante fores mutantibus veſtes, ille, cui legendum erat Evangelium, ſolvebat ſigillum & locum notabat. Tum Acolythus Librum in Sanctuarium deferebat, & Subdiaconus illum adhibita Reverentia in Altari deponebat. Interim Papa manibus Subdiaconorum veſtiebatur. Alius præbebat Albam, quæ ſuper interulam inducebatur, & alius cingulum, amictum, Dalmaticam ex carbaſo, Dalmaticam majorem & tandem Caſulam. Primicerii & Secundicerii erat Veſtimenta concinne adornare. Diaconus Pallium his omnibus ſuperaddebat. Tum Subdiaconus Papæ Manipulum offerebat, dicens: *iſte Epiſtolam leget, & iſte cantabit.* Ubi deinde Pontifex annuendo ſignum dediſſet ad incipiendum Officium, idem Subdiaconus ad Sacriſtiæ fores procedens dicebat: *accendite* cereos!

Ord. Rom. 5.

Tunc, Cantoribus in ordine ſuo ſtantibus, eorum Præpoſitus inchoabat Antiphonam ad Introitum, quam totus Pſalmus, cujus unicus tantum verſus hodie cantatur, ſequebatur. Iſtæ Antiphonæ cum initio Pſalmorum in Antiphonario S. Gregorii, quemadmodum hodieque recitamus, adnotantur, initium ducitur a prima Dominica in Adventu & per totum

tum annum ponuntur. Introitus appel- Sæculum VI.
labantur, quia illo tempore cantabantur, A.C. 599.
quando populus in Eccleſiam intrabat, & unusquisque locum ſuum adibat. Ubi audiebatur hic cantus, Papa ex Sacriſtia exibat, latus dextrum Archidiacono, & ſiniſtrum ſequente Diacono ſtipantibus, præcedentibus ſeptem Acolythis incenſum, & ſeptem candelabra ferentibus. Antequam Papa ad Altare aſcenderet, Diaconi, qui jam prius in Sanctuario ſtabant, Planetas ſeu Caſulas deponebant, quibus omnes, & etiam Acolythi, ornabantur.

Procedenti Papæ duo Acolythi a- *v. Mabill.*
pertam arculam cum S. Sacramento præ- *comm. c.6.*
ſentabant, quod Papa inclinato capite veneratus inſpiciebat, ut ſciret, an major eſſet copia quam in Calicem, ut infra dicetur, immittenda eſſet, & ſi major fuiſſet, in Receptaculo ſervari jubebat. Cum ad Altare perveniſſet, dabat Miſſa Pontiſignum ad dicendum *Gloria Patri*, & ficalis.
finiendum Pſalmum Introitus. Diaconi oſculabantur alas Altaris, & Papa poſtquam inclinatus pro remiſſione peccatorum ſuorum oraſſet, Evangelium & Altare in medio oſculatus, Sedem ſuam conſcendebat, coram qua ſtans manebat vultu ad Orientem, & dorſo ad populum verſo, nam Cathedra in medio erat poſt Altare.

Tunc

Sæculum VI. A. C. 599.

Tunc cantabatur *Kyrie eleison*, & continuabatur in cantu, donec Papa signum cessandi daret, qui ad populum se convertens inchoabat: *Gloria in Excelsis Deo*, & rursus usque ad finem ad Orientem convertebatur. Secundum Sacramentarium S. Gregorii solus Episcopus, & tantum Diebus Dominicis & Festis cantabat *Gloria*. Presbyteri nunquam nisi in Paschate id recitabant. Tum Papa populum salutabat dicens: *Pax vobis;* mox iterum ad Orientem conversus, dicebat Orationem seu Dicti illius Collectam. Illas Collectas, prout in Sacramentario S. Gregorii sunt, adhuc hodie recitamus. Oratione dicta residebat Pontifex ad populum conversus, & annuebat Episcopis, Presbyterisque, ut considerent. Hi ordine suo stabant ex utroque latere Episcopi a dextris, & Presbyteri a sinistris in illo Semicirculo, quo Altare retro cingebatur.

Sacram. init.

§. XVIII.

Lectiones & Oblationes.

Subdiaconus, a quo legenda erat Epistola, ubi viderat, omnes sedere, conscendebat suggestum, in quo Pulpitum erat, a latere Chori aliquot gradibus eminens. In Ecclesiis antiquis Romæ tria ejusmodi visuntur Pulpita; unum in latere

Mabill. comm. c. 3.

tere dextro Altare respiciens ad recitandam Epistolam, alterum versus populum ad legendas Prophetias, & tertium cœteris duobus altius & magis ornatum ad prædicandum Evangelium. Sæculum VI. A. C. 599.

Lecta Epistola Cantor conscendens suggestum cum Libro suo, qui Graduale seu Antiphonarium dicebatur, cantabat Responsoria, quæ Gradualia ob gradus ad suggestum dicimus, & Responsoria, quia Chorus Cantori respondet. Deinde cantabatur pro diversitate temporis *Alleluja*, vel Tractus, ita dictus, quod verba morose trahendo cantetur. Has preces omnes hodieque dicimus, quales eas singulis diebus annotatas in Antiphonario S. Gregorii videmus.

Tum Diaconus accedens osculabatur pedes Papæ sibi Benedictionem ad legendum Evangelium impertientis, his verbis: *Dominus sit in corde tuo &c.* Inde procedens ad Altare, & Evangelium osculatus, illudque manibus suis tenens comitantibus duobus Subdiaconis, quorum unus thuribulum portabat, & præcedentibus duobus Acolythis candelabra portantibus pulpitum adibat, quod solus conscendebat, legebatque conversus ad meridiem, nempe latus virorum, nam in Ecclesia a mulieribus separati stabant. Ex quadraginta Homiliis S. Gregorii dispicimus, eadem quæ hodie Ev- Missa Papalis.

Sæculum VI. A. C. 599.

angelia, & iisdem diebus lecta fuisse. Lecto Evangelio Subdiaconus illud omnibus in Ecclesia præsentibus ad figendum osculum deferebat, tumque in Arcula repositum obsignabatur. Ex his colligendum videtur, non fuisse Librum, quemadmodum nostri sunt, compactum, sed more antiquo convolutum.

Mabill. com. t. 6. n. 3.

Illo ævo necdum Symbolum ad Missam dicebatur in Ecclesia Romana, quæ cum nunquam alicujus Hæresis labe fuisset infecta, necessarium non erat, ut Fidem suam profiteretur. Quando Papa ad Populum dicebat (sæpe autem dixit S. Gregorius) id statim perlecto Evangelio fiebat.

Ord. 6. n. 7.

Postquam Papa populum salutasset illis verbis: *Dominus vobiscum*, & dixisset: *Oremus*, Diaconus comitante Acolytho ad Altare procedebat portans Calicem, coopertum Corporali, quod Diacono dabat. Diaconus isto Corporali Altare sternebat, & extremam illius partem alteri Diacono extendendam porrigebat; erat enim hoc Corporale magna mappa, qua totum Altare tegebatur. Tum Papa ex Sanctuario descendens, duobus Primiceriis Notariorum & Defensorum eum utrinque sustinentibus, ad locum, quo Senatores consistebant, procedebat Oblationes Optimatum secundum ordinem ipsorum, id est, panem

&

& vinum ad Sacrificium collecturus. Papa acceptos panes Subdiacono Regionario tradebat, qui eos in mappam, quam duo Acolythi tenebant, mittebat. Archidiaconus Papæ vestigia sequens & urceolos ab offerentibus accipiens vinum fundebat in magnum calicem, sibi a Subdiacono præsentatum, quem sequebatur alius Acolythus aliud vas portans, in quod vinum Calicis, ubi impletus fuisset, effundebat. Proximus Papæ incedebat Episcopus hebdomadarius, qui aliorum panes accipiebat, comitante Diacono, vinum offerentium accipiente, & si hi accipiendo non sufficerent, a sequentibus Presbyteris adjuvabantur. Tum Pontifex ad alterum Ecclesiæ latus, ubi fœminæ erant, transibat, Oblationes earum accepturus. Ita omnia fiebant sine strepitu, & nemo Fidelium loco suo movebatur. Oblati panes formæ erant rotundæ; id enim inde discimus, quod S. Gregorius eosdem vocet Coronas. Præterea hos panes quilibet suo labore parabat. Istud docemur ex historia cujusdam Matronæ Romanæ, quæ Communionem ex manu S. Gregorii accipiens, & verba consueta pronunciantem audiens subrisit, quod panem manibus suis coctum diceret, esse JEsu Christi Corpus. Paulus Diaconus, qui omnium primus hoc factum litteris prodidit, adjungit,

Sæculum VI. A. C. 599.

Oblatio Panis & Vini.

IV. Dial. c. 55.

Sæculum VI. A. C. 599.

S. Gregorium jussisse hanc particulam servari, & postquam in orationem se dedisset, eandem in carnem mutatam praesente omni populo huic mulieri ostendisse.

vit. per. Paul. Diac. n. 18. per Jo. Lib. II. c. 41.

Collectis omnibus Oblationibus Papa ad Cathedram suam reversus lavabat manus suas, atque etiam Archidiaconus; mox Papa signum dante, Archidiaconus ad Altare accedens, panes quos ipsi Subdiaconus porrigebat, concinno ordine in Altari collocabat, & eo numero, quem ad Communionem totius populi suffecturum putabat. Tum urceolum Papæ accipiens e manu Subdiaconi ministrantis, vinum per colum, ut purissimum esset, in Calicem fundebat. Diaconorum quoque urceolos accipiebat. Subdiaconus ad Chorum descendebat, & acceptum ex manu primi Cantoris vas aquæ tradebat Archidiacono, qui aquam tractu manus Crucem formans fundebat in Calicem. His peractis Papa e Cathedra sua descendens & accedens ad Altare, quod osculabatur, Oblationes Presbyterorum, Diaconorum, & tandem suam propriam, porrigente Archidiacono, recipiebat. Inde discimus, omnino omnes, Populum, Clericos, ipsum Papam Oblationem attulisse. Tum Archidiaconus acceptum de manu Subdiaconi Calicem super Altare pen-

Ord. 3. n. 13.

penes Hostiam Papæ a dextris collocabat. Calix iste duas ansas habebat, involutas linteo, quod Offertorium dicebatur. Sæculum VI. A. C. 599.

Interim cantabatur Offertorium, id est, Psalmus cum Antiphona, & post modicum temporis spatium Pontifex Chorum respiciens nutu significabat, cessandum esse; mox Altari inclinatus, Episcopis cum Presbyteris & Diaconis circumstantibus, Orationem super oblata, quam secretam vocamus, quia voce submissa dicitur, recitabat. Sequebatur Præfatio Sacrificii. In Sacramentario S. Gregorii Præfationes ferme in omnibus Missis diversæ occurrunt, ex quibus novem solummodo retinuimus. (Hodie in nostris partibus undecim numerantur.)

§. XIX.

Canon Missæ & Communio.

Cum deinde Papa tantisper expectasset, donec Chorus cantum, qui dicitur *Sanctus*, finiisset, incipiebat legere Canonem, qui etiam non nunquam *Secreta* appellatur, quia voce submissa recitabatur. Hunc Pontifex solus ante Altare erecto corpore pronunciabat, Episcopis interea, Presbyteris, & Subdiaconis in Sanctuario inclinato capite stantibus; nam non alio corporis situ melius Venerationem profiteri poterant Diebus

Sæculum VI. A. C. 599.

Dominicis & in illis Festis, quibus genua flectere non licebat. Canon Missæ in Sacramentario S. Gregorii talis est, qualem hodieque de verbo ad verbum recitamus, (*) & fert aliqua Traditio, S. Gregorium ad secundam Orationem, quæ in Canone dicitur, addidisse verba: *Diesque nostros in tua Pace disponas.* Auctor Tractatus de Sacramentis, S. Ambrosio adscripti, quod opus sine dubio antiquissimum est, ferme totum Canonem, paucis exceptis, nostro consentaneum refert. *Lib. IV. c. 5. 6.*

In nullo antiquo Ordine alicujus alterius Elevationis Hostiæ mentio invenitur, quam illius quæ in fine Canonis fit dicendo: *Per ipsum & cum ipso &c.* Tum Archidiaconus arreptis ansis Calicem penes Papam elevabat, qui Hostiæ latus Calicis tangebat, easque denuo in pristino loco deponebat. Sub initium Canonis Patena Acolytho dabatur constodienda, qui eam ante pectus fascia e collo

(*) Hinc absurdus admodum est Interpres Protestans, dum in suis Annotationibus insulse exclamat: Man hat nichts gewußt von einer solchen Messe, die jetzt im Pabstthum gebräuchlich ist. Missas vero privatas legere quam antiquum sit, superius Paragrapho XVI. vidimus, ubi de Oratoriis sermo est, in quibus officium publicum non celebrabatur.

e collo pendente involutam tenebat. Illa sub Canonis finem ad Altare deferebatur. Inde dicebatur Oratio Dominica, & illa, quæ sequitur. Tum Papa dictis verbis: *Pax Domini sit semper vobiscum*, ter manu supra Calicem Cruce formata, immittebat Hostiam consecratam. Id de Hostia præcedentis Sacrificii, quæ in Missæ exordio Papæ ostendebatur, accipiendum. Hic Archidiaconus pacem dabat, id est osculum digniori Episcopo, qui illud proximo Episcopo, & sic cœteri ordine suo alter alteri dabant. Idem populus, sed viri & fœminæ separatim, faciebat. Ecclesia Romana post consecrationem demum Pacem dabat, tanquam testimonium, quod populus in eam consensisset. Innocentius Papa illos erroris arguit, qui Pacem ante consecrationem dabant.

Sæculum VI. A. C. 599.

Mabill. com. c. 6. n. 1.

Inn. ep. 1. ad Decent. c. 1. 2

Hæc sequebatur Fractio Evchariſtiæ in hunc modum. Primum Papa ex Hostiis unam frangebat, & Particulam fractam supra Altare relinquebat, tum reliquis Hostiis super patenam quam Diaconus tenebat positis, ad Sedem suam revertebatur. Archidiaconus acceptum Calicem Subdiacono in cornu Altaris dextro stanti tradebat; moxque accipiebat Hostias, & in sacculos mittebat oblatos ab Acolythis, illas delaturis ad Episcopos & Presbyteros, qui easdem frangerent;

Sup. Lib. XXXIII. §. 32.

Ord. R. 1. n. 19.

Communio Populi.

Sæculum VI. A.C. 599.

gerent; Acolythos autem præcedebant duo Subdiaconi, ad Papam deferentes Patenam, in qua Hostiæ Pontificis erant, quas duo Diaconi deinde, ubi Pontifex annutu signum dedisset, frangebant. Archidiaconus Hostiis omnibus ex Altari sublatis, sola illa, quam Papa fregerat, Particula relicta (nam istud per totam Missam magna cura observari solebat, ne unquam Altare sine Sacrificio esset) signum Choro dabat, ut Agnus Dei cantaretur, & accedebat ad latus Pontificis, ad quem Diaconus Patenam cum fractis Hostiis deferebat. Papa toto illo tempore in Cathedra sua permanens communicabat stans & versa ad Orientem facie, tumque Particulam aliquam ejusdem Hostiæ, quam admorderat, in Calicem a Diacono oblatum, immittebat, illa ipsa verba pronuncians, quæ adhuc hodie Presbyter dicit, dum utramque speciem commiscet. Itaque duæ Particulæ consecratæ una præcedentis, & altera præsentis Sacrificii in Calice servabantur. (*) Deinde Papa pretiosum Sanguinem sumebat ex manu porrigentis Archidiaconi, qui Calicem tenens, & ad cornu Altaris procedens, stationem sequen-

v. Mabill. comm. c. 6.

(*) Exinde contra Protestantes probatur antiquissimus usus Sanctissimum Sacramentum asservandi.

sequentis diei annuntiabat. Tum modicum ex Calice fundebat in vas vino plenum, quod tenebat Acolythus; nam totum vinum ex commixtione Sanguinis Domini Nostri consecrari credebatur. (*) Tunc autem accedebant Episcopi & deinde Presbyteri, ut Comunionem de manu Papæ acciperent, & Archidiaconus iisdem Communionem Calicis præbebat, quod confirmare dicebatur. Postquam illi, qui in Sanctuario erant, communicaverant, Archidiaconus reliquum pretiosi Sanguinis fundebat in idem illud vas, in quod aliquam partem jam antea miserat, & Calicem evacuatum dabat Subdiacono in receptaculo reponendum. Sæculum VI. A.C. 599. *Ord. 2. n. 16. Mabill. com. c. 14.*

Exinde Papa descendens de Sede sua Communionem porrigebat Viris ex Ordine Senatorio, ejusque vestigiis inhærens Archidiaconus iisdem porrigebat

(*) Aus diesen ersiehet man, daß man den Layen schon damal im sechsten Jahrhundert das heilige Blut, wenigstens nicht also, wie es der Priester zu sich nahm, reichete; So ist es dann kein Kirchenraub neuerer Zeiten, wie es unser Protestant hinschreibet. Alia quæstio moveri hic potest, an Fideles hoc modo communicantes verum Christi Sanguinem vel vinum non consecratum sumserint, quod aliis discutiendum relinquo.

Sæculum VI. A. C. 599.

ſpeciem Vini, quod admota fiſtula aureâ attrahebant. Epiſcopi vero & Presbyteri Communionem populo deferebant, ſequentibus Diaconis, & ſpeciem Vini diſtribuentibus. Ubi Viri in latere dextro communicaverant, Presbyteri ad latus, in quo ſtabant fœminæ, tranſibant. Quamprimum Papa Senatoribus Communionem præbere cœpiſſet, chorus Antiphonam ad Communionem, & Pſalmum cantabat, dum omnis populus Communionem accepiſſet. Papa ad Sedem ſuam reverſus, ibique adhuc quibusdam Clericis Communione data, circumſpiciebat, an omnes communicaſſent, & ſigno facto Subdiaconum jubebat cantoribus indicare, ut *Gloria Patri* cantarent, quo finito Antiphonam repetebant, & ceſſabant. Hæ Antiphonæ in Antiphonario S. Gregorii annotatæ ſunt, ſicut eas hodieque dicimus; ſed Pſalmos, qui ibi ſunt, non amplius dicimus.

§. XX.

Poſtrema Pars Miſſæ.

Antiphona decantata Papa de Sede ſurgens, & ad Altare accedens, non converſus ad populum dicebat ultimo *Dominus Vobiſcum*, & Orationem, quæ a nobis Poſtcommunio, tunc autem Concluſio appellabatur. Ea in Sacramentario

Sæculum VI. A. C. 599.

tario S. Gregorii eo modo, quo illam in qualibet Missa recitamus, cum quibusdam aliis, ne eadem semper recurrat, adnotata est. Tum ex Diaconis unus, cui id Archidiaconus præceperat, Papam aspiciens expectabat signum, quo dato, dicebat ad populum: *Ite Missa est*, quibus verbis auditis omnes discedebant. Papa ad Sacristiam redibat, præcedente Thuriferario, & septem Candelabra portantibus, & descendens de Sede sua Episcopis, Presbyteris, & omnibus Fidelium ordinibus, sicut illam petebant, Benedictionem impertiebatur. De alia Benedictione in hac Missa Pontificali nullum extat indicium. Siquando alius Episcopus absente Papa Officium Divinum Romæ celebrabat, eædem observabantur Cæremoniæ paucis exceptis, nempe, in Papæ Cathedra non residebat, & primam Particulam, quam mittebat in Calicem, a Papa consecratam fuisse oportebat. Episcopus autem in sua Ecclesia celebrans omnia eo modo, quo Papa, peragebat.

Præter preces in Sacramentario annotatas erant & aliæ minus solemnes, quas celebrans partim ante Missam, partim ea durante dicebat. Ante Missam dicebat preces prævias satis multas, cum Ministris, tum antequam vestiretur, tum cultum Sacerdotalem accipiens. Orabat etiam

Ord. 5. & 6. Missa Illyr. v. Menard. Sacram. p. 166. & not. p. 330. v. Mabill. comm. in fine.

Sæculum VI. A. C 599.

etiam procedens ad Altare, & ubi illuc pervenerat, cum Ministris Confessionem recitabat. Alias item preces dicebat, illo temporis intervallo quo Chorus *Kyrie*, *Gloria in excelsis*, *Graduale*, & reliqua cantabat. Rursus orabat, priusquam Oblationes reciperet, dum eas recipiebat, & postea. Rursus cum Incensum benediceret, & Incensum offerret. Fidelium præsentium precibus se commendabat dicens: *Orate Fratres!* in Communione quoque pro se & aliis orabat, tandem Gratias Deo agebat, eas ferme preces dicens, quas etiamnum in reditu dicimus. Habemus quidem antiquas harum precum collectiones; quæ vero illius ævi, quo S. Gregorius extitit, esse non creduntur.

§. XXI.

Cantus Gregorianus.

Post illa, quæ ad Missam & ad Eucharistiam pertinent, in Sacramentario S. Gregorii, & in Ordine Romano continetur etiam Ritus conferendi Baptismum, & ordinandi, quorum Sacramentorum Cæremonias superius retuli. S. Gregorio satis non fuit preces dicendas præscribere, sed etiam cantum definivit, atque ut eam artem ad posteros quoque propagaret, Romæ Cantorum scholam fundavit, exinde post annos tre-

Sup. Lib. XXX. §. 42. 43. 44.

Jo. Diac. II. c. 6.

centos

centos Joannis Diaconi ævo adhuc exiſtentem. Huic Scholæ donaverat aliquot fundos & duas Domos, unam Eccleſiæ S. Petri proximam, alteram prope S. Joannem in Laterano, ubi Joannis Diaconi ætate Antiphonarii ejus Authenticum, lectulus, in quo cantans acquieſcebat, & flagellum, quo pueros terrebat, magna veneratione aſſervabantur. Sæculum VI. A.C. 599.

Auguſtinus cum profectionem in Britanniam ſuſciperet, ex hac Schola Romana Cantores in comitatu habebat, qui etiam Gallos erudierunt. Schola dicebatur non ſolum ille locus, in quo Diſcipuli canere diſcebant, ſed etiam Chorus Eccleſiæ, & ipſa Cantorum Turba; imo illorum temporum uſus omnibus hominum ſocietatibus etiam Virorum militarium Scholæ nomen tribuebat. *c.* 7. *vid. Cang. gloſſ.*

§. XXII.

Superſtitiones ſublatæ.

Ceterum non minor S. Gregorio Superſtititiones tollendi, quam Cæremonias conſervandi cura fuit. Id cognoſcimus ex Mandato ad Cives Urbis Romanæ directo, cujus hic eſt tenor: *Audivi, non nullos reperire eſſe inter vos, qui errores ſeminant; prohibitum eſſe die Sabbati laborare. Si præceptum Sabbati ſanctificandi ad litteram ſervandum eſt, pariter præceptum Circumciſionis,* *XI. epiſt.* 3.

Sæculum VI. A. C. 599.

Gal. 5. 2.

nis, etsi hanc S. Paulus prohibeat, servandum erit. Sed neutrum hodie nisi secundum Legis Spiritum observatur. Dicunt etiam; Die Dominica balneo non utendum. Si quis balneo uti velit voluptatis causa, id nulla die fieri permittimus, si autem necessitas postulet, etiam Die Dominica lavari non prohibemus; alias illa Die ne quidem faciem lavare liceret. Igitur Die Dominica a labore corporis abstineamus, & ad Orationem incumbamus, ut sex aliorum dierum tepore corrigamus.

IX. epist. 47. Sanctus Vir jubebat, ut venefici & Præstigiatores caperentur. Cum Adrianum Notarium magno zelo contra hujusmodi impostores agi sciret, laudat ejus propositum, promittit auxilium, hortatur, ut in illud hominum genus inquirat, & severe puniat. Maximianus Episcopus Syracusanus homines reos Maleficii, quod *Cantermus* dicebatur, deprehensos in carcerem mitti curaverat, sed morte præventus eos punire non potuerat. Hinc S. Gregorius datis ad Cyprianum Diaconum Patrimonii in Sicilia Rectorem litteris, huic eum Causæ invigilare jubet. *Reos*, inquit, *huc ad nos mitte, si ad istud iter adigi possunt; quia vero non posse existimo, in ipsis locis severe pœnas exige. Spero, Libertinum Prætorem tibi hac in re auxiliaturum;*

rum; etiamsi vero Judex Sæcularis adversaretur, in tali causa cedere te non oporteret. Cujus generis sint magnæ pœnæ, de quibus hic S. Gregorius loquitur, nescimus, id tamen perspectum sit, non nullos certorum criminum reos in carcerem ab Episcopis missos fuisse. Sæculum VI. A. C. 599.

§. XXIII.

Admonitio ad Episcopos.

Cum ad S. Gregorium fuisset delatum, Concilium Constantinopoli brevi esse convocandum, veritus, ne Cyriacus Episcopus hac occasione uti vellet ad conciliandam usurpato Episcopi Oecumenici Titulo Auctoritatem, ad præcipuos Episcopos huic Concilio interfuturos, nempe Eusebium Thessalonicensem, Urbicum Dyrrachiensem, Andream Nicopolitanum, Joannem Corinthium, Joannem Justinianensem, Joannem Cretensem, Joannem Lariſſæum, omnes Metropolitas, & plures alios Epistolas dedit. In illis originem repetens illius ambitionis, quæ Joannem Jejunatorem afflaverat, subjungit: *Exhortor & suadeo, ne quis vestrum hujus nominis usurpationem suo consensu approbet, ullum Scriptum, in quo hoc nomen legatur, recipiat, aut sua subscriptione confirmet. Nam si aliquis Episcopus est Oecumenicus, ut ipse intendit, sequitur, vos non esse Episcopos.* *VII. ep. 7. ind. 2.*

Sæculum VI. A.C. 599.

pos. Præterea certiores facti sumus, co Constantinopolim fuisse vocatos; ideo, n quis occasione hujus Concilii vos falla quamvis sine Sacræ Sedis Auctoritate n hil firmum, validumve decerni possi moneo vos, & coram Deo obtestor, n solicitationibus, aut blanditiis, aut pr missis, aut minis quorumcunque homin cedatis, sed Judicium æterni Judicis m te oculos mentis vestræ habeatis, & tan quam Pastores boni vigore Episcopali for tissimum pectus illi objiciatis, qui vult Ec clesiam dividere. Quamvis autem de ipsi Titulo invidiæ pleno nulla amplius mem tio renovaretur, sollicite cavete, ne quis quam in præjudicium cujuscunque Sedis aut Personæ attentetur, aut Canones in quocunque violentur. Si enim quispiam vestrum Canones læserit, aut iis, quæ in hac Epistola continentur, non obtemperaverit, a S. Petri Communione excludetur. Hæc Epistola Indictione secunda anni 599. data est.

§. XXIV.

Eleemosynæ Constantinopoli Romam transmissæ.

Indictione tertia ineunte seu mense Septembri ejusdem anni 599. S. Gregorius litteras ad Mauritium Imperatorem dedit, gratias agens pro libris auri triginta Civitatis Romanæ pauperibus trans-

VII. epist. 2.

transmissis, quas Cæsareorum ministro- Sæculum VI.
rum aliquis attulerat. *Has*, inquit Papa, A. C. 599.
Minister tuus inter Episcopos aliosque egenos optima fide distribuit. Ceterum multæ Moniales ex aliis Provinciis profugæ in hanc Urbem venerunt, easque in Monasteria misimus, quoquot locum invenire potuerunt, reliquæ extra Monasteria cum paupertate colluctantur. Hinc illud, quod de largitate vestra superfuit, misellis dandum esse credidimus, postquam cæcis, mutilatis, ceterisque infirmis suam Eleemosynæ partem contulimus. Militibus quoque sua stipendia fuere numerata; hinc gratias agentes conquerendi finem fecerunt. Verisimile est, Episcopos, hic pauperibus annumeratos, tales fuisse, qui a Longobardis ex Ecclesiis suis pulsi Romam confugiebant. De Monialibus autem S. Gregorius mentionem facit in alia quoque Epistola, data ad Theoctistam Imperatoris sororem, & regendis Liberorum ejus moribus præfectam, quæ duobus ante annis parem pecuniæ summam nempe triginta auri libras sibi miserat. *Gaudeo tui causa*, inquit Papa in illa Epistola, *sed mihi timeo, non solum Bonorum S. Petri, sed etiam tuorum aliquando rationem Deo redditurus. Crotona, urbe maritima, anno superiore capta, Longobardi multos homines nobili stemmate natos in captivitatem abstraxerunt, quo-* *V. epist. 13.*

Sæculum VI. A. C. 599.

quorum aliqui redempti fuerunt, plu-
res vero in eorum potestate relicti, quia
nimium est, quod exigunt, pretium. Me-
diam partem acceptæ a te pecuniæ statim
misi ad eos redimendos, & altera pars
stragulas empturus sum pro Monialibus,
quas perfrigida hujus hyemis tempesta-
multum affligit. Harum Monialium tri-
millia sunt, quibus per annum ex Bono
S. Petri libræ octoginta præbentur. Sed
quantillum istud est pro tanta multitudi-
ne, præsertim in hac Civitate, in qua o-
mnia care emenda sunt. Vitam vero du-
cunt adeo sanctam, ut piissimarum fem-
narum abstinentiæ & lacrymis in ora-
ptis referendum existimem, quod inter
Longobardorum gladios positi necdum
consumti simus. Hæc ad Theoctistam
Epistola Indictione quinta anno 597. da-
ta est.

§. XXV.

Consilia Theoctistæ & Gregorii data.

IX. ep. 39. Annis quatuor exinde elapsis S. Grego-
rius ad eandem Theoctistam dedit
Epistolam consolatoriam, cum relatum
ei fuisset, quod Theoctista aliquorum e-
rorum perperam accusaretur, & ipsa ide
circo vehementer affligeretur. *Ille, in-*
quit, *qui vitæ suæ testem habet in Cæl-*
judicia hominum in terra non timeat.
Bo-

Boni in hoc mundo cum improbis permixti vivere coguntur, & quia aliqui Bonos plus æquo laudant, Deus permittit, ut malorum calumniis intra humilitatis limites contineantur. Igitur quidquid de te dicant homines, noli dolere; sed quia facile efficere potes, ut obtrectatio cesset, puto, peccatum fore, si dissimulares. Scandalum Pharisaicum quorumdam, quibus nunquam satisfacere possumus, contemnendum est, quando autem sine peccato possumus alterius scandalum tollere, tenemur. Sæculum VI. A. C. 599.

Porro id jam tibi faciendum esse existimo. Spectatissimos illorum, qui de te conqueruntur, ad colloquium vocabis, Fidem tuam eis expones, & ipsis audientibus errores, quorum te insimulant, anathematizabis, & si credant, ut fertur, in Anathematismo tuo sinceritatem desiderari, etiam juramento confirmabis. Nec putes, istud satisfactionis genus infra Dignitatem tuam esse, cum omnes fratres simus, ab eodem Domino creati & redempti. Quamvis S. Petrus ligandi & solvendi, patrandique Miracula potestatem acceperit, Auctoritatem tamen suam non objecit exprobrantibus, quod in domum Cornelii intrasset, & non dixit, ovium non esse, Pastorem suum corrigere, sed submisse facti sui rationem reddendo eis satisfecit. Meminisse oportet, Summum

Sæculum VI. A.C. 599. Pontificem esse, qui in hunc modum lo-quitur. (*) Tum prosequitur: *Illo tem-*

pore

(*) Hier ist eine Anmerkung unsers Ueberset-zers, welche in ihrem vollen Innhalt also lautet: Der Abt *Fleury* hat hier ganz kurz abgebro-chen, ohne das hinzu zu setzen, was er etwa dabey noch in seinem Herzen gehabt, und das er nach aller Wahrheit hätte sagen kön-nen. Denn wenn die Päbste in den folgen-den Zeiten entweder hierinn *Gregorii* Sinn gehabt, oder nach seiner Vorschrift gehandelt hätten, so würden viele Aergerniße, und Spaltungen seyn verhütet worden. So aber ist der geistliche *Despotismus* das größte Un-glück für die Kirche, ja auch für die Römi-sche Kirche geworden. Man kann solches unter andern aus dem Streite wegen der *Constitution Unigenitus* erkennen, der nun so viele Jahre gedauret, so viel betrübte Wir-kungen nach sich gezogen, und vielleicht noch nach sich ziehen wird. Nicht gemeine Schrift- und Layen, sondern Hirten und Bischöffe ei-nes Königreiches haben den Pabst um Er-klärung und Befriedigung gebethen; es ist ihnen aber dieselbe versaget worden, und der Tag ist so nahe nicht, da sie erfolgen möchte.

Nun wenn diese Anmerkung aus der Feder eines Katholicken herkäme, könnte man einen gu-ten Verstand, und eine Folge daraus ziehen. Was soll sie aber in dem Munde eines Protestanten für einen Sinn haben? Wir wollen es sehen. Wenn die

pore, quo Constantinopoli versabar, aliqui accusati, quod hos errores foverent, ve-
L l 3 *nerunt*

Sæculum VI. A. C. 599.

die Päbste in den folgenden Zeiten eine solche Gesinnung gehabt hätten wie der heilige Gregorius, so würden viele Spaltungen seyn verhütet worden. Das kann seyn, mein Herr! Allein so wären seine Voreltern Er und seine Herren Glaubensbrüder in der Gemeinschaft mit den Römischen Päbsten, das ist, im protestantischen Verstande, mit dem Antichrist oder mit dem apocalyptischen Greuel verblieben; denn man muß wohl beobachten, daß der heilige Gregorius auch hier in dieser ganzen Stelle dem heiligen Petrus einen Obergewalt beyleget, wie auch daß aus dem ganzen Betragen und aus allen Schriften dieses heiligen Pabstes deutlich erhellet, er sey in seinem Herzen überzeuget gewesen, daß ihm als Nachfolger Petri auf dem Römischen Stuhle eine Jurisdiction über alle Kirchen der Christenheit zustünde, und folglich JEsus Christus in der allgemeinen Kirche zwar keinen Despotismum, sondern eine Hierarchia, welche unser Protestant in dem Vorurtheile seiner Erziehung als eine Erfindung des Ehrgeizes ansieht, verordnet habe. Ich will aber den Herrn Protestant an etwas erinneren, was nach einem geistlichen Despotismus schmäcket, nämlich an die Worte des Luthers, da solcher zu seiner Vertheidigung wegen des in der Bibel hinzugeflickten Wortes Sola geschrieben: Sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas. † Mit dem Streite wegen der Constitution Unigenitus darf sich der Herr Protestant nicht breit machen; denn die Päbste wolten

† *Tom. IV. Jenæ lat. fol. 29. & alibi sæpius.*

Sæculum VI. A. C. 599.

nerunt ad me; at coram Deo edico, nun-quam me istos errores in hominibus illis depre-

wolten nur darum keine Erklärung geben, weil solche die vorige Unruhe nicht gestillet, und vielleicht zu noch mehrer Weitläuftigkeiten Anlaß gegeben hätte, sonderlich da die Constitution schon von dem größeren Theile der Bischöffe eben desselben Königreiches angenommen war; und was damals nicht geschehen, haben wir in unsern Tagen erlebet. Nämlich, als die versammleten Bischöffe sich über die Verweigerung oder Reichung der heil. Sacramente an diejenigen, welche sich wider die Bulla Unigenitus widerspenstig erzeigen, nicht vereinigen konnten, so haben sie ihre verschiedene Meynungen mit Genehmhaltung des Allerchristlichsten Königs zur Päbstlichen Entscheidung nach Rom geschicket, worauf Benedictus XIV. mit einer Antwort oder einer den 16. Octob. 1756. datirten Bulla, in welcher gewiß kein Despotismus-Geist, sondern Sanftmuth, väterliche Liebe und Sorgfalt dem heiligsten Vater die Feder geführet, die Hirten der Französischen Kirche beruhiget hat.

Endlich, gesetzet, es hätten einige Päbste wider die Vorschrift des HErrn hochmüthig gehandlet oder geschrieben, so kann doch dieses der von JEsu Christo verordneten Hierarchia und der Jurisdiction des Römischen Stuhles so wenig schaden, als einstens dem Volke GOttes die Ungerechtigkeit der Hohenpriester in der Synagoge, von welchen Christus gesaget: † Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi &c.

† *Matth.* 23.

Wenn

deprehendisse. Idcirco aliorum sermones contemnebam, hos viros, cum venirent, familiariter recipiebam, & contra persecutores studiose defendebam. Sæculum VI. A. C. 599.

Matrimonium sub prætextu Religionis solvere dicebantur, tum etiam affirmare, quod Baptismus peccata non penitus deleat, &, si quis pœnitentiam tribus annis egisset, is deinde peccare posset, ut luberet. Denique etiamsi a quoquam errorum istorum aliquem anathematizare compellerentur, hoc anathematismo nullatenus adstringerentur. Epistola ad Theoctistam.

Si qui homines his opinionibus inhærent, res dubio vacat, Christianos non esse. Hos ego, & omnes Episcopi Catholici, & tota Ecclesia anathematizamus. Deinde S. Gregorius hos errores ex Scriptura solide refutat, & iterum dicit, se Constantinopoli inveniisse neminem, qui illos defendat, additque: *Nec credo aliquos ibi omnino existere, quippe nunquam meam fefellissent vigilantiam. Sed non* c. 4.

Wenn aber der gerechteste GOtt zugelassen, daß der Fall des Luthers die Trennung ganzer Königreiche nach sich gezogen, so ist solches zwar für die Römische Kirche als eine allgemeine Mutter der Christenheit der empfindlichste Schmerz; Allein der Schade und das Unglück betrift leyder diejenigen, welche sich von ihr aus unerforschlichem Verhängniß GOttes abgesöndert haben.

Sæculum VI. A. C. 599.

nulli Fideles, nimio zelo ferventes, Hæreses fingunt, dum innocentes, quos Hæreticos putant, persequuntur. (*) *Talium hominum infirmitati non nihil dandum, & cum nostra lenitate tum argumentis vincendi sunt.*

VI. epist. 22. S. Gregorius data anno 597. ad Gregoriam, Matronam Imperatrici a cubiculis, Epistola, inter alia hæc habet: *Decis, te non cessaturam, importune etiam urgere, donec tibi perscripserim, mihi Cælitus fuisse revelatum, remissa esse tua peccata. Scias velim, te a me petere rem perdifficilem, & tibi non utilem. Difficilem, inquam, ego enim indignus sum, cui secreta Cælestia revellentur, & tibi inutilem, quia non expedit tibi, securam esse, de reddenda ratione peccatorum tuorum usque ad vitæ tuæ exitum, ubi ea deflere non amplius poteris. Securitas ista Mater socordiæ. Nihil tibi magis proficuum, quam ut modico hujus vitæ tempore timeas, & sic ad æternæ lætitiæ securitatem pervenias.*

§. XXVI.

S. Theodorus Siceota Episcopatu se abdicat.

vit. ap. Boll. 22. Apr. c. 9. Sub idem ferme tempus S. Theodorus Sice-

(*) Nimii sunt quandoque Theologi, dum in æstu Disputationis alter alterum Hæresis absolutæ, vel saltem respective talis, incusant.

Siceota Constantinopolim evocatus est. Is cum annis decem Episcopatum tenuisset, executus est, quod diu ante sibi propositum fuerat, ut deponeret Ecclesiæ regendæ onus, quod invitus subierat. Cum jam tertio iter Jerosolymam suscepisset, in Laura S. Sabæ sedem figere volenti, S. Georgius per quietem apparens præcepit, ut in Patriam reverteretur. Sæculum VI. A. C. 599. c. 8.

S. aliquis Eremicola ex superiore Syria, nomine Antiochus, Constantinopoli rediens ad S. Theodorum divertit. Annum vitæ tunc agebat Antiochus centesimum, jamque annis sexaginta nec vinum bibebat, nec oleo utebatur, & annis triginta non comederat panem, sed tantum crudis oleribus, quæ sale & aceto condiebat, vescebatur. Is S. Theodoro quærenti, an non crederet, sibi expedire, ut relictis omnibus ad optatam solitudinem convolaret, suasit, ut sine mora opere impleret, quod tam diu meditabatur, cumque a Theodoro recessisset, bonus Senex migravit ad Dominum. S. Theodorus Muneris Episcopalis onera ægerrime ferebat, nec a dulcedine contemplandi res Divinas avelli poterat, ut negotiis sæcularibus vacaret. Ecclesiæ Fundos cuidam Civi, cui nomen Theodosius, locaverat, cumque Coloni ad ipsum veniissent, & querelas attuliissent, quod Theodosius eos pessime haberet, c. 9.

Sæculum VI. A.C. 599.

Vir Sanctus eundem corripuit, hortatus-
que est, ut Christianæ mansuetudinis me-
minisset. Ille admonitione contempta
cum Colonis multo quam ante ferocius
egit. Ergo ad seditionem concitati,
gladiis & fundis armati accurrunt, & ne-
cem ei illaturi videbantur, nisi celeri
fuga in Civitatem se recepisset. Hac
re ad S. Episcopum delata diem integrum
inter preces & lacrymas exegit, timens,
ne efferati homines in cædes prorum-
perent. Tum vocato ad se Theodosio,
prohibuit, ne unquam in illum locum
rediret. Is culpam in Episcopum rejice-
re, ipsius enim patientia Rusticos pe-
jores fieri. Tum convicia in eum effu-
tiit, & tandem sellæ, in qua acquiesce-
bat, pedem tanto impetu impegit, ut de-
jectus Episcopus in terra supinus jace-
ret. Clamabat etiam vir furiosus, se
duas auri libras exacturum, quibus in-
demnis præstaretur, cum locationis tem-
pus necdum effluxisset. S. Episcopus e
terra surrexit, & nullo iracundiæ mo-
turbatus juravit, se non amplius hujus
Ecclesiæ Episcopum futurum, sed ad suum
Monasterium rediturum. Paulo poste
sumto veneno, quod perditi homines
Viro Sancto propinaverant, semivivo de-
cumbenti Sancta Virgo, conspicua facta,
datis tribus granis pristinas vires reddi-
dit, & sceleris Auctores aperuit. Horum
nomi-

nomina ipse, quoad in vivis fuit, nemini manifestans Deum pro iis orabat. Item accusabatur, quod plus justo Monasterium suum amaret, eique conferret, quæ ad Ecclesiam pertinerent, cum tamen de solidis aureis trecentis sexaginta quinque, quos mensæ Episcopali impendere potuisset, tantum quadraginta acciperet, & reliquos Ecclesiæ suæ donaret. S. Theodorus præterea vehementer dolebat, quod Cives monitis & exhortationibus suis meliores non fierent, nec a via vitiorum abstrahi se sinerent, & insuper ipso absente Monachi sui in tantum teporem laberentur, ut e Monasteriis aufugere meditarentur. Sæculum VI. A. C. 599.

Tandem postquam diu orasset, & certus esse sibi videretur, quod Deo volente Episcopatum relinqueret, Clericis suis & Populo congregatis ait: *Scitis, Fratres mei! quod Dignitatem istam mihi invito contuleritis; quamvis enim me tanto oneri ferendo imparem palam profiterer, voluntati vestræ obtemperandum fuit. Undecimus jam annus agitur, ex quo ego vobis oneri sum, & vos mihi. Idcirco rogo vos, ut vobis alium Pastorem quæratis. Ego nolo vobis amplius præesse, sed ad Monasterium meum redibo, ibi tanquam pauper Monachus, quoad vivam, Deo serviturus.* His dictis, adlecto sibi viæ socio Joanne, Archidiacono sui Monaste- S. Theodorus Siceota.

Sæculum VI. A. C. 599.

nasterii, Ancyram se contulit, ubi Paulum Episcopum Metropolitam suum rogavit, ut sibi Successorem daret. Paulus, postquam acrioribus verbis diu disceptassent, tamen adduci non potuit, ut consentiret, sed inter ambos convenit, ut Cyriaci Patriarchæ Constantinopolitani arbitrium expectarent. Itaque S. Theodorus Imperatori, & Patriarchæ supplex factus est, ut sibi Successorem deligerent; & quamvis Paulus Ancyranus causas exposuisset, cur in ejus abdicationem consentire nollet, Cyriacus tamen ex Mandato Imperatoris respondit, ratam esse habendam Theodori Resignationem, ita tamen ut ob Virtutis claritatem ei Dignitatis Episcopalis Insignia non adimerentur. Id etiam executioni datum.

c. 10. Haud ita multo post tempore Mauritius Imperator, Cyriacus Patriarcha & Optimates Imperii datis litteris S. Virum rogarunt, ut Constantinopolim veniret, eisque benediceret. Brevi quidem tempore ibi moratus, insolita tamen edidit miracula, & inter alia unum de Imperatoris Liberis lepra infectum sanitati restituit. Exemptiones pro Monasteriis suis obtinuit singulares, nempe ut a Jurisdictione cujuscunque Episcopi exempta & soli Ecclesiæ Constantinopolitanæ subjecta essent. Istæ Exemptiones

nes Monachorum omnino notatu dignæ sunt, cujus rei exempla etiam in Africa occurrunt. Sæculum VI. A. C. 599.

§. XXVII.

Patriarchæ Antiocheni & Jerosolymitani.

Anastasius Patriarcha Antiochenus Naturæ concessit sub idem tempus, nempe sub finem anni 598. cum sedisset distinctis vicibus annis sexdecim, prima vice annis undecim ab anno 561. usque ad annum 572. quo ipse pulsus, & Gregorius in ejus Sedem intrusus, deinde annis quinque postquam anno 593. restitutus fuisset; unde sequitur hunc virum ad summam senectutem perveniſſe. Posteritati reliquit aliquot Epistolas & Sermones, quorum aliqui hodieque supersunt. Id vero attendendum, ne ipsius Scripta aut Persona confundantur cum S. Anastasio Sinaita Presbytero & Monacho, qui Anastasio Antiocheno annis viginti superstes fuit, aut cum Anastasio Antiocheno Successore ejus, qui, ut ab ipso discerneretur, dictus est junior, & Sedem annis novem tenuit. Ad hunc posteriorem S. Gregorius circiter mense Majo Indictione secunda anno 599. scribens dicit, Confessionem Fidei ejus sibi placere, & hortatur, ut in primis auspiciis Ecclesias sibi subjectas a Simoniæ labe,

Supra Lib. XXXIV. *n.* 10. *n.* 22. XXXV. *n.* 30.

V. Boll. 21. *Apr. p.* 850.

In Lib. XXXVII. *n.* 20. VI. *epist.* 48.

Sæculum VI. A. C. 599.

be, qua laborabant, purgando Potestatis Sacerdotalis experimentum caperet.

S. Gregorius similia scripsit ad Hesychium Patriarcham Jerosolymitanum *Amos* Successorem anno 601. Indictione quarta, ex qua epistola dispicitur, Simoniæ vitium in Oriente fuisse frequentissimum. In eadem epistola S. Gregorius Mauritium Imperatorem hoc Elogio exornat; *ipso regnante nullum Hæreticum mutire ausum.*

IX. *ep.* 40.

§. XXVIII.

Opera S. Eulogii Alexandrini.

Sanctus Eulogius Patriarcha Alexandrinus multis editis libris diversas Hæreticorum Sectas, quibus turbabatur Ecclesia ejus, exagitavit. Sex libris contra Novatianos scriptis, in quatuor prioribus, Hæresin eorum summatim oppugnabat. In libro quinto probabat, contra Doctrinam Novatianorum Alexandriæ versantium Martyres esse honorandos. In sexto refutabat librum fabulis plenum, cui titulus: *Novati Episcopi Certamen.* Scripsit Tractatum duobus libris ad defendendam S. Leonis Epistolam contra Timotheum & Severum, eumque Domitiano Episcopo Melitinæ inscripsit. De eadem Materia in alio libro egit, & Satyram composuit, in Gymnitas & Acephalos, in qua simulatam eorum

Phot. Bibl. Cod. 182. *p.* 411. *Cod.* 208 *p.* 517. *Cod.* 225. *p.* 779.

Cod. 216. *p.* 767. *Cod.* 227. *p.* 778.

eorum concordiam & fœdera, quæ ad tempus propriæ fidei proditores inierant, carpebat, atque, quam diversa sint ab illa Discretione, qua non nunquam vera Ecclesia sapientissime utitur, demonstrabat. Præterea hujus Discretionis Regulas exquisitas in hoc opusculo S. Eulogius tradebat. Et ut paucis dicam omnia, ad defendendum Concilium Calcedonense, S. Leonem, & S. Cyrillum, egregiam navaverat operam. Verum ex omnibus his S. Eulogii Operibus nihil aliud nobis supereſt, quam prolixa in Bibliotheca Photii fragmenta. Sæculum VI. A. C. 599. *Cod.* 230. *pag.* 831.

Nullos alios Hæreticos acrius suo calamo perstrinxit S. Eulogius, quam Agnoitas, JEsu Christo ignorantiam affingentes; quippe quibusdam locis Evangelii, ubi Christus tanquam aliqua ignorans loquitur, abutebantur. Cum hæc Scripta S. Gregorio Papæ misisset, is respondit: *omnia, quæ legi, admiratione digna sunt; nam Doctrina tua Doctrinæ Patrum Latinorum ita consentanea est, ut amplius non mirer, olim in diversitate linguarum eundem Spiritum S. locutum fuisse.* Tum approbat, quæ S. Eulogius respondet ad Textus ab Agnoitis adductos, videlicet JEsum Christum ficos quæsivisse, cum non esset tempus ficorum. Ipsum dicere, se nescire diem aut horam Judicii: Item dixisse ad Virginem Matrem VIII. *ep.* 41. *Marc.* 11. 13. 13. 32.

Sæculum VI. A. C. 599.

Matrem ſuam: *Quid mihi & tibi eſt? necdum venit hora mea.* Et de Lazaro mortuo: *ubi poſuiſtis eum?* ad iſta S. Gregorius ut plurimum S. Auguſtini Auctoritatem adducit, & ſubjungit: *ſatis liquet, neminem, niſi Neſtorianus ſit, Agnoitam eſſe poſſe.* His S. Papa oſtendit quantum Hæreſis iſta a ſana ratione abhorreret; nam Agnoitæ erant aliqua Secta Eutychianorum, qui cum Catholicos tanquam homines Neſtorii Hæreſi infectos proclamarent, ipſimet in eandem Hæreſim, quam tantopere execrari ſe dicebant, relabebantur. S. Gregorius deinde dicit, Anatolium Diaconum, Nuncium ſuum Conſtantinopoli aliam ſibi Quæſtionem propoſuiſſe, & in hunc modum interrogaſſe: *Quid reſpondebo, ſi mihi objiciant; ſicut JEſum Chriſtum, licet eſſet Immortalis, voluiſſe pro nobis mori, & licet eſſet æternus, tempore mortem jurari voluiſſe, ita etiam Sapientiam Dei voluiſſe ſuſcipere ignorantiam noſtram, ut nos ab ignorantia liberaret? ad hæc ipſe necdum Reſponſum dedi,* inquit S. Gregorius, *gravi morbo hucusque impeditus, ſed jam ope orationis veſtræ convaleſcere mihi videor. Ceterum ſcias etiam, me magna Interpretum penuria laborare; nam los habemus, qui ſenſum integrum reddere poſſint, ſed verba ſingulatim accepta explicant; unde non ſine maxima difficul-*

tate

tate verſiones ipſorum intelligere valemus. Hæc epiſtola Menſe Febr. Indictione tertia id eſt anno 600. data eſt. Sæculum VII A. C. 600.

§. XXIX.

S. Gregorius ægrotat.

In alia epiſtola eodem anno menſe Julio ad S. Eulogium data dicit: *Anni pro-* VIII. *ep.* 35.
pe duo effluxerunt, ex quo lecto affixus *Sup. n.* 27.
hæreo, podagra laborans, & tam vehementes pedum dolores patiens, ut in Feſtis vix ad horas tres ſurgere, & Miſſam celebrare valeam. Superius vidimus Miſſam ſecundum Ordinem Romanum fuiſſe admodum longam, & non nunquam omnia Officia Divina ſub hoc nomine fuiſſe comprehenſa. Tum S. Gregorius proſequitur: hac finita illico mihi repetendus eſt lectus ob vehementiam doloris, qui equidem nunc remittit, nunc acutiſſime me torquet, nunquam tamen penitus ceſſat, aut tantus eſt, ut necet. Exinde poſt menſes ſed ad Amicum ſuum VIII. *ep.* 118.
Venantium, qui relicto Inſtituto Mona- *Sup. L.* XXX
ſtico uxorem duxerat, & tunc etiam do- *n.* 20.
loribus podagricis vexabatur, ſcribens IX. *ep.* 25.
dicit: *Quid in his doloribus agendum nobis reſtat, niſi ut peccatorum noſtrorum reminiſcamur, & Gratias agamus Deo, quia affligendo purgat carnem iſtam, tot peccatorum cauſam? pœna præſens ſi nos emendat, eadem præcedentis culpæ finis*

Sæculum VII A.C. 601.

erit, secus vero, est pœnæ sequentis principium. Igitur summopere nobis cavendum est, ne ex uno supplicio in alia devolvamur. Perpendamus Clementiam Dei, minantis mortem, quam meremur, eamque differentis, ut Judiciorum suorum timorem salutarem incutiat. Quot Peccatores miseri criminum suorum cœno immersi usque ad mortem perseverarunt, & ne quidem levi capitis dolore admoniti, sed subito percussi, Inferni flammis traditi sunt? Ita S. Gregorius occasione morbi, quo tam ipse quam amicus ejus decumbebat, utitur, ut eum ad Pœnitentiam

IX. *ep.* 31. excitaret. Haud multo post tempore, sciens, eo usque vim morbi invaluisse, ut de ejus vita actum esset, datis ad Joannem Episcopum Syracusanum, ubi Venantius erat, litteris monet, & eum ad resumendam vestem Monasticam, saltem in ultimo vitæ articulo positum, exhortaretur, & irrevocabile Dei Judicium

IX. *ep.* 30. minitaretur. Simul etiam S. Gregorius duas Venantii filias Barbaram & Antoniam per epistolas consolabatur, & curas paterna fovebat.

Mense Februario ejusdem anni 601. de sua valetudine scribebat in hunc modum:

IX. *ep.* 27. *Multum jam temporis effluxit, ex quo de lecto surgere non possum. Jam enim podagra me torquet, jam ignis, nescio quis, non sine magno dolore per omnes ve-*

nas

nas graſſatur, ita ut animo dejiciar. Aliarum infirmitatum mearum tantus eſt numerus, ut iis omnibus recenſendis par non ſim. Paucis dicam; humoris maligni pernicies ita in omnes artus meos penetravit, ut vitam faſtidiam. Expecto, & cupio mori, tanquam unicum malis meis remedium. Rurſus ad nobilem fœminam, nomine Ruſticianam, pariter podagra afflictam ſcribens ait: *Timeo, ne nimiis doloribus ſuccumbat delicatum corpus tuum. Scis, qualis fuerim, & tamen cordis amaritudine, continuo mœrore, & acerbis podagræ doloribus ad eam tenuitatem redactus ſum, ut corpus meum ſicut cadaver in ſepulchro exſiccatum ſit. Vix unquam levari e lecto poſſum. Si igitur podagra corporis mei maſſam conſumere valuit, quæ tui jam corporis macies ſit, cum jam ante vix oſſibus hæſeris?* Hæc verba conjecturæ locum dant, S. Gregorio, dum bona valetudine fruebatur, magnum & validum corpus fuiſſe. Prius in hac epiſtola dixerat, ſe tunc, cum a Ruſticiana miſſus tabellarius adveniſſet, adeo defeciſſe, ut nulla vitæ ſpes ſupereſſet.

Sæculum VII A. C. 601.

IX. *ep.* 38.

§. XXX.

Monita Mariniano Ravennatenſi data.

Hæc diſpicimus ex epiſtola ipſius S. Gregorii ſub idem tempus ad Marinia-

IX. *ep.* 28.

Sæculum VII. A. C. 601.

rinianum Episcopum Ravennatensem data. *Cum non sine maximo meo mœrore ab aliis perceperim*, inquit, *quod sanguinis vomitu labores, jussi consuli Medicos, qui hic inter ceteros excellunt; quid de te sentiant, tibi scriptum transmitto. Omnes silentium & quietem tibi præscribunt, sed vereor, ut hæc servare possis, si in Ecclesia tua maneas; quare tibi suadeo, ut viris constitutis, qui Missas celebrent, negotia Diœcesis tractent, Hospites adventientes excipiant, & Monasteria regant, huc venias ante æstatem, ubi ipse ego, ut potuero, valetudinis tuæ curam geram. Quippe Medici affirmant, huic morbo tempus æstivum maxime nocere. Plurimum interest, ut integris viribus ad Ecclesiam tuam redeas, aut si aliter de te Deus decreverit, saltem inter amicorum manus obdormias. Ego vero, qui me morti proximum perbene novi, si me Deus te adhuc vivo ex ergastulo hujus corporis evocet, inter manus tuas expirare cupio. Si venias, paucos tecum habeas ministros, manas in Domo Episcopali apud me divertes, & auxilia necessaria hæc Ecclesia tibi suppeditabit. Ceterum non exhortor, sed diserte præcipio tibi, ut jejunare cesses, quia dicunt Medici, malum tuum inedia augeri. Nolo, ut sæpius in anno quam quies, videlicet in solemnioribus Festis jejunes. Etiam a Vigiliis absis; sed Be-*

nedi-

nedictionem Cerei & Evangelii expositionem, quam Episcopi in Paschate pronunciare solent, ab alio recitari jube. Hæc epistola mense Febr. anno 601. data est. Sæculum VII A. C. 601.

§. XXXI.

Constantius Mediolanensis obit.

Constantio Episcopo Mediolanensi anno superiore fatis functo, vehementer indoluit S. Gregorius; nam vir erat Disciplinæ Ecclesiasticæ tenax, & in Custodia Civitatis suæ vigilantissimus. Hæc de illo ad populum & Clericos Mediolanenses scribit, & subjungit, Electionem Diaconi Deusdedit sibi pergratam esse, addens: *sed tantum faciem ipsius & non mores novi, idcirco tam Dei honor, quam utilitas vestra postulat, ut sollicite examinetis, an in vita præterita hujus viri nulla culpa deprehendatur, ob quam juxta Canones repelli mereatur, præterea an Regimini, & Disciplinæ conservandæ idoneus sit. Si dignum judicatis, volumus, ut vi hujus epistolæ ordinetur.* VII. *ep.* 65.

Illud autem, quod vobis Agilulphus scripsit (erat is Rex Longobardorum) *non vos terreat; nunquam enim consentiemus, ut vir ab aliis quam a Catholicis & præsertim a Longobardis* (*) *electus*

(*) Ex his cognoscimus, necdum illo tempore totam Longobardorum Gentem Fidem JEsu Christi suscepisse.

Sæculum VII A. C. 601.

ordinetur, nempe hoc ipso indignus, qui S. Ambrosio succedat. Nec est, quod timeatis, nam Ecclesiæ Mediolanensis fundi, Deo sint Laudes! non in potestate inimicorum, sed in Sicilia & aliis Regionibus Imperio subditis positi sunt. Ne igitur vos moraremur, Pantaleonem Notarium nostrum misimus, qui nostro consensu, & pro more Deus dedit consecrari procuret.

IX. *ep.* 21.

§. XXXII.

Fortunati Neapolitani Obitus.

Ecclesia Neapolitana, Fortunato defuncto, sub idem tempus vacante, populus in Electione Successoris inter duos Diaconos Joannem & Petrum in partes abiit. Re ad S. Gregorium Papam perscripta, illis respondit: *Hæc voluntatum diversitas nec nova est, nec vituperanda; sed comperi, quod Joannes Diaconus filiam habeat adhuc parvulam; unde nec illum eligi, nec ipsum in Electionem consentire oportebat, cum necdum satis observanda Continentia probatus esset. De Petro Diacono ajunt, virum esse simplicem admodum; scitis vero Ecclesiam, ipsis præsertim temporibus, indigere Viro, qui non solum Saluti animarum, sed etiam securitati & commodis civilibus Gregis sui invigilet.* (*) Vult dicere, in occasi

Impe-

(*) Ex his Lector facile dispiciet originem & occasionem, qua multi Episcoporum sibi etiam Jura Principatus vindicarunt.

Imperii in Italia Episcopalis Officii fuisse, aliquam Regiminis sæcularis partem obire. Omnis conditionis homines ad repellendum Longobardorum jugum adhibebantur, & Monachi quoque excubias in muris Civitatis agere compellebantur. Quod ipse S. Gregorius refert. Tum de Petro Diacono subjungit: *Id quoque de hoc Diacono ad me retulerunt, quod datis pecuniis mutuis usuras acceperit. Rogo vos, ut in hujus rei veritatem accurate inquiratis, &, si fecerit, alium eligatis, nam Usurariis manus imponere non solemus. Si hæc accusatio falsa est, veniat, & Decretum Electionis afferat. Sed præter istum etiam alium nominate, qui ordinari possit, quia magno probro vestræ Ecclesiæ verteretur, si uno repulso nullum amplius Episcopatu dignum reperire esset.* Hæc epistola mense Aug. anno 600. Indictione tertia data.

Sæculum VII A. C. 601.

VII. *ep.* 75. VIII. *ep.* 40.

Quamvis S. Gregorius arbitraretur, tantam esse temporum illorum calamitatem, ut Episcopi rerum temporalium curam aliquatenus in se suscipere cogerentur, cujus rei exemplum ipsemet dabat, nihilominus eosdem in suis epistolis paterne exhortabatur, ne temporalibus causis se dederent. *Memineris*, inquiebat ad Januarium Calaritanum, *te non rerum temporalium, sed Animarum curam suscepisse. His regendis & ad sa-*

VII. *epist.* 3. *ind.* 11.

Sæculum VII A.C. 601.

lutem perducendis cogitationes cordis tui, ſollicitudinem tuam, & ſtudium omne impende. Rurſus in epiſtola ad Romanum Patrimonii in Sicilia Rectorem: *Dicunt, Baſilium Epiſcopum negotiis ſæcularibus occupari, ſicut Laicum, & Prætoriis inutilem operam præſtare.* Id eſt, ſecundum explicationem magis veriſimilem, ipſum Magiſtratui a Conſiliis fuiſſe. Tum S. Gregorius proſequitur: *cum manus iſtud tam Sacerdotio, quam ipſius Perſonæ probro ſit, compelles, ut intra dies quinque eo ſe abdicet.*

VIII. *ep.* 11.

Ambobus Diaconis Joanne & Petro ab Epiſcopatu excluſis, & Paſcaſio in Epiſcopum Neapolitanum ordinato, præcepit S. Gregorius, ut illius Eccleſiæ pecunia, ab Anteceſſore ejus Fortunato in Clericos & pauperes, ut oportuiſſet, non diſtributa, nempe aurei Solidi quadringenti, ſeponerentur, & in pauperes Clericosque erogarentur. Haud multo poſt tempore hujus diſtributionis rationem & modum Paſcaſio præſcriptum miſit, juſſitque, ut Anthemius Subdiaconus, Patrimonii in Campania Rector, diſtributioni adeſſet. Hæc epiſtola menſe circiter Februario anno 601. data eſt.

IX. *epiſt.* 29.

§. XXXIII.

Monachorum Privilegia.

Quinto Menſis Aprilis ſequentis, Indictione quarta S. Gregorius Papa Roma

Romæ celebravit Concilium, cui Episcopi viginti & unus, & Presbyteri sexdecim subscripserunt. Omnium primum occurrit Nomen Mariniani Ravennatensis; unde videmus, quod Papæ consilium secutus Romam venerit. In hoc Concilio S. Gregorius Constitutionem condidit Monachis faventem, quæ non tam nova Constitutio dici potest, quam Extensio Privilegii, ante triennium Monasterio Classensi concessi. Monasterium istud, haud procul Ravenna situm, SS. Joanni & Stephano sacrum tunc Claudius Abbas regebat. Ipsum Privilegium ad Marinianum Episcopum dirigitur, atque in eo dicitur, illud Monasterium sub ejus Antecessoribus multas vexationes tulisse. S. Gregorius vero in suo Concilio dixit, se non esse ignarum, cum ipse olim Monasteriis præfuisset, quam necessarium esset, illis tranquillitatem præstare, & addidit: *Itaque prohibemus Episcopis, ne Monasteriis quidquam de illorum Bonis, Fundis, Reditibus, aut Tabulis detrahant; si vero lites ortæ fuerint ob fundos, quos Episcopi ad Ecclesias suas pertinere crediderint, eligant Abbates aut alios Arbitros, timentes Deum, qui eas coram Sanctis Evangeliis cito componant. Ubi Abbas obierit, libero & unanimi Congregationis consensu & ex gremio Successor eligatur. Si nullus in Congregatione fuerit,*

Sæculum VII A. C. 601.

tom. 5. *Conc. p.* 1607.

VII. *ep.* 18. *ind.* 1.

Sæculum VII A. C. 601.

rit, par huic oneri ferendo, ex aliis Monasteriis Vir dignus evocetur. Electus sine fraude aut pretio ordinetur, & exinde de Regimen Monasterii alteri committi non possit, nisi secundum Canones, si Abbas gravioris culpæ se reum fecerit. Abbati invito nullus Monachorum suorum ad regenda alia Monasteria, vel, ut ordinetur Clericus, eripiatur. Si vero Monachorum numerus ad Officium Divinum peragendum, & servitia domestica obeunda plusquam sufficiens fuerit, Abbas ad Ministerium Ecclesiæ, quos dignos judicaverit, sponte offerre poterit. Qui ad Ecclesiasticum Ordinem transierit, in Monasterio remanere non possit. S. Gregorius etiam in aliis locis hanc distinctionem inter Statum Clericalem & Monasticum statuit. Episcopis permittit, ut ad Ministerium Ecclesiæ suæ Monachos in Presbyteros consentiente Abbate ordinent, sed prohibet, ne Monasteriis Abbates Clerici præficiantur. Vult, ut quilibet ex duobus Institutis Clericali & Monastico alterutrum eligat, *tam unius enim quam alterius*, inquit, *tanta ejus excellentia, ut nemo vel uni satisfacere valeat, & tantum abest, ut utriusque officia adimpleri possint, ut alterum alteri impedimento sit.* Et alibi: *Nemo simul Ministeriis Ecclesiasticis defungi, & Regulam Monasticam exacte servare potest.*

V. *epist.* 27.
III. *epist.* 11.
IV. *epist.* 1.

Ex

Ex his infertur, S. Gregorium nec se ipsum amplius, nec Augustinum, aliosque, qui ex claustris evocati Clericis adscripti fuerant, pro Monachis habuisse, quamvis adhucdum, quoad possent, Ritus Monasticos observarent. Sæculum VII A. C. 601.

S. Gregorius in Concilio Romano ulterius effatus est in hunc modum: *Prohibemus etiam Episcopo, ne Bonorum aut Documentorum Monasterii, etiamsi Abbas decesserit, commentarium conficiat; sed si necessarium fuerit, hunc Abbas cum Monachorum consensu conscribat. Prohibemus, ne Episcopus Missas publicas in Monasteriis celebret, unde populus & fœminæ occasionem habeant Monachorum cellas ingrediendi, quod animabus eorum non expedit. Episcopus Cathedram suam in Monasterio non erigat, aut constitutiones observandas, nisi ab Abbate rogatus, edat; Abbas enim semper Monachos sub sua potestate habeat. Volumus ut hoc Decretum imposterum ab Episcopis observetur, ne Monachi qualicunque tumultu, aut Clericorum, Sæculariumve vexationibus a Servitio Divino avertantur.* Cum S. Gregorius hæc fuisset elocutus, omnes Episcopi responderunt: *Monachis libertatem gratulamur, &, quæ Sanctitas tua modo decrevit, confirmamus.* Concilium istud tanquam primum exemplum Privilegiorum Monasteriis concessorum haberi potest.

§. XXXIV.

Sæculum VII
A.C. 601.

§. XXXIV.

Rescripta Monachis favent.

Sanctus Gregorius jam antea pro nata occasione similia Rescripta dederat.

IV. *ep.* 41. 43. Accepto Libello Luminosi Abbatis, Constorio Episcopo Ariminensi prohibuit, ne Missas publicas in Monasterio celebret, nec Bonorum illius Tabulas scribat, sed solum jus reliquit Abbatem a Congregatione electum ordinandi.

V. *epist.* 46. Felicem Episcopum Pisaurienſem increpat, quod insuperhabita prohibitione Papæ Antecessoris sui Missam Solemnem in Dedicatione cujusdam Monasterii celebrasset, & in eo Cathedram suam poni jussisset. Præcipit, ut illam tollat, & Presbyterum illo mittat, si Monachi velint, ut ibi Missa celebretur.

VI. *epist.* 12. Secundino Episcopo Tauromenienſi in Sicilia præcipit, ut ex quodam Monasterio Baptisterium auferat, & in loco fontium Altare erigat.

II. *epist.* 57. Fortunatum Episcopum Neapolitanum jubet Ecclesiam alicujus Monasterii consecrare, sed sine Missis publicis, & addita conditione, ne unquam in ea Baptisterium construeretur, & nullus ibi Presbyter Cardinalis esset; *quoties vero*, subjungit, *Monachi voluerint ibi Missam celebrari, petent a te, ut Presbyterum mittas.*

VIII. *ep.* 3.

III. *epist.* 18. Ministerium in Ecclesia S. Pancratii Romæ commissum fuerat quibusdam Pres-

Presbyteris, adeo Rem Divinam negligentibus, ut sæpe populus Die Dominica adveniens, Missæ interfuturus, cum nullus adesset Sacerdos, qui Sacris operaretur, inter murmurationes recederet. Ex his videmus, Romæ Missas in pluribus Ecclesiis fuisse celebratas. S. Gregorius pulsis illis Presbyteris socordibus, invexit Congregationem Monachorum, ea lege, ut Presbyter Sæcularis ibi serviret, qui Missam celebraret, in Monasterio habitaret, & aleretur. Legimus tamen etiam Monachos fuisse Sacerdotes; quippe S. Gregorius Victori Episcopo Panormitano præcipit, ut in Monasterio S. Hermetis illum ordinet Presbyterum, qui a Congregatione electus, & dignus fuerit; vult autem, ut ordinatus moneatur, non sibi ideo licere ex Monasterio egredi. Item Joannem Episcopum Urbis Veteris arguit, quod in quodam Monasterio Missam celebrari, & mortuos sepeliri prohiberet.

Sæculum VII A. C. 601.

Monasteria.

V. *epist.* 41.

I. *epist.* 12.

S. Gregorii Monachos protegentis intentio non fuit occasionem teporis dare. Solliciti sitis, inquit, *ad Officium Divinum. Orationi sine intermissione vacate, ne hominibus non tam quietem Monasticam quæsiviſse videamini, quam Episcopi Disciplinam effugere voluisse.* Præterea scribens Joanni Episcopo Scyllaceensi, cui Monasterium Castellense commen-

IV. *ep.* 41.

Sæculum VII. A. C. 601.

mendat, ait: *Monachorum moribus in-*
vigila, & si aliquem male vivere depre-
VII. *ep.* 53. *ind.* 1. *benderis, aut, quod absit, in peccatum*
pudendum lapsum, hunc secundum Regu-
læ rigorem corripe. (*) Econtra S. Pa-
VI. *ep.* 32. pa ægerrime ferebat, si Monachos fugi-
VII. *ep.* 36. *ind.* 2. tivos aut ab Abbatibus suis excommuni-
catos Episcopi tuerentur. Hac super re
ad Dominicum Episcopum Carthaginen-
sem, & Chrysantum Episcopum Spole-
VIII. *ep.* 39. tanum epistolas dedit. Voluit, ut ab-
IX. *ep.* 67. qua Monasteria bellis vastata, & ab in-
XI. *ep.* 4. colis derelicta, aliis, quæ salva perdu-
terant, jungerentur, ita ut Abbates in
Monasteria destructa Monachos mitte-
rent, qui ibi officium peragerent, idque
Episcoporum Jurisdictioni, si Monaste-
ria conjuncta in diversis Diœcesibus posi-
ta essent, non præjudicaret.

Plura alia sapienter constituta in Epi-
stolis S. Gregorii legimus. Januarium
IX. *epist.* 20. Episcopum Calaritanum laudat, quod
Monasterium virorum in Domo, Mona-
sterio fœminarum contigua, fundari pro-
hibuerit. Nihil antiquius habuit, quam
I. *epist.* 39. Monachorum fugitivorum & vagabun-
dorum licentiam coercere, nam sub ipso
Pontificatus sui initia Petro Subdiacono
Patrimonii in Sicilia Curatori, præcepit,
ut in

(*) Ergo S. Gregorii mens non fuit Monachos
Episcoporum Jurisdictioni, curæ, & Disciplinæ
penitus subtrahere.

ut in quoddam Monasterium Messanensis Civitatis colligeret Monachos ex Calabria, qui Barbarorum incursionibus expulsi, & per totam Siciliam dispersi, sine Disciplina & sine Præposito vagabantur. Anthemio Patrimoniorum in Calabria Curatori præcepit, ut Monachos ex uno Monasterio ad aliud transire prohiberet, sed eos in Monasteriis suis includeret addita pœna pro gravitate culpæ, & præsertim illos, qui nuptias inierant, quam rem vocat abominabilem, gravius puniret. Eandem curam S. Gregorius gerebat etiam ultimo sui Regiminis anno, dum Monachos duos, quorum alter uxorem acceperat, includi jussit. Cum Incolæ quarumdam Regionum in Italia, Barbarorum crudelitatem fugientes in Insulam Ophiariam, quam Monachi incolebant, se unacum mulieribus recepissent, S. Gregorius datis ad eundem Anthemium litteris districte præcepit, ut fœminæ ex Insula amandarentur, & quia Monachi in ejusmodi Insulis asperrimam vitam ducebant, prohibuit, ne adolescentes, qui necdum annum decimum octavum attigissent, susciperentur.

Sæculum VII
A. C. 601.
Monachi.
I. *epist.* 40.
XII. *epist.* 20.

S. Gregorius non permittebat Monachos solos ex Monasterio exire, nec aliquid proprium possidere. Utrumque ex epistola mense Febr. Indictione quinta anno 602. data videmus; quippe Claudio Abbate

X. *epist.* 22.

Sæculum VII A.C. 601.

Abbate Claſſenſi fatis functo Monachi aliquem ex ſua Congregatione, cui nomen Conſtantius, Abbatem ſibi dari petierunt. S. Gregorius reſpondit: *Exhorrui ad hujus viri nomen, quia ſcio, quod vitio Proprietatis delectetur, unde manifeſtum eſt, non eſſe bonum Monachum. Illud quoque ſcio, quod ſolus, nullo Fratrum comitante, ad aliquod Monaſterium Provinciæ Picenæ digredi auſus fuerit; qui autem ſine teſte vivit, malus eſt.* Tum ſevere inſtat, ut Proprietatis vitium ex illo Monaſterio extirpetur. *Si enim*, inquit, *vitium iſtud inter vos remaneat, nec concordia nec Charitas vigebit. Quid eſt vita Monachi, niſi Mundi contemptus? quomodo vero Mundum contemnere dicatur, ſi pecuniam amet?* A parentibus cujusdam Monachi, qui laborare non poterat, penſionem annuam exegit.

VII. *epiſt.* 1. *ind.* 2.

VII. *ep. ind.* 2.

Cum Monachi nihil proprium poſſiderent, teſtamentum condere Legibus prohibebantur; nihilominus S. Gregorius Probum Monaſterii ſui ad S. Andream Abbatem, convocato quinque Epiſcoporum & decem Presbyterorum Concilio Romæ 5. Octobr. anno 600. Indictione quarta celebrato, ab hac Regula eximit. In eo lectus eſt Probi Libellus, in quo dicebat: *Scitis, quod relicto aliquot abhinc annis Mundo reliquum vitæ tempus in cellula mea tranſigere ſtatuerim; hinc*

IX. *epiſt.* 22.

Teſte

Testamentum non condidi, cum non ignorarem, perinde esse, an filius meus vel ex Testamento, vel ab intestato mihi succederet. Una vero die obsequii causa cum ceteris ad vos veniens ingredi Monasterium, & Munus Abbatis suscipere jussus, & abrupta omni mora obedire compulsus sum, ita ut tempus de rebus meis decernendi mihi defuerit. Igitur jam supplex rogo, ut id mihi concedatis, ne filio meo, quem paupertas premit, obedientia patris noceat. Sæculum VII A. C. 601.

S. Gregorius dato signo, ut paululum exiret, donec super ejus postulatione deliberarent, ipsoque revocato dixit: *Omnia, quæ exposuisti, vera sunt; Abbatem te invitum constituimus, &, ne te promissi pœnitentia subire posset, existimavimus te extemplo dimittendum esse ad Monasterium, cujus ne quidem membrum eras. Idcirco liceat tibi de patrimonio tuo decernere illa libertate, qua gauderes, si nunquam Monachus fuisses.* I. *epist.* 67.

S. Gregorius, tam Abbatibus, quam Monachis omnem prætextum e Monasterio exeundi adempturus constituit, ut ad negotia Monasterii sæcularia curanda habeant Mandatarium Sæcularem, cui salarium dent, sicut æquitas postulaverit. Qui in peccatum impudicitiæ lapsus fuerat, Abbas eligi non debebat, & Abbates Episcopis subjectos esse oportebat. Eusebium Abbatem Maximianus Episco- II. *epist.* 24.

II. *ep.* 3. *ind.* II *ibid. epist.* 23.

XII. *epist.* 26.

Sæculum VII A. C. 601.

pus Syracusanus excommunicatum a S. Gregorio severe increpitus, quod id superante siniſtra animi affectione fecisset, ad suam Communionem denuo receperat; sed Eusebius oblatam pertinaci animo recusabat. Ei S. Gregorius scripsit in hunc modum: *Quamvis injuriam tibi fecerit, hanc nihilominus in Spiritu humilitatis ferre debuisses, non est magnæ virtutis indicium, Monachum humilem esse coram illo, qui ipsum honore prosequitur, hæc enim etiam hominibus sæcularibus communis est.* Post hanc objurgationem addit: *Petro Subdiacono in mandatis dedi, ut tibi centum Solidos aureos largiatur, rogoque, ut boni consulas.*

I. *epist.* 23. II. *epist.* 1. *ind.* 10.

S. Gregorio Monasteria egena juvare indeliciis erat, quando Disciplinam Monasticam in illis vigere constabat; imo etiam fundorum, quorum dominium ad Ecclesiam Romanam pertinebat, Usumfructum ad tempus concedebat. Volebat, ut Monachi lectioni se studiosissime dederent, & dicit: *Perpendite quam gravis peccati reatum incurratis, si Dei Præcepta discere negligitis, qui vobis ex aliorum Oblationibus alimenta largitur.* Inde cognoscimus, quod non profanorum, sed piorum librorum lectionem inculcet.

X. *epist.* 51. II. *ep.* 3. *ind.* 11.

Quod S. Papa Monachis, multo magis Monialibus prohibebat, ne temporalium negotiorum causa foris vagarentur.

Hinc

Hinc Januarium Calaritanum graviter arguit, quod Decretum non obſervaret ab Anteceſſoribus ſuis ſapienter conditum, ut aliqui exploratæ prudentiæ viri ex ordine Clericorum negotia Sanctimonialium gerenda in ſe ſuſciperent, ne illæ qualemcunque egrediendi cauſam poſſent obtendere. Et ſubjungit: *Si forte aliqua earum, ex priſtina licentia exeundi foras, in ſcelus lapſa fuerit, volumus ut compellatur ad agendam pœnitentiam, & detrudatur in fœminarum Monaſterium, ubi Regula majore rigore obſervatur.* In alia epiſtola comprehendi Monialem, quæ veſtem Monaſticam depoſuerat, & in Monaſterium jubet includi, unde amplius evadere non poſſet. Epiſcopum quoque illius loci, & Eccleſiæ Romanæ Defenſorem vehementer increpat, quod iſtud ſcandalum non averterint. Item prohibet, ne conſtituantur Abbatiſſæ juvenes, ſed mulieres ſexaginta annorum, ex illo Monaſterio, a Congregatione electæ, & ab Epiſcopo confirmatæ. (*) Hæc enim dicit in Epiſtola ad Reſpectam Monaſterii S. Caſſiani Maſſiliæ Abbatiſſam data, dum illius Mo-

Sæculum VII
A C. 601.

III. *epiſt.* 9.

VII. ep. 9.
10. *ind.* 1.

III. ep. 11.

VI. *epiſt.* 12.

(*) Das übrige bis auf den XXXV. Abſchnitt hat der Proteſtant ausgelaſſen. Man findet ſonſt unzählige Fehler, zum Exempel auf ſeiner 546. Seite noch in dieſem Buch. Reliquien anſtatt: Religion, und Agrippa die Tochter des Kayſers Auguſtus, anſtatt: der Tochtermann.

Sæculum VII A. C. 601.

nasterii Privilegia rata habet. Denique edicebat, non esse condenda Virginum Monasteria, nisi simul Reditus sufficientes conferrentur. Hæc in epistolis S. Gregorii ad Personas Religiosas utriusque sexus pertinentia inveni.

II. epist. 59. *ind.* 11.
VIII. ep. 6. *ind.* 1.
VIII. ep. 63.

§. XXXV.

Missio secunda in Angliam.

Laurentium Presbyterum a S. Augustino ante triennium ex Anglia Romam missum S. Gregorius anno 601. illo redire jussit additis Sociis, & plures Operarii in Vinea Domini laborarent. Inter hos viros præcipui fuere Mellitus, Justus, Paulinus, & Rufinianus, quibus Responsa ad Quæstiones Augustini, & multas alias epistolas, ad ipsum Augustinum duas, præter quindecim alias ad Episcopos Galliæ, Principesque commendatitias, ferendas commisit. Duæ ad S. Virgilium Arelatensem datæ sunt, & in altera S. Gregorius eum rogat, ut Augustinum benigne suscipiat, si ad eum venerit. Et addit: *Quia sæpissime fit, ut ad aures illorum, qui in ipsis locis degunt, Episcoporum Delicta citius perveniant, si Episcoporum aliorumve peccata compereris, ea diligentissime cum Augustino examina, & remedia efficacia adhibe.* Hæc epistola decimo Cal. Jul. Indictione quarta, id est, 22. Jun. anno 601. data

Sup. n. 1. *Beda* 1. *hist. c.* 29.

IX. epist. 49.

IX. epist. 63. *Bed.* 1. *hist. c.* 28.

S. Gre-

S. Gregorius datis ad Etherium Lugdunensem & Aregium Vapincensem litteris ambos sicut & Virgilium hortatur, ut Synodum adversus Simoniam congregent, rogatque, ut Monachis, quos miserat, faveant. In epistola ad Etherium addit: *Petis aliqua, quæ Prærogativam Ecclesiæ tuæ tangunt, sed omnibus Tabulis nostris lustratis nihil invenimus. Itaque litteras, quas te habere dicis, ad nos mitte, ut judicare possimus, quid tibi concedendum sit. Acta vero & Scripta S. Irenæi jam diu ante magna cura quæsivimus, sed hucusque nihil eorum inveniri potuit.* Inde apparet, nulla S. Irenæi Scripta vel Romæ vel Lugduni tunc temporis adfuisse. Cum Missionariis in Angliam ituris per urbem Viennam transeundum esset, S. Gregorius eis etiam ad Desiderium Episcopum litteras dedit, quibus eosdem commendat, & simul Episcopum severe reprehendit, quod Grammaticam doceret. *Quis ferat Episcopum,* dicit, *uno ore laudes Jovis & JEsu Christi pronunciare? horrendum est, Antistitem talia canere, quæ vel pium Laicum dedecent. Ideo in hujus rei veritatem sollicite inquiram, & si falsa esse, quæ fama de te attulit, rescivero, agam Deo Gratias.* Nempe docentibus Grammaticam Poetarum carmina explicanda erant non sine omni periculo Idololatriam

Sæculum VII
A.C. 601.
IX. *ep.* 50. 51.
S. Gregorii Epistolæ.
IX. *epist.* 48.

Sæculum VII A. C. 601.

laudandi. Verumtamen tanta humanarum litterarum averſatio non nihil conferebat ad invehendum ignorantiæ Regnum, cujus apud Romanos initium ad hæc tempora refertur. (*)

IX. *epiſt.* 52. Tandem etiam habebant Epiſtolam communem ad multos Galliarum Epiſcopos, ad quos Miſſionarii in via diverte re poterant, directam; nempe ad Mecnam Toloſanum, Serenum Maſſilienſem, Simplicium Pariſienſem, & Licinium Andegavenſem. In fronte Epiſtolæ etiam leguntur Nomina Lupi Catalaunenſis, Agilii ſeu potius Aigulphi Metenſis, Mellantii Rhotomagenſis; ſed ſunt, qui dicant, hos Epiſcopos anno 601. illas Sedes non tenuiſſe. Simplicius Pariſienſis Faramodio ſucceſſerat. Licinius Andegavenſis, ſub nomine S. *Leſin* Gallis magis notus, e Regia ſtirpe ortus, ſanguine Clotarium Regem contingebat, cujus Stabulis olim præfectus fuerat. Exinde Comes Andegavenſis creatus Mundum cœpit faſtidire, & Clericis adſcriptus tandem ejusdem Civitatis Epiſcopus ordinatus eſt. Is aliqua Miracula edidiſſe fertur. S. Gregorius in Epiſtola ad hos Epiſco

V. Coint. an. 601. *n.* 38.

Vit. ap. Boll. 13. *Febr. p.* 678. *tom.* 4.

(*) Hæc Fleurii Reflexio non ſatis appoſite videtur occurrere; nam Epiſcopum Grammaticen aut Poeſin docere plane non expedit, at non ſuſceptum Epiſcopatum poterat utique his Diſciplinis operam dediſſe.

Episcopos ait: *Tanta Anglorum multitudo ad Fidem convertitur, ut testante Fratre nostro Augustino viri illi, quos prædicationis Socios initio acceperat, in amplissima Regione non sufficiant. Hinc aliquot Monachos cum Laurentio Presbytero & Mellito Abbate ad eum mittimus, rogamusque, ut omnia Charitatis officia iisdem exhibeatis. Sic nihil erit, quod iter eorum impediat, vosque tam pii Operis, & meriti participes eritis.*

Sæculum VII A. C. 601.

§. XXXVI.

Epistolæ ad Principes.

Ad Reges quoque S. Gregorius epistolas dedit, videlicet Theodoricum Regem Burgundiæ, Theodebertum Fratrem ejus Regem Austrasiæ, & Brunechildem Aviam eorum. Item Clotarium Juniorem in Neustria regnantem, annis abhinc quatuor nempe anno 597. Fredegunda Matre orbatum. Epistolarum istarum ad Principes eadem est Summa. Hortatur, ut Synodum in Simoniacos congregari jubeant, gratias agit pro beneficiis Augustino præstitis, & rogat, ut eadem Clementia viros, quos ad eundem mittit, foveant. Duæ etiam epistolæ ad Brunechildem datæ sunt, in quibus S. Gregorius Reginæ fidem & amorem Religionis summis laudibus extollit; sed aliquo post tempore alia epistola ad

IX. *ep.* 54. 55.

IX. *ep.* 56.

IX. *epist.* 64.

Sæculum VII. A. C. 601.

eandem data hortatur, ut quosdam Episcopos corriperet, de quibus ad Pontificem perscriptum fuerat, tantam eorum vitæ esse licentiam, ut scandalum Fidelibus crearent. *Cum in illis*, inquit, *quorum esset his malis mederi, zelus Sacerdotalis desideretur* (nempe Metropolitis) *mihi scribe, ut tuo consensu viram mittam, qui in hæc peccata inquirat. Quando enim scandala removeri possunt, nihil dissimulandum, ne nos quoque aliorum criminum rei efficiamur. Igitur animam tuam salvare satage, & Nepotibus tuis consule, si cupis, ut feliciter regnent. Cura, ne crimina atrocia impunita maneant, priusquam Creator tuus ad percutiendum dexteram extendat.* S. Gregorius tristia fata præsagiisse videtur, quæ huic Reginæ, & generi ejus imprecabant.

Regi quoque Anglorum scribere S. Gregorius, & Reginæ Conjugi ejus, quam Adilbergam vocat, quamvis alii dicant Bertham, neutiquam omisit. In exordio epistolæ gratias agit, quod Augustino fuerit patrocinata. Tunc illam S. Helenæ comparat Constantini Matri, IX. *epist.* 57. *cujus operam*, inquit, *Deus adhibuit, ut Romani ad fidem Christianam amplectendum excitarentur.* Hortatur, ut Regem Conjugem in zelo Religionis confirmet, & sic reparet errorem admissum, dum eum

eum ad Converſionem impellere tamdiu diſtuliſſet. Tum excitat, ut omnes Subditos populos ad fidem adducere adlaboret, & ſubjungit: *Pietatis tuæ fama non Romam modo, ubi ardentiſſime pro incolumitate tua oratur, ſed etiam in diverſa loca & usque Conſtantinopolim pervaſit, quam Imperator non ignorat.* In epiſtola ad Regem Ethelbertum, quem Aldibertum nominat, hortatur Principem, ut Gratiam acceptam fideliter cuſtodiat, Fidem inter Subditos ſuos dilatet, Idolorum cultum aboleat, Templa deſtruat, bonos mores hortatu, blanditiis, minis, præcipue vero ſuo exemplo in Angliam invehat; eique Conſtantini Exemplum imitandum proponit. Suadet, ut ſemper Auguſtini Epiſcopi monita ſequatur, & tanquam amicorum optimum colat. Tandem nomine S. Petri mittit dona, quæ dicit eſſe parva, quamvis eſſent magnifica, ut videlicet animum Barbari Regis rerum ſenſibilium ſplendore demulceret. Epiſtola iſta eadem die, qua illa ad S. Virgilium Arelatenſem, nempe 22. Jun. anno 601. data eſt.

Sæculum VII
A.C. 601.

IX. *epiſt.* 60.

Bed. hiſt. c. 32

§. XXXVII.

Epiſtola ad Auguſtinum.

Tandem S. Gregorius S. Auguſtino ſcripſit duas epiſtolas, quarum poſterior

IX. *epiſt.* 58.

Sæculum VII. A. C. 601.

rior eadem die ac prior data est. In priore ad ipsum solum directa exordium ducit a Conversione Anglorum, quod opus ab ipso perfectum gratulatur. Tum addit: *In hac lætitia, Carissime Frater, etiam timendi causa adest; scio enim, quia Deus in illa Natione magna per te miracula operatus fuerit. Itaque meminerimus, Discipulis cum gaudio ad Divinum*

Luc. 10. 17. 29. *Magistrum suum dicentibus: Domine, etiam Dæmones in Nomine tuo subjiciuntur nobis, ipsum respondisse: nolite ideo gaudere, sed magis gaudete, quod Nomina vestra scripta sunt in Cælo. Omnium Electorum nomina ibi scripta sunt, quamvis non omnes patrent miracula. Verum Discipuli Veritatis non gaudeant Bono caduco & transeunte sibi solis concesso, sed Bono sibi aliisque communi, quo æternum gaudeant. Dum Deus opera tua utitur ad perficienda ea, quæ extra te sunt, Frater mi! te ipsum intus severe judicare, & quis sis, cognoscere debes. Si meministi, te aliquando Deum vel ore vel opere offendisse, has culpas nunquam non mente revolve, quo vanæ gloriæ stimulos reprimas, & cogita, hoc Miraculorum dimum non tui causa, sed illorum, quorum*

Num. 27. 12. *Saluti consulas, tibi datum esse, Moysi, maximo illi Dei Servo, post tot prodigia in Terram Promissam adventanti, Deus exprobravit peccatum ante annos triginta octo*

octo commissum, cum dubitasset, an posset ex rupe aquam elicere. Quanto magis igitur nos trepidemus, qui, an nomina nostra in Electorum Libro scripta sint, nescimus. Legisti, quid ipsa Veritas in Evangelio dicat, Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in Nomine tuo prophetavimus, & in Nomine tuo Dæmonia ejecimus, & in Nomine tuo Virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos. Hæc tibi scribo, ut humilieris; sed virtuti humilitatis fiducia in Deum juncta sit. Quamvis enim & ipse peccator sim, tamen habeo spem certam, omnia peccata tua tibi esse remittenda, cum te elegerit Deus, ut tuo Ministerio Remissionem peccatorum aliis procures, & causa sis, ut Cœlum super Conversione numerosissimi Populi gaudeat. Non alio melius testimonio quam tam gravi S. Gregorii admonitione Veritas Miraculorum ab Augustino (*) editorum comprobatur.

Sæculum VII A. C. 601.

Matth. 7. 22.

Altera

(*) In diesem Abschnitt hat unser Protestant die Worte: An posset ex rupe aquam elicere, in welchen das posse sich nicht auf GOtt, sondern auf den Moyses beziehet, auf seiner 526. Seite gegeben: Ob GOtt auch Wasser aus dem Felsen heraus bringen könnte. Nein, mein Uebersetzer! Moyses hat nicht gezweifelt, ob GOtt aus dem Felsen Wasser heraus bringen könne, sondern

Sæculum VII A. C. 601. XII. *epist.* 15.

Altera Epistola, & publica, de Sedibus Episcopalibus in Anglia agit. *Concedimus tibi*, inquit S. Gregorius, *usum Pallii, sed tantum in Missa, & ea conditione, si duodecim Episcopos tibi subjectos constitueris, ita ut Episcopus Londinensis futuris temporibus semper in propria sua Synodo consecretur, & Pallium a Sacra Sede accipiat. Eboracum mittes virum, Episcopum futurum, quem maxime idoneum judicaveris, addita etiam conditione, ut si Civitas illa & Regio adjacens Verbum Dei recipiant, duodecim Episcopos creet, & Metropolita sit. Huic Pallium daturi sumus, & volumus, ut tibi subditus sit; at si decesseris, illorum Episcoporum, quos ordinaverit, Primus, & Episcopo Londinensi nullatenus subjectus erit. Ex his duobus Episcopis ille præcedet, qui prior ordinatus fuerit, & ambo*

---

dern nur ob er einem so undankbaren Volke zu Lehe eines heraus bringen würde. Auf der folgenden Seite hat er die Worte: Miraculorum ab Augustino editorum, gegeben: Nichts erweiset die Wahrheit der Wunderwerke JEsu mehr als. Da will er den Fleury verbessern, und fürchtet, seine Leser hätten sonst geglaubet, der H. Augustinus habe diese Miracke allein gewirket, und Gott der Allmächtige nichts dabey zu thun gehabt. Allein diese Furcht unsers Protestantens rühret entweder von einer grossen Einfalt, oder von einer Heucheley her.

ambo communicatis consiliis Bonum Religionis promovere satagant. Præter Episcopos a te, & ab Eboracensi ordinatos statuimus, ut etiam omnes Britanniæ Episcopi tibi subjecti sint. Sæculum VII A. C. 601.

§. XXXVIII.

Responsa ad Quæstiones Augustini.

Sanctus Gregorius Papa præter has Epistolas amplum Commentarium misit, in quo respondet ad undecim Articulos difficiles ab Augustino sibi propositos. Hujus Commentarii Summa hæc est. Omnes Ecclesiæ Reditus in quatuor partes dividantur, atque una Episcopo & Domesticis ejus, ut advenientes hospites possit suscipere, altera Clericis, tertia pauperibus, quarta sartis tectis destinentur. *Te vero,* inquit, *qui vitæ Monasticæ assuevisti, non decet a Clericis tuis separatum degere, sed Ecclesiæ nascentis exordia reducere, & novæ Anglorum Ecclesiæ exemplum vitæ communis præbere.* *XII. epist.* 31. *Interr.* 1.

Clerici, Sacris Ordinibus non initiati, si continentiam servare nequeant, uxorem ducant, & extra Monasterium versantes stipendium accipiant, sicut de primitiva Ecclesia scriptum legimus; *Distribuebatur, prout cuique opus erat.* Sollicite autem curandum, ut vitam juxta Canones Ecclesiæ instituant, Psalmos can- *Interr.* 2. *Act.* 4. 35.

Sæculum VII A. C. 601.

cantent, & bonis Operibus exerceantur. Qui in Congregatione vivunt, non dividant partes recipiendis Hospitibus impendendas, aut pauperibus dandas, sed quodcunque, deductis expensis sustentationi necessariis, supereſt, in opera Pietatis collocetur. S. Gregorius hic tanquam rem certissimam habet, continentiam ab omnibus, qui in Sacris Ordinibus erant, fuisse servatam. Sic etiam Pelagius ipsius Anteceſſor, cum scires, Subdiaconis in Sicilia commercium cum uxoribus permitti, decrevit, ut hæc consuetudo tolleretur, quod S. Gregorius confirmavit scribens Leoni Episcopo Catanensi, & præcipiens, ut Subdiaconi secundum Sacræ Sedis usum ad servandam Continentiam compellerentur.

Greg. III. ep. 34.

Tum S. Gregorius prosequitur in hunc modum: *Cum in Ecclesia Anglorum solus Episcopus sis, aliter fieri nequaquam ut nullo assistente Episcopo alios ordines; si vero Episcopi ex Galliis advenerint, Ordinationi adsint tanquam testes. Episcopos in Anglia Civitatibus non valde ab invicem remotis dabis, ita ut, cum alii ordinandi fuerint, grave non sit tres quatuorve Episcopos convenire eo ferme ritu, quo in Sæculo conjugati vocantur ad celebrandas novorum Sponsorum nuptias, ut pluribus præsentibus lætitia augeatur.*

Iuterr. 8.

Epistola ad S. Augustinum.

Nullam

Sæculum VII
A. C. 601.

Nullam tibi Auctoritatem tribuimus in Galliarum Episcopos, sed salva sint jura Episcopi Arelatensis, quem a multo jam tempore Antecessores nostri Pastorali Pallio condecoravunt. Itaque, si fortasse aliquando in Galliam profectus fueris, & aliqua in ceteris Episcopis emendanda observaveris, ipsum monebis, &, si oscitantem deprehenderis, excitabis, ut officio suo satisfaciat. Dedimus ad eum litteras, & hortati sumus, ut si veneris, suam tuæ jungat operam. Tibi autem nulla in Episcopos Galliæ Jurisdictio competit, nec alio modo quam hortatu, & exemplo tuo eos redarguere tibi licet. Nam scriptum est in Lege: Si intraveris in segetem amici tui . . . falce non metes. At Episcopos Britanniæ tuæ subjicimus potestati. Ignorantes doce, infirmos robora, malos corrige. Hi erant Episcopi Britonum, veterum illius Insulæ Incolarum, jam diu Christianis Sacris imbutorum, sed quos ignorantia, & morum pravitas perdiderat.

Deut. 23. 25.

Cum Fides una sit, inquiebat Augustinus, *quare Consuetudines Ecclesiarum, exempli causa, Romanæ & Gallicarum in celebratione Missarum inveniuntur adeo diversæ?* S. Gregorius respondet: *Consuetudinem Ecclesiæ Romanæ, in qua enutritus es, novisti, sed suadeo tibi, ut, si aliqua meliora, & Deo magis accepta sive*

Interr. 3.

Sæculum VII A.C. 601.

sive in Ecclesiis Galliarum, sive in quadam alia inveneris, ea diligenter colligas in novam Anglorum Ecclesiam introducenda; non enim consuetudines propter locum, sed locus propter bonas consuetudines amandus est.

Inter. 4. *Qui rem ad Ecclesiam pertinentem furatus fuerit, pro conditione Personæ puniatur quidem, at semper Charitas paterna prævaleat, quæ delinquentem corrigere, & pœnis Inferni eripere intendit. Rem ablatam, sed nihil ultra, restituat, ne Ecclesia detractis miseri hominis spoliis ditescere velle videatur.* Hoc S. Gregorius ideo addit, ne raptores ad reddendum duplum aut quadruplum, quod *Ex. 22. 1.* Leges Romanorum, imo & Lex Divina, statuebant, adigerentur.

Inter. 5. 6. S. Gregorius circa gradus Consanguinitatis aut Affinitatis, qui Matrimonium impediunt, decernit, duos fratres posse duas sorores ducere. Parentis uxor, aut fratris non sine crimine ducitur. Leges Romanæ nuptias inter Consobrinos permittunt, sed has rejicit Lex *Inter. 7.* Ecclesiæ, hunc gradum esse secundum reputans, & Matrimonium in tertio & quarto gradu iniri permittit. Neophyti, qui ante suam conversionem Matrimonia illicita contraxerunt, monendi sunt, ut separentur, Divini Judicii metu injecto, non tamen a Communione Corporis

Impedimenta Matrimonii.

poris & Sanguinis Domini Noſtri priven- Sæculum VII
tur, ne ob rem, quam ex ignorantia fe- A. C. 601.
cerunt, puniri videantur; nam Eccleſia nonnunquam abuſus diſſimulat, ut deinde facilius tollantur. Illi vero, qui convertuntur, moneantur, ut ab illicitis Conjugiis abſtineant, & ſi legem ſcientes tamen labantur, Communione priventur.

Nihil obſtat, quo minus mulier gravida baptizari poſſit, cum fæcunditas ſit *Inter.* 10.
Donum Dei. Poteſt etiam baptizari ſtatim quamprimum partu levata eſt, & infans recens natus, ſi ſit periculum mortis. Nullum determinatur tempus, quo mulieri poſt partum Eccleſiam ingredi liceat, & quod in Lege antiqua legitur, *Lev.* 12.
in ſenſu Myſtico eſt accipiendum. Mariti ad uxores non ingrediantur, toto tempore, quo lactant. Matres vero prolem ſuam aliis fœminis lactandam non dent. Tum S. Gregorius quasdam Quæſtiones reſolvit de uſu Matrimonii, & quibusdam aliis rebus, quæ pro fragilitate humanæ Naturæ Chriſtianis utriusque ſexus accidere, & dubium creare poſſunt, an Eccleſiam ingredi, aut ad Communionem accedere liceat. In his naſcentem Eccleſiam Anglorum informare neceſſarium erat. *Inter.* 11.

Sæculum VII
A.C. 601.

§. XXXIX.

Liturgia Gallicana.

Inter. 3. Mavill. Liturg. Gall. c. 5.

Quæ Auguſtinus de diverſitate celebrandi Miſſam in Galliis & Roma dixit, occaſionem mihi præbent de Liturgia Gallicana pauca memorandi. Initio Antiphona, quam Introitum dicimus, ſicut in Eccleſia Romana, cantata fuiſſe creditur. Id vero certum, *Kyrie Eleiſon* fuiſſe recitatum. Tum Presbyter illud pronunciabat, quod Præfationem appellabant, id eſt, brevem exhortationem ad populum, ut Diem ſanctum ſancte transigeret. Inde legebatur Prophetia, aut recitabatur alia lectio Veteris Teſtamenti, & ſequebatur Pſalmus ſeu Reſponſorium, quod nobis Graduale eſt. Diacono ſilentium imperante Presbyter primam Orationem ſeu Collectam, ad cujus initium non nunquam genua flectebantur, recitabat. Subdiaconus legebat Epiſtolam, tumque Diaconus procedens cum Libro Evangelii, illud in Pulpito legebat. In Feſtis Sanctorum, Acta ipſorum ante has tres lectiones ex Scriptura legebantur. Quando oratio habebatur ad populum, id perlecto Evangelio fiebat. Finita prædicatione, exire jubebantur Excommunicati, Diaconus ex Sacriſtia Vaſa Sacra proferebat, & Fideles, viri fœminæque, panem & vinum

Conc. Vaſ. II. c. 3.

vinum offerebant. Cum deinde Presbyter tantum panis & vini, quantum opus erat, super Altare posuisset, ea contegebat palla, seu mappa bombycina, ejus magnitudinis, ut supra totum Altare extenderetur. Postea legebantur Diptycha, quæ Nomina Sanctorum, quorum Memoria per hoc Sacrificium colebatur, & illorum, tam vivorum, quam mortuorum, pro quibus offerebatur, continebant. (*) His lectis adjungebat Presbyter Collectam, quam idcirco Collectam post nomina appellabant. Deinde Fideles osculum pacis invicem sibi dabant, & Presbyter aliam Orationem, quæ vocabatur Collecta post pacem, recitabat. Sæculum VII A. C. 601. *Con. Matis.* II. c. 4.

Tum Presbyter illud pronunciabat, quod hodie Præfationem dicimus, & tunc temporis Contestatio, Illatio, aut Immolatio dicebatur. In ea brevibus verbis illius Diei Mysterium, vel vita cujusdam Sancti referebatur, eratque in singulis Missis alia, sicut etiam Orationes; at semper præmittebantur solemnia illa verba: *Sursum corda!* & reliqua, quæ omni tempore & in omnibus orbis Ecclesiis usitata invenimus, & claudebatur illis verbis: *Sanctus &c.* seu Trisagio, quod *Greg. II. Mir. S. Mart. c. 14.* *Conc. Vas.* II. c. 3.

(*) Hier wünschte ich eine Widerlegung unsers Protestanten die nur erträglich wäre.

Sæculum VII A. C. 601.

quod universus populus concinebat. Post *Sanctus*, & loco Canonis dicebatur Collecta seu Oratio brevissima, & in quælibet Missa alia, quæ Actioni Sacrificii seu Consecrationi, connectebatur illis verbis: *Qui pridie quam pateretur &c.* Consecrationem Calicis sequebatur oratio, dicta Collecta post Secretam, seu post Mysterium, quia Consecratio sub missa voce pronunciabatur. Postea decebatur alia Collecta & quasi Præfatio ad Orationem Dominicam, quam totus populus, Orientalium Christianorum more, cantabat, & recitata rursus alia Collecta, Diaconus dicebat: *Inclinate capita vestra, ut benedicatur vobis*, monente Episcopus Benedictionem sæpius impertiebatur, quem Ritum Episcopi nostri in Festis solemnibus hodieque servant. Sequebatur Communio, quam accepturi omnes, etiam fœminæ, ad Altare accedebant. Viris Evchariſtia (*) in manus dabatur, quam ipsimet ori admovebant. Diaco-

Missa in Gallia.

Greg. II. Mir. Mart. c. 30.

(*) Auf seiner 530. Seite hat der Protestant, nachdem er oben 2. oder 3. Zeilen ausgelassen hat, das Wort: Viris Evchariſtia in manus dabatur, gegeben: Den Männern gab man das geseegnete Brod. Und gleich darauf: Qui non Evchariſtiam, Eulogias tamen accipiebant: Diejenigen, so nicht mit *communicirten*, empfiengen das geseegnete Brod. Beydes heißet bey ihm das geseegnete Brod. Das erstemal ist es ein

Diaconi Communionem Calicis distribuebant, &, qui non Evchariſtiam, Eulogias tamen accipiebant, ſeu Panes benedictos, in Signum, quod Communione Eccleſiæ gauderent. Sæculum VII A. C. 601.

Mabil. litur. I. c. 5. n. 24. Greg. 10. hiſt. c. 8. Id. v. Hiſt. c. 14.

Hæc erat Liturgia Gallicana in ſexto Sæculo, & duobus ſequentibus; quod ex Teſtimonio Auctorum illius ætatis cognoſcimus, & majore certitudine ex antiquo Lectionario, anno 1685. Typis edito, item ex tribus antiquis Miſſalibus ſeu Sacramentariis, anno 1680. vulgatis. Antiphonarium autem deperditum necdum in lucem produci potuit. Inter illa, quæ Liturgiam Gallicanam a Romana diverſam faciunt, præcipua ſunt ſequentia; Prima Præfatio, Lectio Veteris Teſtamenti ante Epiſtolam, tres Collectæ poſt Nomina, poſt Pacem, & poſt Conſecrationem, brevitas Canonis, & ſolemnis Benedictio ante Communionem. Liturgiæ Gallicanæ Auctores extitiſſe creduntur S. Hilarius, qui præter Librum Hymnorum, etiam alium de Myſteriis ſcripſit. Muſeus Presbyter Maſſilienſis, qui jubente Epiſcopo Venerio ex Sacra Scriptura Lectiones pro Feſtis totius an-

v. Mabil. lit. G. I. c. 4. n. 5. Hier. Script. c. 100. Genn. illuſt. c. 79.

Verfälſchung, und das zweytemal iſt es auch im Lutheriſchen Sinn ein ſehr ungeſchickter Ausdruck, weil man eines von dem anderen nicht unterſcheiden kann.

Sæculum VII A. C. 601.

ni cum Responsoriis & Capitulis congruis excerpsit. Scripsit deinde Librum de Sacramentis, qui præter Preces, & Contestationes seu Præfationes etiam Psalmos pro varietate Lectionum cantandos complectebatur. Obiit sub Leone & Majoriano circa medium Sæculi quinti. Sidonius Missarum Librum composuit, cui Gregorius Turonensis Præfationem præposuit.

Greg. II. hist. c. 23.

§. XL.

De Missione in Angliam.

Sanctus Augustinus S. Gregorium rogaverat, ut Reliquias S. Sixti Martyris sibi mitteret, quippe in quodam loco dicebant, se habere hujus S. Martyris Corpus, qua de re S. Augustinus dubitabat. S. Gregorius transmissis Reliquiis, dicit: *Nisi Corpus istud, quod Populus Martyris esse credit, edito prodigio clarescat, & nisi veteres testatum faciant, sibi Martyrii ipsius historiam cognitam esse, arbitror, optime te facturum, si locum, in quo Corpus jacet, penitus obstruas, & Reliquias, quas a me expetiisti, in alium locum reponas, ne populus, relicta re certa, illud colat, quod incertum est.*

Post inter. 9.

Mellito & Sociis Roma profectis, atque adhuc in itinere constitutis S. Gregorius scripsit in hunc modum: *Ubi autem Fratrem nostrum Augustinum pervene-*

IX. epist. 71.

ritis,

ritis, dicetis meo nomine; mihi diu mul- Sæculum VII
tumque Rem Anglorum pensanti visum A. C. 601.
fuisse, Templa ipsorum non esse diruenda, sed tantum Idola, quæ insunt, dejicienda. Aqua benedicatur, Templis aspergatur, erigantur Altaria, & Reliquiæ immittantur. Nam si elegantis structuræ sunt Templa, abolito Dæmonum cultu jam veri Dei Servitio consecranda sunt, ut Gens ista, si videat limina, quibus adsuevit, conservari, lubentiore animo accedat, & quia maximum boum numerum sacrificare Dæmonibus solebant Angli, Festa solemnia, qualia sunt Dedicationis, aut Martyrum, instituenda sunt, & Reliquiæ deponendæ. Umbracula frondea prope Templa in Ecclesias mutata construantur, & Festa adornatis conviviis, si modo intra modestiæ leges sese contineant, celebrare liceat. Qui animalia Dæmoni immolare consueverant, jam ea occidant, comedant, & agant Gratias Deo, cujus Benignitati in acceptis referunt, quod his carnibus satientur, ut dum aliqua sensuum oblectamenta ipsis concedantur, facilius interna mentis gaudia capere valeant; fieri siquidem non potest, ut durioris ingenii homines mores suos subito mutent. Ad excelsa non uno saltu sed per gradus ascendendum.

S. Gregorius Mellito & Sociis ea omnia, quæ ad Ministerium Ecclesiarum *Beda* 1. *hist.* *c.* 29.

Sæculum VII A C. 601.

erant neceſſaria, Vaſa Sacra, Mappas, quibus Altaria teguntur, ornamenta Eccleſiarum, Indumenta Epiſcoporum & Clericorum, Apoſtolorum, Martyrumque Reliquias, & Libros plurimos in Angliam deferenda dederat; interim vero Auguſtinus, Cathedra Epiſcopali in Regni Cantii Metropoli, quæ tunc Dorvernia, hodie autem Cantuaria dicitur, erecta, protegente Rege, occupavit Eccleſiam, olim a Romanis ædificatam, eam Nomini S. Salvatoris dedicavit, ſibique & Succeſſoribus ſuis in Sedem elegit. Ita non omnia, quæ S. Gregorius decreverat, opere fuere adimpleta; non enim Epiſcopus Londinenſis, ſed Cantuarienſis, in illa Angliæ Regione, quæ Orientem ſpectat, Metropolitæ Dignitatem obtinuit. Monaſterium quoque ad Orientem Auguſtinus fundavit, haud procul a Cantuaria diſſitum, ubi ipſius precibus exoratus Ethelbertus Rex Eccleſiam SS. Apoſtolorum Petri & Pauli honoribus Sacram a fundamentis extruxit, & Regia munificentia locupletavit. In hac Eccleſia Auguſtini & Epiſcoporum Dorvernienſium Succeſſorum ejus, atque etiam Regum Cantii Sepulchra adornata. Non autem Auguſtino obtigit ſors, ut hanc Eccleſiam dedicaret, ſed Laurentio Succeſſori ejus. Primus illius Monaſterii Abbas fuit Petrus Presbyter, qui

ibid. c.33.

qui Laurentium in profectione Romana comitatus fuerat; sed & ipsa Sedes Cathedralis S. Augustini speciem Monasterii referebat, quippe cum suis Clericis, qui etiam Monachi erant, vitam communem degebat. Sæculum VII A. C. 601.

§. XLI.

Responsum Iberis datum.

Illo tempore, quo S. Gregorius Mellitum mittebat in Angliam, eum Quiricius Episcopus Iberiæ, quæ Provincia (*) Ponto Euxino contermina erat, nomine omnium Catholicorum illius Regionis consuluit, an Episcopi, populique, qui abjecta Hæresi Nestoriana ad Ecclesiam Catholicam redirent, baptizandi essent, aut sufficeret, Confessionem Fidei eorum recipere. S. Gregorius Quiricio respondit: *A Patribus nostris accepimus, illos, qui in Hæresi in Nomine Trinitatis baptizati fuerunt, ad Sinum Ecclesiæ Unctione Chrismatis, Impositione manuum, aut sola Fidei Professione recipi. Unde Ariani in Oriente Impositione manuum; in Occidente Unctione; Monophysitæ, aliique sola Fidei Professione recipiuntur.* Monophysitæ a Græcis dicebantur, qui unam tantum Naturam sicut Eutychiani in JEsu Christo confitebantur. S. Gregorius *IX. epist. 61.*

(*) Illi populi hodie Giorgiani dicuntur.

Sæculum VII A. C. 601.

gorius prosequitur: *At baptizantur illi Hæretici, qui in Nomine Trinitatis non fuerunt baptizati, quales sunt Bonosiani, qui JEsum Christum Deum esse non credunt, & Cataphryges, qui credunt, Montanum esse Spiritum Sanctum. Nec timendum, ne in iis iteretur Baptismus, quem nunquam acceperunt. Nestoriani in Nomine Sanctæ Trinitatis baptizati sunt, idcirco solum in vera Doctrina de Incarnatione erudiendi sunt, ut credant, eundem JEsum Christum esse Filium Dei, & Filium hominis, hanc Veritatem publice confiteantur, Nestorio & omnibus ipsius Sectatoribus Anathema dicant, & se Concilia, quæ recipiuntur ab Ecclesia, recipere promittant. Ita illos admittere non dubites; imo poterunt in Ecclesiis suis Ordinem, in quo sunt, retinere, ut hac spe facilius reducantur.*

§. XLII.

Res Africæ.

l. epist. 8.

Cum Diaconus ex Numidia quereretur, se ab Episcopo suo injuste depositum fuisse; S. Gregorius aliunde certior factus, depositum fuisse ob admissum Impudicitiæ crimen, datis litteris ad Columbum illius Provinciæ Episcopum, cujus fidem sibi perspectam habebat, dicit: *Si reus est, includatur, & pœnitentiam agat, si innocens, Ordini suo restituatur, &* Epis-

copus

copus ſevere puniatur. Hæc Epiſtola menſe Octobri Indictione quinta nempe anno 601. data eſt. Ex aliis S. Gregorii Epiſtolis diſpicimus, S. Pontificem arbitratum fuiſſe, ab antiqua Regula nec latum unguem eſſe diſcedendum, ſed Clericos in peccata carnis lapſos Munere ſuo eſſe privandos, & nunquam reſtituendos. Sæculum VII A.C. 602. *IV. ep.* 16. 17 *VII. epiſt.* 25 *ind.* 1.

Paulino (*) ejusdem Provinciæ Epiſcopo ad S. Gregorium delato, quod aliquos Clericorum ſuorum contumeliis, & verberibus affeciſſet, S. Papa, datis litteris ad Columbum & Victorem Numidiæ Primatem, eos exhortatur, ut re iſta in Synodo mature examinata Paulinum ſevere caſtigarent, ſi reus eſſet, & Victorem monet, ne Dignitatem ſuam a Paulino ſperni ferat. Tum ſubjungit: *Ad Hilarium Chartularium noſtrum mandata miſi, ut Judicio veſtro, ſi Cauſa poſcat, interſit.* Is veriſimiliter Patrimonii S. Petri in illa Provincia Rector erat. Epiſtolæ iſtæ eadem Indictione quinta ſed ſerius, & anno 602. datæ ſunt. *X. ep.* 32. 33.

S. Gregorius etiam Epiſcopis Provinciæ

(*) Inde colligimus, illud Africanorum Decretum, ne quis ultra mare, id eſt, ad Romanam Sedem appellet, aut nunquam fuiſſe obſervatum, aut brevi exoleviſſe.

Sæculum VII A.C. 602.

vinciæ Byzacenæ scripsit in hunc modum: *Laudabilis Virtus est Superioribus suis Reverentiam exhibere; sed peccatacorum dissimulare timor Dei probibet. Jam diu ante de Clementino Primate vestro talia ad me relata sunt, quæ summo dolore percepi. Variæ negotiorum turbæ, & præcipue hostium, quibus hic circumdamur, terror obstiterunt, quo minus in hac causa possem certiora perquirere; quia vero gravissimas accusationes dissimulare neutiquam licet, exhortamur vos, ut maxima cura & vigore Episcopali in hanc causam inquiratis; expedit enim, ut Frater Noster; si vere reus est, secundum Canones puniatur; si innocens, ab infami criminatione liberetur. Si quis vestrum in hac Causa negligentiæ & vecordiæ culpam admiserit, sciat, quod se ipsum coram Deo illorum scelerum reum faciat & participem.* Ita S. Gregorius Ecclesiarum Africæ curam Auctoritate Papali gerebat.

X. epist. 36.

§. XLIII.

Res Franciæ.

Brunechildis Regina, & Theodoricus Rex Nepos ejus, missis Romam Burgoaldo & Varmaricario Legatis, de aliis quibusdam Causis & cumprimis de Pace, quam cum Imperio Romano inire cupiebant, acturis, insuper quærebant, quid

quid ſtatuendum eſſet de Epiſcopo quo- Sæculum VII
dam, tam acutis capitis doloribus labo- A.C. 602.
rante, ut deliraret non nunquam, & *XI. epiſt. 8.*
Munere ſuo defungi non poſſet. Ad
hæc S. Gregorius Etherio Archiepiſcopo
Lugdunenſi, haud dubie illius Epiſcopi
Metropolitæ, ſcribens dicit: *Non licet* *XI. epiſt. 7.*
ordinare alium Epiſcopum in Sedem Epiſcopi viventis & nolentis, ſi non crimina obſtent, ſed morbus, quo minus Officiis Epiſcopi fungi valeat; ſed ſi per intervalla ſapiat, ipſemet dato Libello petat Succeſſorem ſibi eligi, & ſic Succeſſor ordinari poterit, addita conditione, ut Epiſcopo Seniori ex Reditibus ejusdem Eccleſiæ ſuſtentationem congruam præbeat. Si vero Epiſcopus ille nunquam amplius mentis compos fiat, eligatur vir fidelis & idoneus, qui curam animarum, Diſciplinæ, & Rerum temporalium Eccleſiæ gerat, & ſi Epiſcopo infirmo ſupervixerit, in ejus locum ordinabitur. Ordinationes autem Presbyterorum & Clericorum, ſi in illa Eccleſia neceſſitas poſtulet, ut aliqui ordinentur, tibi ſint reſervatæ. Ex his diſpicimus, quod Coadjutor, etiamſi ſuccedenti ſpem haberet, non tamen Epiſcopus fuerit ordinatus.

In fine Epiſtolæ ad Brunechildem da- *XI. epiſt. 8.*
tæ S. Gregorius dicit, quod Privilegia pro duobus Monaſteriis & Hoſpitio Auguſtoduni ab ipſa fundatis petita conceſſerit,

Sæculum VII cesserit, & subdit: *Ne illarum Civitatum*
A. C. 602. *Episcopi aliquando supprimant hæc De-*
creta, in quibus aliqua facere prohiben-
tur, ea Actis publicis inseri, atque in
Regiis Tabulariis, eo modo, quo in no-
stris reposita sunt, jubeas asservari. Hæc
Epistola mense Nov. Indictione sexta an-
no 602. data est. Sequuntur tria Pri-
vilegia, primum ad Senatorem, Pres-
X. epist. 10. byterum & Rectorem Hospitii, quod Sy-
grius Episcopus & Brunechildis Regina
Augustoduni fundaverant, & Monasterio
illi Hospitio contigui, Abbatem dirigi-
tur. S. Gregorius prohibet omnibus,
cujuscunque Dignitatis sint, etiam Re-
gibus & Episcopis, ne Reditus hujus
Hospitii diminuant, aut in alios usus
convertant. Abbate defuncto Rex cum
consensu Monachorum, sed gratis, Suc-
cessorem deliget. Abbas ab Episcopo
Augustodunensi deponi non possit, nisi
sex alii Episcopi Judicio interfuerint &
consenserint, & ipse, si Dignitatem Abba-
tialem simul conservare velit, Episcopus
non eligatur, ne bona Hospitii in usus
alienos vertat. Sequitur deinde com-
minatio privationis ab omni Dignitate
contra illos, qui huic Privilegio aliquid
detraxerint.

v. Mabill. 11.
Diplom. c. 9. Sunt, qui credant, hanc clausulam po-
steriore tempore fuisse additam, nam a-
liunde exploratissimum est, S. Gregorii
men-

mentem ab eo fuisse alienam, ut sibi Jurisdictionem in Potestates Sæculares usurparet. Aliis hæc Clausula nihil aliud nisi comminatio Judicii Divini etiam in tempore pertimescendi esse videtur. Sæculum VII A. C. 602.

Privilegium secundum Thessaliæ Abbatissæ Monasterii S. Mariæ, & tertium Lupponio ad S. Martinum Abbati inscriptum est, & duo posteriora sunt primo omnino similia.

§. XLIV.

Epistolæ S. Columbani de Paschate.

Sanctum Columbanum interea Luxovii degentem, & juxta Consuetudinem Hybernorum Pascha decima quarta Lunæ celebrantem, Episcopi Galliæ & Candidus Presbyter a Papa in Franciam missus arguebant; itaque data ad S. Gregorium Papam Epistola S. Columbanus Consuetudinem suam Anatolii Auctoritate nixus, quam S. Hieronymus approbaverat, liberrime defendit, & Victorii computationem cum contemptu rejicit. Rogat Papam, ut suam hac de re Sententiam sibi mittat, sed monet, quemcunque venturum, qui Auctoritati S. Hieronymi adversaretur, ab Ecclesiis Occidentis, id est, ut ipse solet loqui, Hyberniæ, tanquam Hæreticum rejectum iri.

ep. 5. to. 12. Bibl. PP. Lug. p. 31. Sup. l. VIII. §. 5.

Sup. XXVIII. §. 51.

Quærit

Sæculum VII A. C 602.

Quærit ex Papa, an communicandum sit cum Episcopis Simoniace ordinatis, aut cum illis, qui post susceptum Diaconatum contra Continentiam licet occulte peccarunt, & tandem quid de illis Monachis esset statuendum, qui majoris perfectionis desiderio invitis Abbatibus, & nulla habita votorum suorum ratione, Monasteria relinquunt, & in Deserta se recipiunt. Ex his videmus, præcipuum Monachorum votum fuisse stabilitatis, sicut secundum Regulam S. Benedicti. S. Columbanus his addit, se iturum fuisse, ut Pontificem viva voce consuleret, nisi infirma valetudo, & gregis sui cura prohibuisset. Dicit etiam, se in Lectione Libri ipsius Pastoralis summopere fuisse delectatum, petitque, ut sibi suos Commentarios in Ezechielem mittat.

Quamvis S. Columbanus S. Gregorio bis scripserit, ejus tamen Epistolæ Pontifici redditæ non fuerunt; sed sub idem tempus eadem de re ad aliquos Galliæ Episcopos ob istam Causam in Concilio congregatos litteras dedit. In illis gratias Deo agit, quod Episcopi ipsius causa ad Synodum coierint, & subjungit:

ep. 2. *Utinam frequentius congregaremini, & si temporum nostrorum turbæ non permittant vos secundum Canones semel bine in anno convenire, saltem toties, quoties potestis, conveniretis; sic enim infir-*

mi

mi confirmarentur, & Boni ad majorem fervorem excitarentur. Hortatur, ut intra limites humilitatis & manſuetudinis examinent, quænam de Die Paſchatis celebrandi melior eſſet Traditio, & circa ſummam Quæſtionis illos remittit ad Reſponſum ante annos tres a ſe iisdem datum, ad tres Epiſtolas a ſe ad Papam directas, & libellum inſcriptum Epiſcopo Arigio. Is Archiepiſcopus Lugdunenſis fuiſſe creditur. Tum ſubjungit: *Unum vos rogo, ut ignorantiam meam in pace & charitate toleretis, cumque hujus diverſitatis Auctor non ſim, liceat mihi in obſcuris his ſylvis ſilere, & apud oſſa ſeptendecim Fratrum noſtrorum hic mortuorum vitam ducere, qualem hactenus per annos duodecim duximus.* Ex his liquet, hanc Epiſtolam ſcriptam fuiſſe anno 602. cum Monaſterium Luxovienſe anno 590. fundatum ſit. Subjungit: *Majorum noſtrorum Conſuetudinem usque in finem retinere in votis eſt. Quid facietis miſeris Senibus & Advenis? An non Epiſcopos deceat nos potius fovere quam perſequi? ire ad vos non ſum auſus, ne forte coram vobis, quod Apoſtolus prohibet, diſputarem. Nam ſi Dei voluntas eſt, ut expellatis me ex iſta eremo, in quam ex remotiſſima Regione propter amorem JEſu Chriſti adveni, dicam cum Propheta: Si mei*

Sæculum VII A.C. 602.

Sup. XXXV. §. 9.

2. Tim. 2.

Jon. 1.

Sæculum VII A. C. 601.

mei causa tempestas ista exorta est, mitte me in mare, ut tranquillitas redeat.

§. XLV.

Mauritii fata. Phocas Imperator.

Cum Mauritius Imperator pactorum fidem temere fregisset, illatam ab Avarum Duce cladem passus, pacem denuo petere coactus est; at captivos redimere recusavit, quamvis initio Barbarus modicum pretium peteret, nempe in singulos milites aureum, deinde medium, & demum sextam partem, id est, obolos Atticos quatuor. Hac Mauritii avaritia Avarum Rex in furorem versus ad unum omnes interfici jussit. Tunc vero Imperatorem facti pœnitentia subiit, missisque ad præcipuas Ecclesias & Monasteria Libellis cum pecunia, cereis & thure, flagitavit, preces pro se ad Deum fundi, ut in hac potius vita quam in altera puniretur. Jam diu ante sordida avaritia Mauritius suorum odium in se concitaverat, hinc ultimo Regni sui anno, cum jussisset milites ultra Danubium hyberna agere, quo sumptibus parceret, & ipsi in hostico raptis viverent, seditione commota Phocam Centurionem Clypeo impositum Centurionum Exarchum proclamant, atque factione illorum militum, qui ab amictus colore virides dicebantur, ad eundem

Theophyl. Simoc. VII. hist. c. 15. Theophan. an. in. p. 235. Id. ann. 20. p. 239. 8.

Simoc. VIII c. 11.

Simoc. VIII c. 67. Theophan. p. 240.

def-

deficiente, Mauritius Imperatoriæ Dignitatis Insignia abjicere, navigio se committere, & intempesta nocte fugam capere compellitur, plebe Constantinopolitana contumelioſis cantionibus paulo antea potentissimum Principem insectante. At turbulenta tempestas Prenete, quod centum quinquaginta stadiis seu septem leucis a Civitate distabat, appellere coëgit. Interim Phocas usque ad *Hebdomon* pervenerat, ibique a Cyriaco Patriarcha in Ecclesia S. Joannis die Veneris 23. Nov. Indictione sexta anno 602. Imperator coronatus, tum Dominica sequente vigesimo quinto ejusdem mensis curru sublimis, & triumphanti similis Constantinopolim invectus est. Uxori quoque Leontiæ coronam imponi jussit, cohortibus militum, quibus ab amictu cæruleo nomen erat, adversantibus, & conclamantibus, necdum vita excessisse Mauritium; quod ubi Phocas audivit, misit, qui Mauritium insequerentur. Is ad S. Antonium haud procul Prenete cum uxore & octo liberis, quinque filiis, & tribus filiabus (nam natu maximus, cui nomen Theodosius, fugerat) comprehensus, cum quinque filiis prope Calcedonem jugulatur, atque ut acerbiore dolore cor paternum torqueretur, & nati ante parentis oculos perirent, prius pueri trucidantur. Cum

Sæculum VII A. C. 602.

Simoc. VIII. c. 10. *Chr. pasch.* p. 378.

Mauritius perimitur.

Sæculum VII A. C. 603.

bona Nutrix Regio Principi natu mi-
mo necdum ablactato vitam ſervatura
filium ſuum ſupponeret, obſiſtens Mau-
ritius propriam prolem percuſſoribus
prodidit, atque inter filiorum ſuorum
cædes exclamare auditus eſt: *Juſtus*
Pſal. 118. *Domine! & rectum Judicium tuum!* in
Chr. Paſch. occubuit Mauritius 27. Nov. anno 60
cum regnaſſet annis viginti & trib
menſibus. Cum eo Frater & alii prim
Sup. XXXIV. §. 48. Dignitatis viri necati. Corpora in ma
re projecta; at capita Conſtantinopoli
delata & in quodam loco prope portam
Simoc. c. 12. 13. Civitatis præfixa. Theodoſius Mauritii
filius quoque poſtea captus, & occiſus.
Eccleſia Sopatram Mauritii filiam, San-
ctarum numero adſcriptam, honorat;
Mart. Rom. 9. Nov. Damiana autem ejusdem Soror Jeroſo-
Prat. Spir. c. 127. lymam profecta, & Abbatiſſæ Munere
functa, cum quadam Nepte ſua ſanctiſ-
me vitam duxit.

Greg. XI. epiſt. c. 1. Phocæ & Leontiæ uxoris Imagini-
ſeptimo Cal. Maji eadem Indictione ſex-
ta id eſt 25. April. anno 603. Romam de-
latis, Clerus, Senatusque in Laterano
in Baſilica Julii more conſueto acclama-
vit: *Chriſte! exaudi nos! Vivat Pho-
cas Imperator, & Leontia Imperatrix!*
Imagines S. Gregorio jubente in Cu-
torium S. Cæſarii in Palatio depoſitæ fue-
runt, & menſe Junio ſequente S. Pap
datis ad Phocam Imperatorem litteris
Impe-

Imperii Romani coronam gratulatur, Sæculum VII
Deus, inquit, *ſupremus vitæ humanæ Ar-* A. C. 603.
biter quandoque unum hominem evehit, *II. epiſt. 38.*
ut plectat plurimos, quod in longa noſtra afflictione experti ſumus; quandoque, ut plurimis afflictis ſolamen ferat, alium, cujus Miſericordia omnium animos reficiat, ad ſummum Poteſtatis faſtigium evehit, quod futurum eſſe tua Pietate regnante ſperamus. Deinde hortatur Principem, ut omnia Regni præcedentis mala, teſtamenta inſtinctu aliorum, quos avaritia impellit, condita, Donationes extortas auferat, ut quisque Bonis ſuis & libertate in pace fruatur; *Quippe*, inquit, *ea inter Imperatores Romanorum, aliarumque Nationum Reges reperitur differentia, quod hi mancipiis, Tu vero liberis hominibus imperes.* Ex hac Epiſtola cernitur, quam parum Mauritii Regnum ipſi probaretur. Id rurſus ex Epiſtola ſequente apparet, nam, cum Phocas ſcripſiſſet, ſe mirari, quod Conſtantinopoli nullum Legatum a Pontifice *XI. epiſt. 45.*
miſſum inveniſſet, S. Gregorius reſpondit: *Id non negligentiæ noſtræ, ſed duræ neceſſitati adſcribendum. Nam omnes Eccleſiæ Noſtræ Miniſtri cum tremore ſuperbam Dominationem averſabantur, nec permoveri ullus poterat, ut Conſtantinopolim proficiſceretur in Arcem Cæſaream diverſurus.* Tum Imperatori Bo-

Sæculum VII. A. C. 603.

nifacium Diaconum, quem ad eum mittit, commendat, & auxilium efflictim rogat adversus Longobardos, *Qui nos*, inquit, *jam annis triginta quinque ultra, quam Oratione explicare possim, vexant.*

ep. 46. Scripsit quoque ad Leontiam Imperatricem, exhortans, ut S. Pulcheriam & S. Helenam imitaretur, & S. Petri Ecclesiæ tutelam susciperet. Tandem etiam ad Cyriacum Patriarcham dedit Epistolam, eique Bonifacium Diaconum commendavit, nec oblitus est exhortari, ut ambitiosum nomen Episcopi Oecumenici dimitteret.

§. XLVI.

Joannis Evorienſis Causa.

XII. ep. 2. Haud multo post tempore Alcyson Episcopus Corcyræ, quam hodie *Corfu* dicunt, querelas ad S. Gregorium detulit contra Joannem Episcopum Evorienſem in Epiro, qui e Sede sua ob Barbarorum incursus migrare coactus, ad urbem Cassiopem in Insula Corcyra confugerat, & Corpus S. Donati, quondam sub Theodosio Magno Episcopi Evoriensis, Miraculis clari, secum advexerat.

Sozo. VII. Postea autem eo non contentus, quod sibi tutum receptaculum fuisset concessum, Cassiopem Alcysonis Jurisdictioni subtrahere, & Auctoritatem Episcopalem exercere attentavit, Mandato ab Imperatore subreptitie impetrato, quo factum

ctum ſuum ratum habebatur. Quamvis vero Mandatum iſtud ſuo effectu caruerit, Alcyſon tamen querelas detulit ad Imperatorem, qui hanc Cauſam Andreæ Archiepiſcopo Nicopolitano, utriusque Metropolitæ, decidendam commiſit. Is, cognita Cauſa, ſoli Alcyſoni Jurisdictionem in Urbem Caſſiopem competere pronunciavit, quod Judicium S. Gregorius confirmavit, &, licet ingratus Joannis animus meritus fuiſſet, ut Caſſiope expelleretur, voluit, ut eum Alcyſon mitius haberet, Joannemque ibi manere permitteret, ea conditione, ut datis litteris injuſtæ poſtulationi renunciaret, &, ſi pax fuiſſet reducta, ad ſuam Eccleſiam reverteretur. Sæculum VII A. C. 603.

S. Gregorius per Epiſtolam Bonifacium Nuncium ſuum Conſtantinopoli hujus Cauſæ rationem edocuit, dicens: *Cum in hac Cauſa Imperatoris auribus falſa fuerint ſuggeſta, ſatius eſſe exiſtimavimus Sententiam noſtram non promulgare, ne ipſius Mandata contemnere (quod Deus avertat) videamur. Itaque hujus rei veritatem Principem edocebis, & efficies, ut Sententia noſtra in locum ipſum, conſentiente Imperatore, mittatur, &, ſi potes, ut etiam Mandatum illud exequendi addatur.* Tanta apud S. Gregorium Mandati Cæſarei etiam contra fas impetrati Reverentia notatu digna eſt. *XII. ep. 3.*

Sæculum VII A. C. 603. Hanc Epistolam mense Dec. Indictione septima anno 603. dedit.

§. XLVII.

Res Tergesti & Anconæ gestæ.

Firmini Episcopi Tergestensis in Istria Schisma relinquentis Epistolæ S. Gregorium maximo gaudio retecerunt. Huic rescribens exhortatur ad constantiam, & promittit auxilium. Stetit etiam promisso; nam Severus Episcopus Gradensis, Schismaticorum in Istria Caput, Firminum ad reditum sollicitare non omisit; cumque promissis virum permovere non posset, seditionem in eum excitavit. Igitur S. Gregorius hac super re Patricio Smaragdo Ravennæ Exarcho, Callinici Successori, scripsit in hunc modum: *Quia propior illis locis degis, melius edoceri potuisti, quanta Frater noster Firminus tulerit; hinc rogo te, ut missis ad Vicarios tuos in Istria mandatis Episcopo quietem præstes; quod si feceris, plures alii ad sequendum ejus exemplum allicientur.*

X. ep. 37.

XI. epist. 40.

XII. epist. 6. Ecclesia Anconitana vacante viri tres eligibiles nominati sunt, Florentinus Archidiaconus, Rusticus ejusdem Ecclesiæ Diaconus, & Florentius Diaconus Ravennæ. Hac super re S. Gregorius ad quemdam Episcopum scripsit: *Audivimus, Florentinum Archidiaconum S. Scripturam*

pturam intelligere, sed extrema senectute gravem esse, & adeo parcum tenacemque, ut nunquam amicus cum ipso pransurus in domum ejus pedem inferat; præterea eundem juramento coram Sanctis Evangeliis se obstrinxisse, nunquam Episcopatum accepturum. Rusticum Diaconum dicunt esse virum vigilem, sed Psalmos ignorare. Florentium scimus esse diligentissimum, sed mentis ejus interiora non perspeximus. Itaque Anconam cum Fratre nostro Armenio ejusdem Ecclesiæ Visitatore cito te conferas, & omnia exacte perquiras. Si Florentius eligitur, consensus ipsius Episcopus petatur, quem tamen vi Mandati nostri non det, ne invitus acquiescere videatur. Hic videmus, quanta S. Gregorii fuerit attentio, ne quemquam Fratrum suorum offenderet.

Sæculum VII A. C. 603.

§. XLVIII.

Res Hispaniæ.

Episcopis Hispaniæ duobus, Januario Malacano & Stephano alterius Ecclesiæ Episcopo, apud S. Gregorium querelam moventibus, quod vi & injuria Sedibus suis pulsi fuissent, in ipsa loca misit Joannem Defensorem, tanquam S. Sedis Delegatum utramque Causam judicaturum; dedit quoque Mandata, præscribens, quid agere deberet. In illis dicit: *Si nemo contra Januarium Episcopum cri-* XI. *ep.* 52.

Sæculum VII A. C. 603.

men probaverit, Sedi suæ restituatur, & qui contra ipsum ordinatus est, omni Ministerio Ecclesiæ privatus in ejus manus tradatur, quem carceri mancipet, vel huc ad nos mittat. Episcopi, qui ipsius Ordinationi adfuerunt, ad sex menses Communione Corporis & Sanguinis Domini Nostri priventur, & in Monasterio pœnitentiam agant; si vero in mortis periculum incidant, Viaticum eis non denegetur. Si dicant Episcopi, consensum suum ad hanc Dispositionem metu Potestatis Sæcularis fuisse extortum, de Pœnitentiæ tempore liquid dematur. Si ille, qui Sedem Januarii usurpavit, defunctus fuerit, & alius ei fuerit suffectus, minor est hujus culpa, quia mortuo successisse videtur. Talis in alia Ecclesia vacante eligi poterit, & a sola Sede Malacana ita excludetur, ut nullo tempore illam repetere possit. Comitiolus (is est ille Magistratus, contra quem mota fuerat Actio) *cogetur ad reparandum omne damnum, quod Januarius Episcopus ob vim sibi illatam passus est, & quantum illud fuerit, Episcopo juramento affirmanti fides adhibeatur.*

In Causa Stephani Episcopi inprimis attendendum, an Sententia secundum Canones fuerit pronunciata. An alii fuerint Testes, alii Accusatores, an præstito juramento, & Reo præsente accusationem protulerint, an acta fuerint scripta, an defensionis

fensionis locus & libertas data. Exami- Sæculum VII
nandum quoque, quinam sint Accusatores A. C. 603.
& Testes, qualis eorum vita, conditio, fama. An non sint homines ultimæ fæcis, aut aliunde Reo infensi, an audita referant, vel ea, quæ certo sciunt, an Sententia duabus Partibus præsentibus fuerit promulgata. Si de quibusdam Accusationis Articulis non fuit pronunciatum, attendendum est, an illi Articuli inter ceteros sint leviſſimi, vel graviſſimi. Reliqua sunt illis similia, quæ de Causa Januarii retulimus. At istæ Judicii Ecclesiastici Regulæ sunt omnino attentione digniſſimæ.

In altero Mandato Joanni Defensori XI. *ep.* 56.
tradito continebantur Excerpta ex multis Legibus, quibus ea, quæ Juris sunt circa præcipuos negotii ipsi commissi Articulos definiebantur; scilicet, Presbyterum a nemine nisi ab Episcopo suo judicari oportere, Episcopo vim inferre in Ecclesia sua esse crimen capitale & publicum, sicut crimen læsæ Majestatis; Episcopum invitum non posse in Judicium trahi coram Judice Laico, nec ab Episcopis alterius Provinciæ judicari. Deinde in illo Mandato hæc leguntur: *Si quis objiciat, quod Episcopus Stephanus nec Metropolitam nec Patriarcham habuerit, respondendum, ipsum, sicut petiit, a Sacra Sede, quæ omnium Ecclesiarum*

Caput

Sæculum VII A. C. 603.

Caput est, fuisse judicandum. His mandatis addita erat Sententia Januario Episcopo favens, qua innocens pronunciatur, & Episcopi, qui eum condemnaverant, cum Episcopo in ejus Sedem intruso secundum priora mandata damnantur. Hæc Acta inter epistolas anno 603. datas leguntur.

XI. *epist.* 55.

§. XLIX.

Reccaredi & S. Leandri obitus.

Tot mala in Ecclesiis Hispaniæ, & Episcoporum vilipensio originem traxisse videntur ex Seditionibus, quæ secutæ sunt decessum Regis Reccaredi; is enim Toleti anno Regni sui decimo quinto æra 639. idest, anno JEsu Christi 601. obierat, postquam in Pace & Gloria, reducto ad Religionem Catholicam Populo suo, regnasset, Princeps lenis & humanissimus, cujus vel solus aspectus etiam malos ad amorem invitabat. Ecclesiis & privatis fundos reddidit, quos Pater ejus usurpaverat, & Fisco addixerat, sæpe imperata populis tributa condonavit, ut ceteras largitiones & eleemosynas silentio prætereamus. Vitam sancte clausurus in Spiritu Pœnitentiæ Fidem publice professus est. Ita de eo loquitur S. Isidorus, qui S. Leandro Fratri suo in Sede Hispalensi novissime successerat. S. Leandri Memoriam Ecclesia 27. Febr. co-

Isid. Ch. Sup. XXXIV. *n.* 55

Id. illust. c. 28

Martyr. R. 7. *Febr.*

lit

lit. Reccaredo Regi ſucceſſit filius Liuba, adhuc quidem juvenis, ſed præclaram a Natura indolem nactus, ideoque ſpes unica Patriæ; verum, triſte fatum! annis duobus Regno potitum Vitericus rebellis de throno deturbat, manu dextra mutilat, & vita exuit annos natum viginti duos. Ita Vitericus Gothis in Hiſpania annis ſeptem ab æra 641. Anno JEſu Chriſti 603. regnavit. Sæculum VII A. C. 603.

Eodem anno Theodorici Regis octavo, quo Sol Eclipſin paſſus eſt, in Concilio Cabilloni ad Ararim celebrato Deſiderius Epiſcopus Viennenſis Aridio Epiſcopo Lugdunenſi & Brunechilde Regina inſtigantibus depoſitus eſt, & Domnolus in ejus locum ſuffectus. Deſiderium primum in quamdam Inſulam relegatum, cum inde rediiſſet, elapſis annis quatuor Theodoricus Rex lapidibus obrui juſſit ejusdem Aridii & Reginæ conſilio impulſus. Ita extinctus eſt Deſiderius 23. Maji anno 607. in Territorio Lugdunenſi in ripa amnis Chaloronæ, locusque adhuc hodie ab ejus nomine appellatur. Eccleſia ejus memoriam inter SS. Martyres colit, atque Sepulchrum multis prodigiis claruit.

Fred. Chr. c. 24.

Id. c. 32. Jon. vit. S. Col. c. 54.

Boll. tom. 16. p. 251. Mart. R. 23. Maji.

§. L.

Epiſtola ad Theodelindam.

In Italia interea inter Romanos, Longobardosque recruduerat bellum, & menſe

Sæculum VII. A. C. 603.

mense Nov. ejusdem anni 603. Inducias pacti fuerant usque ad primum Aprilis Indictionis octavæ, id est, annum 607. servandas. Haud multo post redditæ sunt Papæ Reginæ Theodelindæ litteræ, quibus Nativitatem & Baptismum filii sui Aldovaldi significabat. Hunc in Ecclesia S. Joannis Modeceni in Die Paschatis eodem anno 603. baptismo ablui, & a Secundino Abbate, cujus pietatem maxime colebat, e fontibus levari jusserat. Simul Pontifici misit quædam Abbatis Scripta de quinto Concilio, rogavitque, ut responderet. S. Gregorius datis litteris Reginæ gratulatus est, quod Regium Puerum, cui aliquando Longobardorum corona destinabatur, in Ecclesia Catholica baptizari curasset; excusat vero, quod Secundini Scriptis jam respondere non possit morbo impeditus, *adeo me torquet podagra*, inquit, *ut nec loqui valeam, prout Legati tui viderunt, qui advenientes invenerunt me ægrotum, & discedentes in magno vitæ periculo reliquerunt. Si Deus me sanitati restituerit, ad omnia, quæ mihi scripsit Secundinus Abbas, exacte respondebo. Interim mitto tibi Concilium tempore Justiniani Imperatoris celebratum, ut Secundinus illud perlegens eorum omnium, quæ contra S. Sedem & Ecclesiam Catholicam conficta audivit, falsitatem cognoscat. Avertat*

Paul. Diac. IV. hist. Long. c. 29.

XII. epist. 7.

tat Cælum, ut Hæretici cujuscunque opinionem recipiamus, aut ab Epistola S. Leonis & quatuor Conciliis vel latum unguem discedamus. Sæculum VII A. C. 604.

Aldovaldo Principi filio tuo in Xenium mitto Crucem cum particula Ligni ex vera Cruce, & Librum Evangelii in pixide Persica, Filiæ tuæ autem tres annulos, quæ rogo, ut eis manu tua tradas, sic enim plurimum pretii his donis accedet. Id etiam rogo, ut nomine meo Conjugi tuo gratias agas, quod Bono nostro Pacem inierit, atque, quod ante jam feciſti, Regem ad eam servandam permoveas. Hæc epistola mense Januario anno 604. Indictione septima data est, & reperitur inter Epistolas S. Gregorii ultima, cui dies appositus.

§. LI.

S. Gregorii Beatus Obitus.

Sanctus Gregorius tandem morbis & laboribus consumptus beato fine quievit 12. Mart. eodem anno 604. postquam sedisset annis tredecim, mensibus sex & decem diebus. Sepultus est in extrema parte porticus Basilicæ ad S. Petrum in aditu ad Aulam, in qua S. Leo, & quidam alii Pontifices sepulti. Novas Ecclesias non extruxit, sed antiquas multis expensis reparavit. In Ecclesia S. Petri Ciborium argenteum quatuor columnis *Jo. Diac. IV vit. c. 68.*

Sæculum VII A. C. 604.

nis nixum construi curavit. Tunc temporis Ciborium seu Fastigium dicebatur, quod hodie Umbellam, seu Cœlum pensile, quod Altare tegit & ornat, appellamus. Ejusmodi Ciborium S. Gregorius etiam in Ecclesiam S. Pauli posuit, & ad accendendos cereos & alendum lucernarum ignem ejusdem Ecclesiæ aliquot fundos haud procul inde sitos assignavit, unde dispicimus consuetudinem illius ætatis Ecclesias accensis facibus magnifice illustrandi. Hujus Donationis Instrumentum inter Epistolas S. Gregorii, rursusque in illius Ecclesiæ marmore scriptum addito die 25. Jan. anno 604. visitur. S. Gregorius duabus Ordinationibus semel in Quadragesima, tum Mense Sept. Presbyteros triginta novem, Diaconos quinque & Episcopos septuaginta quinque creavit.

XII. *epist.* 9. *inscr. inter ep. Greg.*

Ceterum nullus Summorum Pontificum plures Libros, quam S. Gregorius nobis reliquit, & tamen S. Viri Modestia offendebatur, quod videret, Scripta sua sese adhuc vivente maximi æstimari, cumque ei fuisset relatum, quod Marinianus Episcopus Ravennatensis Comentarios suos in Librum Job in Officio Nocturno publice legi præciperet, id apud

X. *epist.* 22. Nuncium suum querens dicit: *Opus istud non scripsi populo, & incipientibus magis nocere potest quam prodesse. Dic ei, me-*

liu

lius facturum, si Commentarios in Psal- Sæculum VII
mos, quia ad formandos mores Laicorum A. C. 604.
admodum idonei sunt, legi jusserit. Id sine dubio de S. Augustino accipiendum est, non enim scimus, S. Gregorium Psalmos explicasse. Claudius Abbas Classensis, cum S. Gregorium Proverbia, Cantica, Prophetas, Libros Regum & Heptaticum explicantem auscultasset, illius dicta litteris consignaverat; verum S. Gregorius deprehendit, quod sensum verborum suorum in multis locis mutasset; idcirco Claudio Abbate defuncto *ibid.* omnia illa Scripta auferri jussit. Non nulli Commentarium in Librum Regum, & in Cantica, quem inter opera S. Gregorii recensemus, Claudii Abbatis Opus esse existimant.

Opera autem S. Gregorii sunt Libri Morales in Job in quinque Partes divisi, Liber Pastoralis, Homiliæ viginti duæ in Ezechielem, Homiliæ quadraginta in Evangelia, Libri quatuor Dialogorum, S. Greg. Libri Epistolæ, numero 840. in duodecim Li- *Isid. Illust.* bros divisæ secundum quatuordecim In- *c. 27.* dictiones, nam Libri, secundus & septimus, singuli Indictiones duas complectuntur. In hunc modum Veteres S. Gregorii Opera recensent, nec apparet, quidquam de iis fuisse deperditum. Antiphonarium & Sacramentarium revera

Sæculum VII A. C. 604.

ipsius sunt; sed negari non potest, aliqua fuisse addita, sicut in ejusmodi operibus fieri amat. S. Gregorii Stylus rude illius Sæculi judicium sapit, atque ipse profitetur, quod artem bene dicendi vilipenderet, & indignum putaret Verbum Dei Grammaticæ Regulis alligare.

Ep. ad Lean. in Job. c. 5.

Jo. Diac. IV vit. c. 80.

Cum defuncti Corpore servata est lipsanotheca, quam collo dependentem gestitabat, Pallium, & Cingulum, atque ex istarum rerum aspectu liquebat posteris, quantum paupertatem, & vestimentorum vilitatem amaverit. Lipsanotheca, quæ Crux pectoralis fuisse creditur, ex lamina tenui argenti erat. In Monasterio S. Andreæ S. Gregorius se ipsum cum Patre suo Gordiano, & Matre Silvia in tabellas referri jusserat. Prope Nympheum, id est, illum Monasterii locum, quo fœminis licebat intrare, visebatur S. Petrus sedens & manu tenens Gordianum stantem, & super Dalmaticam Casula castanei coloris indutum. Erat Gordiano magna statura, vultus oblongus, & gravitate venerabilis, mediocris barba, capillitium densum. Exparte adversa conspiciebatur Silvia sedens. Tegebatur velamine candido, quod ab humero dextro descendens cooperiebat latus sinistrum, ubi manus sub pallio sustinebatur. Subtus habebat longam mi-

c. 83.

Parentum Imagines.

nus

nus nitidi candoris tunicam. Vultus erat orbicularis, & anilis quidem, sed in quo miræ pulchritudinis vestigia deprehendebantur. Caput ornabat Mitra muliebris, quam tænia alba obligabat. Duos digitos manus dexteræ extendebat, quasi signum Crucis formatura, & sinistra tenebat apertum Psalterium. In alio loco intra Monasterium S. Gregorius, ejusdem Artificis manu depictus, visebatur. Vir erat spectabili corporis habitu; vultus & lineamentorum æqualitate Patrem & Matrem referens. Barba mediocri, capillis subnigris & crispis, & lata Corona, parte anteriore calvus, nisi quod duo cincinni prominerent. Frons illi aperta, facies liberalis, & ex qua comitas elucebat, manus formosæ, vestis, sicut Parentis ejus, Casula coloris castanei super Dalmaticam; præterea vero Pallium Pastorale humeris impositum, & ad latus dependens. Sinistra Evangelium tenebat, dextera Signum Crucis formans. S. Gregorius eum in finem in suo Monasterio ita depingi voluerat, ut Monachi Imaginem ipsius intuentes ad fervorem Monasticæ Observantiæ excitarentur. Picturæ istæ adhucdum Ætate Joannis Diaconi, qui eas accurate describit, visebantur. Idem, Pictores supra S. Gregorii scribentis caput Spiritum Sanctum

Sæculum VII A.C. 604.

c. 841.

c. 70.

Sæculum VII A. C. 604. in ſpecie columbæ repræſentare ſolitos fuiſſe, teſtatum facit. (*)

§. LII.

Sabinianus & Bonifacius III. Papa.

Poſtquam Sacra Sedes menſes quinque & medium vacaſſet, Sabinianus primo

(*) Hæc prolixe & merito quidem Fleurius de S. Gregorio Magno, qui Monachorum Gloria & Summorum Pontificum Exemplar extitit. Illud vero neſcio an ridiculum magis vel obſtupeſcendum ſit, quod in S. Joannis Damaſceni orat. de Fidel. Defunctis legitur, ſi tamen hujus S. Patris genuinum opus eſt iſta oratio. *Prodeat in medium Gregorius Dialogus antiquioris Romæ Epiſcopus, Vir, ut omnes norunt, tum vitæ Sanctitate, tum eruditione clarus ac celebris; quem, cum Sacris operaretur, cæleſtem ac divinum Angelum Sacroſancti muneris Socium habuiſſe narrant; hic, cum pro peccatorum Trajani remiſſione oraſſet, vocem audivit: preces tuas exaudivi, ac Trajano ignoſco. Tu vero poſthac caveto, ne mihi pro impiis ſupplex ſis. Quodque iſtud verum ſit, atque ab omni calumnia alienum, Oriens totus atque Occidens teſtatur.* Hæc ille. Ad iſtud Cardinalis Baronius Anno 604. *Indecorum credere pro impia & impura anima oraſſe Gregorium, quæ nefanda fœdata libidine &c.* In S. Gregorii Epitaphio hi verſus leguntur:

Implebatque actu, quidquid Sermone docebat.
Anglos ad Chriſtum convertit mente benigna.

mo Sept. anno 604. Papa ordinatus, S. Sedem non ultra quinque menses & dies novendecim tenuit. Is Boni filius, in Hetruria natus, Constantinopoli apud Imperatorem Mauritium Nuncius fuerat. Ipso sedente, cum Roma dira fame vexaretur, Ecclesiæ horreum jussit aperiri, & frumentum populo venumdari. Triginta modii pro uno solido aureo dabantur. (*) Ordinavit Episcopos viginti sex in diversis locis, & quidquam ad Luminaria in Ecclesia S. Petri contulit, ubi 22. Febr. anno 605. sepultus est. Sacra Sedes vacavit uno ferme anno, tandemque 25. Febr. anno 606. Papa ordinatus est Bonifacius tertius qui Sedem tenuit mensibus octo & diebus viginti tribus usque ad diem Obitus sui duodecimum Nov. Natus erat Romæ Joannis Caraudiocii filius, & ipse Phoca Imperatore Constantinopoli Apocrisarius.

Sæculum VII
A. C. 605.
Anast.

Bonifacius Papa ab Imperatore Phoca obtinuit, ut Sacræ Sedis Romanæ Primatus adversus Patriarchæ Constantinopolitani molimina confirmaretur, idque accipitur de Nomine Patriarchæ Oecumenici, quem usurpare Phocas ipsum vetuit,

Anast. Paul. D. IV. h. c. 37.

(*) Hic vel error Typi est, vel halucinatus est Fleurius, nam in aliis Scriptoribus legitur, quod turpi quæstu modium unum pro triginta solidis vendiderit.

Sæculum VII. A. C. 605.

tuit, cum antea Mauritius Imperator eundem ſuperbum Titulum uſurpantem, S. Gregorio fruſtra obſiſtente, ſemper defendiſſet. Cyriacus tunc temporis Patriarcha Conſtantinopolitanus Phocam offenſum habebat, quod prohibuiſſet ei Majore Eccleſia rapi Conſtantinam Imperatricem & tres filias ejus, quæ, poſtquam earum conjuratio patuiſſet, illuc confugerant. Cyriacus eodem anno die Sabbati 29. Octobr. e vivis exceſſit, & ſequente die in Eccleſia SS. Apoſtolorum pro more ſepultus eſt. Poſtquam Sedes Conſtantinopolitana tribus prope menſibus vacaſſet, 23. Jan. Indictione decima, nempe anno 607. Patriarcha electus eſt Thomas Majoris Eccleſiæ Diaconus Sacellarius ſeu Theſaurarius Patriarchæ & Ordinationibus præfectus, qui annos tres & menſes duos ſedit.

Sup. Lib. XXXV. *n.* 39. *Tn. an.* 4. *Ph. p.* 246. *Chr. Paſch. p.* 381.

Anaſt.

Bonifacius Papa Concilium Romam in Eccleſia S. Petri convocavit, cui Epiſcopi ſeptuaginta duo, Presbyteri triginta quatuor, Diaconi & omnes Clerici Romani interfuerunt. In eo ſub Anathematis pœna prohibitum, ne quis Papa adhuc vivente, aut quocunque alio Epiſcopo, de Succeſſore mentionem facere auderet, ſed tertio poſt defuncti Epiſcopi exequias die Clerici & Fideles illius Eccleſiæ ad eligendum novum Epiſcopum convenirent. Papa Bonifacius Epiſco-

Episcopos viginti & unum in diversis lo- Sæculum VII
cis ordinavit, & eodem anno 606. mor- A. C. 606.
tuus, in Ecclesia S.Petri duodecimo Nov.
sepultus est. Exinde Sacra Sedes men-
ses decem & sex dies vacavit.

§. LIII.

Schisma Aquilejense.

Severo Patriarcha Aquilejensi fatis fun- *Paul. Diac.*
cto, Joannes Abbas in Civitate vete- IV. *h. c.* 30.
re Aquilejensi Agilulpho Longobardo-
rum Rege & Duce Gisulvo consentien-
tibus in ejus locum ordinatus est. At
interim etiam Romani Gradæ (†) alium (†) intellige
Patriarcham, cui nomen Candidianus, oppidum in
ordinarunt; nam ex quo Barbari in has Insula posi-
terras irruperant, Episcopi Aquilejenses tum. Alii di-
cunt Gradum
in parvam Insulam Gradam in mari Istriæ
sitam se receperant, ibique Sedem fixe-
rant. Itaque Joannes Patriarcha apud *Ep. ap. Bar.*
Agilulphum Regem hac super re quere- *an.* 605. *n.* 6.
las movit, dicens, Episcopos Istriæ Græ-
cis subditos Candidianum neutiquam li-
bere, sed vi adhibita ab Exarcho com-
pulsos elegisse, qui ex Grada Ravennam
abstractis fustes gladiosque ostendisset,
carceres & exilium minatus, ne quidem
loquendi libertate relicta. *Præterea*,
inquit, *Candidianus Episcopatu indignus*
est, cum sub Anathematis pœna coram Se-
vero Antecessore meo juramento se obstrin-

Sæculum VII A. C. 606.

xerit, nunquam se ad altiorem gradum ascensurum. Cura igitur, Rex! ut Fides Catholica te Regnante incrementum capiat, & postquam Candidianus decesserit, nulla amplius in Insula Gradensi Ordinatio fiat. Hæ preces effectu caruerunt, nam Candidiano defuncto Episcopi Romanis subjecti in Grada Epiphanium antea Notariorum Primicerium ordinarunt, atque exinde duo Patriarchæ Aquilejenses extiterunt. Cum certum sit, Romanos fuisse Catholicos, Joannes, qui de illis, tanquam Hæreticis loquitur, ipsemet fuisse Schismaticus & trium Capitulorum Defensor creditur.

Paul. ibid.

§. LIV.

Britones Schismatici.

Beda ll. *h. c.* 2

Veteribus Magnæ Britanniæ Incolis in Schismate perseverantibus, tum Festum Paschale die decimo quarto Lunæ, & plures alias Consuetudines Ecclesiæ Unitati contrarias observantibus, S. Augustinus Cantuariensis omnem industriam adhibebat, ut eos ad Ovile reduceret. Ethelberti Regis Auctoritate suffultus Episcopos & Magistros Britonum Provinciæ, quæ Regno ejus proxima erat, nempe Walliæ, (†) ad Collationem convocavit, quæ in Saxonum Britonumque confinio & loco, quem exinde Angli Augusti-

(†) Aliter Cambria.

guſtineizat, id eſt, *Auguſtini Robur*, appellarunt, habita eſt. Initium dicendi fecit, eos fraterne exhortando, ut ad Eccleſiæ Unitatem redirent, ſicque omnes unitis viribus ad prædicandam Infidelibus Fidem ſe accingerent, at, poſtquam diu multumque diſputatum, videns quod nec precibus, nec hortatibus, nec objurgationibus cederent, ſed conſuetudinem ſuam Eccleſiæ Univerſalis Traditioni præponerent, tandem dixit: *Oremus Deum, qui inhabitare facit unius moris in domo, ut nos editis ſignis cæleſtibus edoceat, quam Traditionem ſequi oporteat. Adducatur ægrotus, & illius, cujus precibus ſanatus fuerit, Fides tenenda credatur ab omnibus.* Cum Britones, quamvis ægre, conſentirent, adducitur in medium quidam Anglus cœcus, & prius Epiſcopis ipſorum ſanandus præſentatur, tum, quia illi miſerum juvare non poterant, Auguſtinus in genua ſe demittens oravit Deum, ut huic homini lumen reddendo multorum Fidelium corda illuſtraret. Illico vidit, qui cœcus fuerat, profitentibus omnibus, Auguſtinum Veritatem docere. Idipſum Britones confitebantur; ſed tamen dicebant, ſe antiquas ſuas Conſuetudines dimittere ſine Fratrum ſuorum conſenſu non poſſe, petebantque, ut alterum Concilium & amplius convocaretur.

Sæculum VI. A. C. 606.

Pſal. 67. 7.

Sæculum VI. A. C. 606.

Cum istud omnibus probaretur, præstituto tempore adfuere septem Britonum Episcopi multique viri Doctrinæ fama celebres ex Monasterio, *Bancor* dicto, cui tunc temporis Abbas Dinothus præerat. In eo Monasterio tantus fuit Monachorum numerus, ut necesse fuerit, illud dividere in septem Regiones; erantque in singulis saltem trecenti Monachi, omnesque de manuum suarum labore vivebant. Monasterium istud in Provincia Walliæ situm cum alio Monasterio ejusdem nominis *Bancor* in Hibernia & Provincia Ultonienſi posito confundi non debet.

V. Men. conc. reg. p. 337. & Mab. tom. 1. Act. p. 522.

Priusquam ad Concilium venirent, consuluerunt Anachoretam, de quo inter ipsos maxima erat Doctrinæ & Sanctitatis opinio. Ex eo itaque quærentibus, an Augustino morem gerere deberent, & Traditiones suas dimittere, respondit: *Si vir iste ex Deo est, sequimini eum.* Dixerunt: *Ex quo autem signo cognoscemus eum?* respondit Anachoreta: *dixit Dominus: tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Si Augustinus iste talis est, ipsum JEsu Christi jugum portare, & cupere credatis, ut & vos eidem jugo colla submittatis, si superbus est, liquet, eum a Deo non venire, nec, quid dicat, vobis curæ sit.* Dixerunt: *Quomodo vero humili-*

Matt. 11. 29.

militatis ejus experimentum capiemus? Sæculum VI.
Reſpondit: *Hac utimini induſtria: expe-* A. C. 606.
ctate, dum ipſe prior cum ſuis locum Concilii ingreſſus fuerit; ſi vobis deinde intrantibus aſſurrexerit, pro certo tenete, eſſe Servum JEſu Chriſti, & obedite ei, ſi ſe non moverit, quamvis plures numero ſitis, ſpernentem vos ſpernite. Ipſi Concilium ingreſſi Auguſtinum ſedentem conſpexerunt; mox, iracundia ardentes, virum eſſe ſuperbia inflatum ſecundum ſermones ſui Anachoretæ judicarunt, eique ex compoſito in omnibus obloqui cœperunt. Ipſe ad eos: *Quamvis plurimos Ritus uſui noſtro, qui Eccleſiæ Univerſalis eſt, teneatis, tamen contentus ero, ſi in tribus Articulis, quod ſuadeo, faciatis. Si Paſcha illo, quo decet, tempore celebretis, ſi Baptismum juxta Ritum Eccleſiæ Romanæ conferatis, & inita nobiscum Societate Verbum Dei Anglis prædicetis. Si hæc nobis detis, reliqua tolerabimus.* Reſponderunt Britones; conditiones ſibi nequaquam placere, nec eum unquam Archiepiſcopum ſuum recepturos, dicebantque alter ad alterum: *Cum hodie nobis venientibus aſſurgere noluerit, poſtquam ipſi ſubjecti fuerimus, ne quidem aſpectu dignabitur.* S. Auguſtinus dixit: *Pacem inire cum Fratribus veſtris reſpuitis, ideo bellum vobis erit cum inimicis, & Angli, nempe illi*

Sæculum VII A. C. 606.

illi ipsi vobis inferent necem, quibus viam vitæ & Salutis æternæ monstrare recusastis. Impletum est hoc vaticinium S. Augustino jam diu defuncto, quippe Edilfridus Anglorum Rex, cum valido exercitu in Civitatem Britonum Carleolum expeditione suscepta, magnas strages edidit. Primi omnium Episcopi & Monachi jugulati, qui devictorum vitam ab hoste deprecari audebant. Armatorum vero mille ducenti interfecti sunt.

§. LV.

S. Augustini Cantuariensis Obitus.

Bed. ll. h. c. 3. Augustinus Archiepiscopus anno 604. duos Episcopos Mellitum & Justum ordinaverat. Mellitum misit in Provinciam Saxonum Orientalium, quos Thamisis a Cantiis dividebat. Illius Provinciæ Caput erat Londinum, in quam Civitatem jam illa ætate mercatores terra marique frequentissimi confluebant. Cum Mellitus in illam Regionem Fidem rediexisset, Ethelbertus Rex Londini Ecclesiam S. Pauli Cathedralem, quæ hodieque stat, ædificavit. Justus in Provincia Cantiorum Episcopus fuit, habuitque Sedem in Civitate Roffensi, ad Occidentem, a Cantuaria viginti milliariis dissita, in qua Rex Ethelbertus ædificari jussit Ecclesiam S. Andreæ, atque has Ecclesias,

cleſias, eamque, quæ Dorverniæ vel Cantuariæ extructa fuerat, copioſis reditibus donavit. S. Auguſtinus veritus, ne Eccleſia nova perturbaretur, ſi vel breviſſimo tempore ſine Paſtore eſſet, credidit, rigori Canonum ſibi non eſſe inhærendum, & delectum ſibi in Succeſſorem Laurentium, hujus Miſſionis ab origine Socium, antequam e vita migraret, ordinavit Epiſcopum Cantuarienſem. Obiit deinde 26. Maji, quo die Eccleſia ejus Memoriam colit, anno, ut conjectura eſt 607. & ſepultus eſt Cantuariæ prope SS. Petri & Pauli Eccleſiam, tunc necdum perfectam; poſtquam autem dedicata fuit, Corpus ejus in Porticum, quæ Septentrionem ſpectat, translatum eſt, ubi etiam exinde Succeſſores ejus ſepulti. Beda S. Auguſtini Epitaphium refert in hæc verba: *Hic jacet Dominus Auguſtinus primus Archiepiſcopus Dorovernienſis, qui a Beato Gregorio Pontifice Romano miſſus, & Miraculorum operatione a Deo adjutus Regem Ethelbertum Populumque ejus ab Idolorum cultu ad JEſu Chriſti Fidem convertit, & poſtquam in Pace Miniſterii ſui tempus implevit, deceſſit ſeptimo Cal. Jun. eodem Rege regnante.*

Sæculum VII
A.C. 606.

c. 4.

c. 3.

Mart. R. 26. Maj. v. Mab. tom. 1. Act. p. 532.

§. LVI.

Sæculum VII
A. C. 607.

§. LVI.

Bonifacius IV. Papa.

Anast. Romæ, cum S. Sedes ultra decem menses vacassет, electus est Bonifacius IV. 18. Sept. anno 607. Patriam nactus erat Valeriam in Regione Marsorum Joannis Medici filius, & S. Sedem ultra sex annos tenuit. Is a Phoca Imperatore petiit Templum, *Pantheon* dictum, quod Diis omnibus esset Sacrum, quondam ab Agrippa Augusti Genero, cum tertio Consul esset, anno Romæ conditæ 735. ante JEsu Christi Nativitatem 25. ædificatum, & ab Imperatore Pertinace reparatum. Postquam igitur Bonifacius Papa illud a Phoca obtinuisset, non mutato ædificio Ecclesiam esse voluit, atque honori S. Virginis Mariæ & omnium Martyrum dedicavit. Hæc Ecclesia etiam hodie sub nomine: *Domina Nostra in Rotunda*, supereſt, & ab hac Dedicatione Festum omnium Sanctorum 1. Nov. quod antea dies Jejunii erat, originem trahit. Hoc Festum exinde Romæ semper observatum.

Inscr. Grut.

Isid. de Eccl. Off. c. 39.

S. Columbanus vel hujus Papæ vel Antecessoris ejus auxilium expetiit & Patrocinium contra Gallos, qui ipsum de Celebrationem Paschæ adhucdum perfequebantur. Missis ad Pontificem exemplis descriptis epistolarum illarum, quas ad

Sæculum VII A. C. 607.

ad S. Gregorium scriptæ, eidem redditæ non fuerant, rogabat, ut sibi liceret servare Majorum suorum Traditionem, si ea contra Fidem non pugnaret. *Vivimus*, inquit, *in nostra, ut ita dicam, patria, cum Gallorum istorum Ritus non recipiamus, & in eremo degentes nemini molesti simus. Volumus pacem & concordiam Ecclesiasticam conservare, sicut S. Polycarpus cum Aniceto Papa; & petimus, ut secundum Canones a centum quinquaginta Patribus in Concilio Constantinopolitano conditos, Ecclesiæ inter Barbaros positæ Leges suas servare sinantur.* Hic videmus S. Columbanum antiquitatum Ecclesiasticarum non ignarum fuisse.

Ep. 1. Col. t. 12. Bibl. PP. Lug. p. 24. Sup. l. III. n. 43. l. XVIII. n. 7. C. 2. Const.

§. LVII.

S. Columbanus persecutionem patitur.

Theodoricus Burgundiæ Rex S. Columbanum, cujus Monasteria in suo Regno erant, maxima veneratione prosequebatur, Senem sæpe invisebat, & ipsius se precibus demisse commendabat; cumque Vir Sanctus Principem objurgaret, quod Concubinas aleret, & non potius duceret uxorem Regiam, ex qua prolem legitimam susciperet, his argumentis permotus promisit, se pudendæ vivendi licentiæ renunciaturum. At vero Brunechildis, verita, ne, si Regina induceretur,

Jon. vit. S. Col. c. 31. t. 2. Act. Ben. p. 17

Sæculum VII A.C 607.

retur, ipsa privaretur Auctoritate, qua in Regem nepotem valebat, in S. Abbatem talia suadentem immane odium concepit. Quadam die S. Columbano in alio quo loco (†) inter Cabillonum & Augustodunum sito Brunechildem invisente, illa Theodorici Liberos ex Pellicibus natos accersit, quatuor enim habebat. S. Columbanus interrogat, qui essent. Respondet Brunechildis: *Sunt Regis Liberi, benedictionem tuam eis impertire.* Vir Sanctus dixit: *Sunt vetitæ libidinis fructus, non succedent in Regno.* Brunechildis hac Sancti libertate pejus irritata misit, qui vicinis Monasterio hominibus prohiberent, ne quemquam Monachorum exire permitterent, iisque nec refugium, nec ullum auxilii genus concederent; jam etiam antea S. Columbanus Reginam offensam habebat, quia eam Monasterium intrare volentem non admiserat; nec id mirum, nam non fœminas modo, sed etiam omnes Sæculares arcebat. Nihilominus S. Vir fœminam mitigaturus Epesiam, arcem inter Semurium & Montemregium sitam, ubi ea cum Rege Nepote tunc versabatur, profectus est. Illuc pervenit sole occidente, edixitque, nolle se ad Regiam devertere. At Rex timens, ne iram Dei in se provocaret, jussit omnia, quæ ad cœnam erant necessaria, Regio cultu pa-

(†) Bourcheresse.

Vit. S. Agili tom. 2. Act.

rari,

rari, & ad S. Viri hospitium mitti. S. Columbanus videns exquisitas epulas inferri, quæsivit, quid hoc esset. Respondent: *Hæc tibi Rex misit.* Ille rejectis cibis dixit: *Scriptum est: Victimæ impiorum abominabiles Domino!* Os Servorum Dei non polluatur cibis illius, qui eos non solum ab aditu suæ Domus, sed etiam aliorum removet. S. Viro hæc verba proferente, vasa in frusta dissiliunt, vinum & cerevisia in terram funduntur, disperguntur epulæ. Ministri viso portento pavidi rem ad Regem deferunt, qui die postero cum Regina Avia sua S. Abbatis Diversorium adiit, veniam petens, & promittens pœnitentiam; cum vero postmodum promissa non præstarent, datis ad Regem litteris lasciviam exprobrat, minaturque Excommunicationem, nisi pristinæ vitæ probrum auferret. Tunc vero Brunechildis collecta a longo tempore ira exardens Regem denuo in Sanctum Virum excitavit, coëgit Optimates, imo & Episcopos vindictæ cupiditati, qua flagrabat, servire, & qualemcunque demum errorem in ipsius Regula vituperare. Fortasse Episcopos ob disceptationem de celebrando Paschate S. Columbano jam prius infensos habuit. Igitur Rex Luxovium delatus quereba-

Sæculum VII
A. C. 609.

Prov. 15. 8.

Sup. n. 43.

tur, quod Columbanus a consuetudine aliorum in illa Provincia Monachorum

Sæculum VII A.C. 609.

S. Columbani Vaticinium

discedens, non omnibus Christianis Monasterii sui aditum patere vellet. S. Abbas respondit: *Sufficit, quod ad excipiendos omnis conditionis hospites Cellas paratas habeam.* Cumque Rex usque in Refectorium penetrasset, Vir Sanctus addidit: *Si ideo huc venisti, ut Congregationes Servorum Dei & Disciplinam Monasticam subvertas, nos quidem auxilio tuo & Beneficiis carebimus, sed Regnum cum tota Stirpe tua exscindetur.* Rex minarum atrocitate perterritus celeri gressu recedebat, & S. Columbano adhuc plura exprobranti dicebat: *Speras, te coronam Martyrii a me accepturum; sed non adeo insanus sum. Quia autem tua vivendi ratio a nostris moribus minimum quantum abhorret, illuc, unde ad nos venisti, revertere.* S. Columbanus dixit, non abiturum se ex Monasterio suo, nisi vi compelleretur. Rex eum Vesuntionem relegavit, unde, cum viri Reverentia eum arctius custodire prohiberet, egressus ad suum Monasterium rediit.

Fred. c. 36.

Hæc anno circiter Theodorici decimo quanto, id est, 609. contigerunt.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXVII.

S. BONIFACIUS IV. PAPA. PHOCAS IMPERATOR. AGILULPHUS REX.

§. I.

S. Theodori Siceotæ Obitus.

Cum portentum in multis Galatiæ Urbibus visum ad Thomam Patriarcham Constantinopolitanum fama detulisset; Cruces, quæ in Supplicationibus portabantur, nemine commovente fuisse vehementissime agitatas, expa-

Sæculum VII A. C. 610.

Vita Theod. c. 14. ap. Boll. tom. 11. p. 58.

Sæculum VII A. C. 610.

vescens S. Theodorum Siceotam Constantinopolim accersivit. Is Joannem Presbyterum Discipulum suum Patriarchæ obtulit, rogans, ut eum Monasteriorum suorum Præpositum Generalem constitueret. Annuit Patriarcha, & Pallio donatum dimisit, Munere suo functurum. Phocas Imperator chiragræ podagræque doloribus vexatus S. Theodorum ad se vocavit, quo orante & sibi manus imponente, melius habere cœpit, seque S. Viri precibus commendavit; at S. Theodorus monuit Principem, si exaudiri vellet, torquere alios, & humanum sanguinem fundere desineret; quippe cum sciret, esse, qui contra se conjurassent, ante pauciſſimos dies Constantinam Mauritii Imperatoris viduam, multosque alios primæ nobilitatis viros e vivis sustulerat.

Theoph. an. 5. p. 247. Chr. Pasch.

Thomas Patriarcha rogavit S. Theodorum, ut sibi diceret, an revera Cruces vi superna commotæ fuissent, velan fraus subesset, atque Viro sancto affirmante, prodigiosum fuisse motum, precibus institit, ut sibi aperiret, quid illud esset, quod incredibili prodigio denunciaretur; id vero cum manifestare cunctaretur, Patriarcha ad ejus pedes procidens asseverabat, non surrecturum se, nisi quod peteret, obtinuisset. Tunc S. Theodorus dixit: *Nolui eloqui, quod tibi*

tibi dolendi causa futurum esset, non enim grata esse poterunt, quæ scire cupis; sed quia ita voluisti, scito, grandia mala nobis istis motibus portendi. Multi Religionem Nostram abjicient, invadent nos Barbari, multum sanguinis effundetur, ruina magna, & Seditiones universo orbi imminent. Ecclesiæ deserentur, Servitium Divinum cessabit, Imperii Romani hostes & exitium haud procul absunt. Restat, ut, quod boni Pastoris est, Deum ores, qui fortasse de tantis malis, quia Misericors est, aliquid demet. Istud S. Theodori Vaticinium de incursionibus Persarum, qui anno sequente Provincias Imperii depopulati sunt, aut fortasse de peste, quam Arabes Musulmanni paulo post attulerunt, accipiendum videtur. Sæculum VII A.C. 610.

Patriarcha lacrymis madens S. Abbatis Orationem exposcebat, qua a Deo peteret, ut se ex hoc mundo eriperet, priusquam ingentes calamitates videret; tum S. Theodorum in patriam suam redire parantem, quia adveniebat tempus, quo in solitudinem secedere consueverat, Constantinopoli illa hyeme remanere coëgit, quippe rumor increbrescebat, ultimam huic Civitati imminere perniciem, sperabatque, Virum Sanctum inducias a Deo impetraturum. Itaque cum S. Theodorus extra Palatium Episcopale versari cuperet, concessit Thomas, ut

S. Thomas Patriarcha obit.

Sæculum VII A. C. 610.

ad Monasterium S. Stephani Romanorum diverteret, ubi Festa Domini Natalitia in quiete & solitudine transegit. Interim Patriarcha morbo tentatus est, misitque ad S. Theodorum qui suo nomine rogarent; oraret ipse ad Deum, ut sibi ex hac vita migrare concederet. Vir Sanctus respondit; imo oraturum se, ut Deus ad utilitatem gregis Pastorem conservaret. Sed iterum misit Patriarcha, qui eadem rogarent. Tunc vero Vir Sanctus per Diaconum suum Epiphanium renunciari jubet: *Quia ardentissime petis liberari & ad JEsum Christum ire, oravi, & obtinui. Itaque si vis, ut ad te veniam, sine mora ibo, secus, videbimus nos invicem in JEsu Christo.* Patriarcha gaudio exultans Theodorum e sua solitudine evocare noluit, moxque, cum Phocas Imperator ad eum visendum venisset, Episcopali Benedictione omnibus data, magna constantia mortem oppetiit die Veneris, 20. Martii, Indictione decima tertia, anno 610.

Mense sequente Aprili die decimo-octavo, in quem inciderat Sabbatum Sanctum, Patriarcha Constantinopolitanus ordinatus est Sergius Diaconus Majoris Ecclesiæ & Hospitio Præfectus, qui eadem annis viginti novem tenuit. Ipse Ordinationis suæ Nuncius Theodorum Siceotam adivit, cumque Psalmos canen-

tem

tem inveniſſet, ad pedes ejus provolu- Sæculum VII
tus rogavit, ut Gratiam a Deo in illius A.C. 610.
Dignitatis faſtigio neceſſariam impetraret, faſſus, juvenem ſe eſſe pauca expertum. Vir Sanctus, erectum amplexus, dixit: *Ideo juveni grave onus impoſuit Deus, ut vires tibi ſuppeterent, quibus mala nobis impendentia tolerares. Forti animo eſto, & in Deum confide. Diuturnum erit Regimen tuum & illuſtre.* S. Theodorus Siceota Conſtantinopoli degens, illos, qui poſt Sacram Communionem balneo utebantur, redarguebat; dicebat enim, quod homines unguentati non ſolerent lavari, ne ſuavitas odoris auferretur. Monachi illius Monaſterii, in quo verſabatur, faciem ejus, non advertentis, depingi curarunt; tumque ipſi oſtenderunt Imaginem rogantes, ut eam benediceret. Ille ſubridens dixit: *fures eſtis*, Imaginem tamen benedixit. *Vita c. 15.* Multa edidit Conſtantinopoli Miracula, *Mart. Rom.* & ad Monaſterium ſuum reverſus, ela- *22. April.* pſo triennio nempe anno 613. 22. April. quo Eccleſia Memoriam ejus colit, migravit in Cœlum. Vitam ejus Eleuſius ejusdem Diſcipulus ſcripſit, qui duodecim annis cum ipſo verſatus multa miracula præſens teſtis viderat.

§. II.

Succeſſio Patriarcharum.

Sanctus Eulogius Alexandrinus defun-

Sæculum VII A. C. 610.

ctus creditur anno 606. postquam annis viginti septem sedisset, cujus memoriam Ecclesia 13. Sept. honorat. Successor illius fuit Theodorus, cognomento Scribo, quem, cum sedisset annis duobus, Hæretici jugularunt anno Phocæ Imperatoris septimo Indictione duodecima. Id est anno 609. Ad Cathedram Alexandrinam deinde assumptus est Joannes, in Cypro natus, Epiphanii illi Insulæ Præfecti filius. Is uxorem habuerat, sed ea deinde liberisque amissis totum se Deo dedit, magnam facultatum suarum partem in pauperes erogans. Itaque quamvis nunquam fuisset Monachus, nec Clericis adscriptus, tamen dignus habitus est, qui Sacerdotio fungeretur. Ceterum sub nomine S. Joannis Eleemosynarii notissimus est.

Mart. Rom. 13. *Sept.* *Chr. Nicеph.* *Chr. Pasch.* *p.* 382. *Met. c.* 1. *ap. Boll.* 22. *Jan. tom.* 2. *p.* 517. *Leonc. c.* 13. *n.* 81. *ibid. p.* 514.

Chr. Pasch. p. 382.

Eodem anno 609. obiit Hesychius seu Isaac Patriarcha Jerosolymitanus, cui Zacharias Presbyter & ærario Constantinopoli Præfectus successit. Anno sequente 610. sub finem Sept. Indictione decima quarta ineunte nuncium Constantinopolim affertur, Anastasium Patriarcham Antiochenum a Judæis commotis in Christianos Seditione fuisse interfectum. Furiosi per urbem occisi Episcopi corpus probrose raptarunt multosque ex Primoribus Civium peremptos flammis tradiderunt. Igitur ne impunitæ essent cædes

Theoph. an. 7 *p.* 248.

cædes horrendæ, Phocas Bonosum Orientis Comitem & Cottonem militum Magistrum creavit, eosque in Rebelles immisit, qui multos eorum ultimo supplicio affecerunt, multos membris mutilatos e Civitate ejecerunt. Ecclesia Anastasium inter Martyres 21. Dec. colit. Sæculum VII A. C. 610. *Martyr. R. 21. Dec.*

§. III.

Phocæ exitus. Heraclius Imperator.

Ex indignis duorum Patriarcharum Alexandrini & Antiocheni cædibus intra tam breve tempus commissis satis liquet, quantum Phocæ Auctoritas viluerit, quem foris Persæ lacessebant Orientem depopulantes, domi vero novi identidem conjurati impetebant. Eum tandem oppressit Seditio Heraclii Africæ Præfecti, qui invitante Senatu filium suum Heraclium cum classe misit. Appulit ille die Dominica quarta Octobr. Indictione decima quarta nempe anno 610. Sanctæ Virginis Imaginibus ex malis pendentibus. Altera die Phocas ex Ecclesia Archangeli in Palatio, quo confugerat, abstrahitur, & in Heraclii conspectum adducitur, manu dextra truncatur & mox capite, membra per urbem ad horrorem spectantium circumferuntur, raptatur corpus & tandem flammis injicitur. Eadem die Lunæ quinta Octob. Heraclius a Sergio Patriarcha Imperator *Theoph. p. 248. 249. Chr. Pasch. p. 382.*

Sæculum VII A. C. 610.

coronatus est, simulque cum Eudocia Rogati Africani filia sibi desponsata, quæ paulo ante ipsum advenerat, nuptias celebravit. Ita ambo Coronam Imperii & etiam Conjugalem secundum Ecclesiæ Græcæ Ritum acceperunt. Heraclius triginta annos integros imperavit. Ferunt Phocam præcepisse, ut milites in bello occisi honore Martyribus debito colerentur, sed obstitisse Episcopos, nixos præcipue Auctoritate S. Basilii, suadentis, ut illi, qui hominem in bello occidissent, triennio a Communione abstinerent.

Theod. Bal. in Cant. 13. epist. Bas. ad Amph. p. 949 Sup. l. XVII. n. 14.

§. IV.

Ecclesia Anglicana.

Beda II. hist. c. 4.

In Anglia S. Augustino Cantuariensi defuncto Laurentius ejus Successor non minore zelo laboravit, ut novella Ecclesia incrementa caperet. Non satis ei fuit, Saluti Anglorum invigilare, sed etiam Britonum, veterum in illa Insula Indigenarum, & Scotorum, qui posteriore tempore Hiberni dicti fuere, curam gessit. Utrique Nationi consuetudines suæ, præsertim circa tempus celebrandi Pascha erant; igitur ut errantes ad concordiam Ecclesiæ Universalis reducerentur, ipse & Socii Mellitus & Justus juncta opera iisdem scripserunt. Epistolæ, quæ ad Episcopos & Abbates totius Scotiæ, id est Hiber-

Hiberniæ, directa fuit, exordium erat hujusmodi: *Cum in Insulam advenimus,* *Britones & Scotos maximi faciebamus, nam credebamus, quod Ritus Ecclesiæ Universalis retinuissent; postquam vero cognovimus, quales sint Britonum mores, putavimus, Scotos certe Britonibus esse meliores, verum ex vitæ ratione, quam tenent Dagamus Episcopus, qui in hanc Civitatem venit, & Abbas Columbanus, qui in Galliam navigavit, intellexinus, ipsos a Britonibus non differre. Nam Dagamus Episcopus non solum nobiscum manducare, sed etiam in illa domo, in qua nos manducavimus, cibum sumere respuit.* Laurentius Episcopus in eundem modum cum Fratribus suis ad Episcopos Britonum scripsit, eos ad unitatem Ecclesiæ reducturus; at utrinque operam perdidit. Sæculum VII A. C. 610.

Haud multo post Mellitus Episcopus Londinensis Romam profectus est cum Papa Bonifacio IV. de rebus Ecclesiæ Anglicanæ tractaturus. Cum igitur Papa anno Phocæ octavo Indictione 13. tertio Cal. Martii, id est, 27. Febr. anno 610. Concilium congregasset, Mellito cum Episcopis Italiæ sedente, illa omnia, quæ ad vitam & quietem Monachorum pertinebant, ordinata sunt. Mellitus in Angliam reversus Papæ epistolas ad Laurentium Archiepiscopum, Clericos, Ethelbertum

Sæculum VII A. C. 610.

bertum Regem, & totam Anglorum Nationem datas attulit. Idem prope Civitatem Londinensem, qua Occidentem spectat, Monasterium in Insula dicta Thorneia fundavit, cujus Ecclesia ad honorem S. Petri dedicata est, atque ob situm Westmonasterium, id est, Monasterium ad Occidentem, vocatum.

§. V.

Toletum Metropolis.

In Hispania eodem anno 610. Viterico Rex Gundemarus successerat, cujus Regni anno primo decimo Cal. Nov. æra 648. id est 23. Octob. anno 610. Episcopi Provinciæ Carthaginensis, Toleti congregati, illius Civitatis Episcopum Metropolitam suum esse professi sunt, addentes, etiam semper fuisse, atque in hujus rei argumentum Concilium Toletanum II. cui Montanus Episcopus anno 531. præfuerat, adducebant. Huic Decreto Episcopi quindecim subscripserunt; nomen vero Episcopi Toletani non legitur, quia nempe Judex in propria causa esse non poterat. Gundemarus Rex Rescripto edito Decretum Concilii confirmavit, declaravitque, Carpetaniam, cujus olim Metropolita Episcopus Toletanus credebatur, non esse Provinciam separatam, sed Provinciæ Carthaginensis partem. Huic Declarationi Rex & Episco-

Sup. Lib. XXXVI. *n.*48 *Tom.*5. *Conc. p.* 1620.

Sup. Lib. XXXII. *n.*22.

Episcopi viginti sex, quorum primus est Isidorus Hispalensis, subscripserunt, deinde Nomina Archiepiscoporum Emeritani, Tarraconensis & Narbonensis visuntur. Constitutionis Episcopo Toletano faventis causa fuit, quod hanc Civitatem Gothorum Reges in Sedem sibi delegerint. Sæculum VII A.C. 610.

§. VI.

Secundum S. Columbani Exilium.

Sancto Columbano in Gallia, postquam Vesuntione redierat, diu quiescere non licuit, quippe Rex Theodoricus sæpius ministros misit, qui eum e Monasterio suo Luxovienſi exire, & in patriam suam remeare, compellerent. Statuerat S. Abbas, non obedire, sed potius expectare, donec ex loco, in quem Dei voluntate advenerat, vi ejiceretur; nihilominus cum cerneret, ipsius causa ceteros Fratres periclitari, sponte abiit anno, ex quo in hoc Deserto commorabatur, vigesimo, nempe 610. Comitabantur fugientem Patrem fratres, haud parcius flentes, quam si defuncti exequias duxissent; sed nec isto solatii genere frui omnibus concessum, nam, qui Abbatem jussu Regis custodiebant, non omnibus abeuntem sequendi licentiam fecerunt, sed illis solum, quos ex Hibernia vel Britannia socios adduxerat, reli-

Jon. vit. c. 35. &c.

Sup. Lib. XXXV. §. 9.

Sæculum VII A. C. 610.

reliquis, qui in Galliis nati erant, remanere jussis. Hos bonus Senex Deo commendabat, sibique a propriis membris avelli videbatur. S. Columbano Discipulorum nullus carior fuit Eustasio, posteriore tempore Luxovii Abbate, cujus Mietius Episcopus Lingonensis, Avus ejus, curam singularem gessit.

Cum S. Columbanus Nannetum deduceretur navem conscensurus, & in via ad urbem Antissiodorum divertisset, dixit ad Ragamundum, quem Rex Theodoricus Viro Sancto proficiscenti Custodem dederat, memineris, Clotarium, quem hodie vilipendis, post lapsum trium annorum Dominum tuum futurum. In hac profectione aliqua patravit miracula, cumque Nivernum perveniisset, inde secundo flumine Ligeri a suis Ductoribus devectus est Aurelianum, ubi Sancto Viro in ripa pernoctandum fuit, quia data a Rege Custodes non permiserunt, ut saltem ad visitandas Ecclesias in urbem intraret. Imo Discipulis ejus panem ad cœnandum in urbe quærentibus nemo dare audebat, ne Regis mandata spernere videretur. At mulier ex Syria hospes commiseratione mota eos in domum suam introduxit, &, quæ necessaria erant, suppeditavit. Ipsi ut beneficium redderent, ejusdem mulieris virum ab alio quot annis cœcum ad S. Columbanum addu-

S. Columbanus peregrinans.

adduxerunt, qui ei lumen reddidit. Turone, cum Vir Sanctus licentiam descendendi & S. Martini Sepulchrum visendi obtinere non posset, navigium prope portum stetit immobile, itaque desiderio suo satisfecit, & totam noctem orans apud Sacras Reliquias exegit. Sequente die S. Columbanus ab Episcopo Turonensi Leopario ad prandium invitatus Viro Principi simul accumbenti & Theodorici Regis fœderato denunciavit, Regem & Liberos ejus intra spatium trium annorum perituros, & totam ejus stirpem extinctam iri. Sæculum VII A. C. 610.

Vir Sanctus Nannetum perductus aliquo tempore ibi commoratus est, & verisimile videtur, ex illa Civitate ad Monachos suos Luxovienses dedisse Epistolam illam Prudentiæ & Charitatis notis eximiam. In exordio hortatur, ut in hac persecutione constantes sint, & inprimis concordiam conservent. Præcipit, ut obediant Discipulo suo Attalo; eidem tamen liberam facultatem dat, ut vel apud ipsos remaneat, vel ad se veniat. Si autem illinc discedere velit, illius Monasterii Fratribus Abbatem dat, cui nomen Valdolenus. Tum sermone ad solum Attalum directo jubet, ut remaneat, si id animabus expedire crediderit, *Si vero*, addit, *periculum videas, veni ad me; sed loquor de periculis* *Epist. 3. to. 12. Bibl. PP. Lug. p. 26.*

&

Sæculum VII A. C. 610.

& *divisione animorum, quia timeo, ne etiam in domo vestra super Quæstione de Paschate dissensio oriatur, & me absente vobis desit constantia.* In fine subjungit: *Dum hæc scribo, adsunt, qui denunciant, præparari navigium, quo etiam invitus in patriam revehar; si autem fugam meditarer, nemo est, qui obstet, imo suspicor, gratum me custodibus facturum, si fugiam. Plura scribere cupientem tabula plena deficit. Ordinem Charitas scrupulose non curat, hinc in Epistola ista confusio regnat. Conscientias vestras scrutamini, si meliores & sanctiores estis sine me, nolite præsentiam meam expetere, econtra vero cavete, ne mea absentia vobis sit occasio quærendi libertatem, quæ vos vitiorum servituti manciparet.* Si cognoscitis, vos in via virtutis regredi, & me absente Attalum toti Monasterio regendo imparem esse, Congregationem convocate, & eligite vobis Præpositum.

S. Columbano in Urbe Nannetensi commoranti Sofronius illius loci Episcopus non modo nullum solatium attulit, sed etiam se junxit Theobaldo Comiti urgenti S. Abbatis abitum, ut Mandatis Regis obtemperaretur. Ecce autem, cum navem, qua in Hiberniam devehendus erat, incumbentium ventorum impetus a portu repulisset, istud navis Dominus in omen traxit, & quamvis Viri San-

ctus

res & Socios jam recepiſſet, ipſum tamen vectorem habere noluit. Itaque S. Columbano non ſolum in diverſorium redire licuit, ſed etiam quocunque vellet pergere, imo & pecuniam dederunt, neceſſarium iter facientibus ſubſidium. Sæculum VII A. C. 610.

§. VII.

S. Columbanus in Neuſtria.

Inde abiens Vir Sanctus ad Regem Clotarium II. Chilperici Filium, Francis in Neuſtria imperantem, & tunc in Oceani littoribus verſantem ſe contulit. Non ignorabat Rex Sanctum Virum a Brunechilde & Theodorico perſecutionem pati, hinc venientem tanquam Cœli donum ſuſcipiens, opem prolixe promiſit, ſi in Regno ſuo Sedem ſibi vellet eligere; at S. Columbanus, veritus, ne remanendo ſimultates inter duos Reges fovere videretur, quod offerebatur accipere recuſavit. Eum tamen, quamdiu potuit, Rex apud ſe retinuit, ejus ſalutaria monita de vitiis in aula ſua graſſantibus audivit, & promiſit emendationem. Viro Sancto ibi commorante, atque lite inter duos Fratres Theodebertum & Theodoricum circa Regnorum limites exorta, eodem anno 610. ex quo regnabant, decimo quinto, uterque, miſſis ad Regem Clotarium Legatis, auxiliares copias rogabat. Is S. Columbani *Fred.* c. 37.

Sæculum VII A.C. 610.

consilium expetiit, qui suasit, ut nullius partibus accederet, elapso enim triennio Regna utriusque ad ipsius Dominatum deventura. Jam tertio S. Vir ipsum vaticinabatur, cui fidem adhibuit Clotarius, & tranquille eventum expectavit.

Exinde S. Columbanus a Rege praesidium obtinuit, quo tutus in Regnum Theodeberti deduceretur, inde transiturus in Italiam. Urbem Parisiensem intranti occurrit Energumenus, quem liberavit. Meldæ Chagnericus vir nobilis, & Regi Theodeberto a consiliis, venientem excepit, promisitque curaturum se, ut ad Regiam deduceretur. Hujus Viri Domui Sanctus Vir benedixit, filiamque ejus adhucdum adolescentulam, cui nomen Fara, postea virtutum splendore illustrissimam, Deo consecravit. Inde ad vicum, cui tunc Ulciacum, hodie *Eussy*, nomen, divertens a Dynasta Authario & Aiga Conjuge ejus suscipitur. Horum filiis tunc parvulis, quibus nomina Adon & Dadon, benedixit, futuris aliquando Sanctitate celeberrimis viris.

S. Columbani itinera.

Tandem S. Columbanus ad Regem Theodebertum pervenit, qui Sanctum magno gaudii affectu suscepit. Jam tunc aliquot Monachi ex Monasterio Luxovienſi Patrem secuti fuerant, atque

ex manibus inimicorum elapsi videban- Sæculum VII
tur. Promittebat Theodebertus, se in A. C. 610.
Regno suo locum Discipulis ejus commodissimum concessurum, & proximum illis Nationibus, ubi Fidem prædicandi occasionem haberent, qua nihil exoptabilius S. Columbano in suis itineribus accidere poterat. Itaque Vir Sanctus oblato beneficio lætus conscensa navicula Rheno, nobilissimo fluvio, usque Moguntiam devectus est, inde semper adverso fluvio navigans in Arolam navium capacem & deinde Linatum delatus usque ad extremam partem lacus Tigurini pervenit. Tum usque Tugium penetranti placuit Regio amœnissima, atque in illa Eremo habitandi propositum cepit. Haud procul inde terram insidebant incolæ impii & crudeles. Idola adorabant, his immolabant victimas, Auguria & Divinationes superstitiosissime captantes. Cum S. Columbanus his Barbaris verum Deum prædicare cœpisset, quadam die ad eos pergens, vidit Sacrificium præparari, atque ingens labrum cerevisia repletum in medio congregati populi positum. Quærenti, in quem usum hæc attulissent, responderunt, hoc libamen Deo suo Vodano, quem aliqui latine Mercurium, alii Martem esse dicebant, esse offerendum. Afflavit Vir Sanctus, moxque vas illud magno fragore

Vit. S. Gal. c. 4. to. 2. Act. Bened. p. 231. v. Coint. an. 610. n. 11.

Sæculum VII A.C. 610.

in fruſta diſſiliit & cereviſia in terram effuſa eſt. Obſtupeſcentes Barbari dicebant, robuſtum ſpiritum huic viro ineſſe. Ipſe hortabatur, ut abjectis hujuscemodi Superſtitionibus quisque in domum ſuam rediret. Multi converſi ſunt, & Baptiſmum acceperunt, alii jam antehac baptizati vitam ſecundum præcepta Evangelii, quod dimiſerant, inſtituerunt.

vit. Col. n. 53. S. Gallus Religionis zelo animatus, incenſis eorum templis, dona omnia Deo oblata, quæ in iis aſſervabantur, in lacum projecit; quapropter irritati Barbari ipſum interficere, S. Columbanum vero virgis cæſum & ludibrio habitum, e Regione ſua expellere ſtatuerunt.

Cum ergo crudele conſilium Viro Sancto detectum fuiſſet, relictis obſtinatis hominibus ad Oppidum Arbonem ad Lacum Conſtantienſem ſitum cum ſuis perrexit. Ibi obvium habuit Villimarum Presbyterum, Virum pietate inſignem, qui ei locum fertilem & ſitu jucundum montibus circumdatum indicavit, ubi modici Oppidi, quod Brigantium ſeu *Bregents* dictum fuerat, rudera viſebantur. Illuc cum Sociis perveniens S. Columbanus invenit Oratorium S. Aureliæ ſacrum, ubi Cellulas ſibi conſtruxerunt. In illo Oratorio ſeu Eccleſia conſpiciebantur ſimulacra ænea deaurata parieti affixa, quæ vicini populi, reli-

Eccleſia S. Aureliæ.

relicto Ecclesiæ Altari, adorabant, & Sacrificia afferebant, dicentes, hos esse veteres illius loci tutelares Deos. S. Columbanus S. Gallo, scilicet istorum hominum linguæ gnaro, præcepit, ut populum ad abjiciendum Deorum cultum, & verum Deum adorandum exhortaretur, cumque illa dies, qua hujus Ecclesiæ Festum celebrari solebat, illuxisset, maxima populi multitudo confluxit, pluresque viros peregrinos videndi cupido, quam Festum accivit. Tunc igitur S. Gallus Fidem prædicare, omnesque vehementer hortari cœpit, ut se converterent. Tum inspectantibus omnibus correpta Idola saxis comminuit, & in lacum projecit. Hoc factum quibusdam saluti fuit, alii indignantes recesserunt. S. Columbanus jubens aquam afferri, eam benedixit, Ecclesiam asperfit, & cum suis circuiens dedicavit. Deinde invocans Nomen Domini Altaria unxit, Reliquias S. Aureliæ immisit, cooperuit, & Missam celebravit, quibus peractis gaudens & exultans populus recessit. Sæculum VII A. C. 612.

Vir Sanctus Brigantii annos circiter tres versatus exiguum condidit Monasterium, in quo fratrum aliqui hortum olerum, alii frugiferas arbores excolebant, alii pisces capiebant, ipse retia conficiebat. Cum aliquando S. Columbanus pro- *vit. n. 55.* Columbanus Brigantii.

Sæculum VII A.C. 612.

propositum cepisset Venedis seu Sclavis, in vicina Regione degentibus, Fidem prædicandi, Angelus ei conspicuus factus monuit, sterilem laborem fore; igitur acquievit, donec in Italiam proficisci liceret.

n. 57. Interim bello inter Theodoricum & Theodebertum Fratres recrudescente S. Columbanus istum adiit, suasitque, ut se Clericis adscribi peteret, aut quod magis esset profuturum, Monachorum Institutum amplecteretur, ne unacum Regno etiam salute æterna privaretur. Ressum moverunt Regi, & omnibus audientibus hæc S. Abbatis verba; tum dixerunt, rem esse inauditam, ut Rex exstirpe Merovingica genitus sponte sua Clericus voluerit ordinari. (S. Clodoaldum ignorasse videntur) Dixit ad Regem S. Columbanus; *Nisi sponte hoc feceris, breve post tempus coactus facies.* His ad suum Monasterium rediit. Vera dixisse S. Virum eventus probavit, nam Theodoricus anno decimo septimo Regni ipsorum id est anno 612. Theodebertum bellum intulit, & bis prœlio vicit. Illo tempore, quo altera jam pugna fraterna acies ad Tolbiacum dimicabant, S. Columbanus in eremo sua super antiquam cæsæ quercus truncum sedens legebat; mox in somnum lapsus est, ex quo evigilans advocato Chagnoaldo Monacho inter

Sup. Lib. XXXII. §. 45. *Fredeg. c.* 38.

inter suspiria significavit, hac ipsa hora duos Reges Fratres prœlium committere, & jam multum sanguinis effusum. *Pater mi!* inquiebat Chagnoaldus, *precibus tuis Theodeberto auxiliare, ut Theodoricum, nostrum omnium hostem, profliget.* S. Columbanus dixit: *Mali consilii tu mihi Auctor es. Non hoc suadet Dominus Noster, qui nobis pro inimicis nostris orare præcepit. Justus Judex Deus est, & vitæ necisque Dominus; quod sibi videbitur, de his Principibus decernet.* Theodoricus prœlio victor fugientem Theodebertum consecutus, suorum perfidia proditum cepit, misitque Brunechildi Aviæ custodiendum, quæ cum Theodorici partibus faveret, Theodebertum Clericum ordinari, & post paucos exinde dies interimi jussit. Sæculum VII A. C. 612.

§. VIII.

Sanctus Columbanus in Italia.

Cum igitur Theodoricus Regionem illam in suam potestatem redegisset, credidit S. Columbanus, jam sibi securo esse in hoc loco non licere. Sed etiam alia suberat fugiendi causa, nam Regionis Incolæ impatientissime ferentes, quod eorum Idola sustulisset, apud Ducem Gunzonem conquesti sunt, hos Advenas venationi nocere. Dux missis mandatis Monachos inde abscedere jussit. *vit. S. Gal. c. 8.*

Sæculum VII A. C. 612.

Ergo communi consilio in Italiam pergere statuunt, securitatem ibi sub Agilulphi Regis Tutela sperantes. Brigantio emigrantes solus S. Gallus non est secutus, qui tunc febri laborans accepta S. Columbani Benedictione remansit. Is postea in loco non multum inde remoto Monasterium condidit, quod hodieque Auctoris sui nomen gerit.

c. 9.

Rex Agilulphus S. Columbano humanissime excepto potestatem fecit Sedem figendi ubicunque commodum videretur. S. Columbanus, cum Mediolani versaretur, Arianos coram ex SS. Scripturis impugnavit, atque etiam calamo refutavit. Interim vir, nomine Jucundus, Agilulphum Regem adiit, dicens, in Deserto montis Appennini & loco, qui Bobium dicebatur, ad Trebiam S. Petri Ecclesiam esse, ubi Prodigia fierent; circumjacens solum fertile esse irriguum & piscibus abundans. Hunc igitur locum S. Columbanus, quo cum suis reciperetur, elegit, Ecclesiam vetustate pene collapsam restauravit, & extruxit Monasterium, quod hodieque existit.

ep. 4. to. 12. Bibl. PP. Lug. p. 18.

Conjectura est, sub idem tempus S. Columbanum Epistolam dedisse super Quæstione de Tribus Capitulis ad Bonifacium IV. Papam, rogante Rege Agilulpho, qui illorum Defensoribus favebat.

bat. Vir Sanctus in illa Epistola errans circa factum, & a Schismaticis deceptus, (*) certum putat, Vigilium Papam in Hæresi decessisse, & Nomen ipsius inter Nomina Episcoporum Catholicorum recitari miratur. Hortatur Papam, ut se suamque Ecclesiam ab Hæresis suspicione purget convocata Synodo, in qua Fidem accurate exponat; nam Concilium quintum rejicit, quod existimet, in illo Errorem Eutychis approbatum fuisse. Rursus Papam admonet, ut corrigere conetur corruptos Italorum mores, cujus mali culpam præcipue in Schisma rejicit.

Sæculum VII A. C. 613.

Epistola ad Papam.

Rex Theodoricus paucis tantum mensibus Theodeberto Fratri supervixit, obiitque anno Regni sui decimo octavo, JEsu Christi 613. cui Sigebertus filius adhuc puer sub Brunechildis Proaviæ suæ regimine successit. Hunc duosque Fratres ejus Corbonem & Meroveum Clotarius Rex, bello illato, captos peremit; quartus, cui nomen Sigebertus, fuga se exitio eripuit. Brunechildem quoque, nam & hanc in suam potestatem redegit, crudelissimo mortis genere (**) sustu-

vit. Col. n. 58. Fredeg. c. 39. 40. &c.

(*) Scilicet non tam errare, quam agnita Veritate in errore perseverare hæreticum facit.

(**) Brunechildis Athanagildi Visigothorum Regis

Sæculum VII A. C. 614.

lit. Ita huic Clotario, quemadmodum olim Clotario Avo ejus, Regni ſui anno 31. & Chriſti 614. ſors obtigit, ut ſolus Francis imperaret. Tunc vero videns Vaticinium S. Columbani impletum eſſe, accerſitum venerabilem virum Euſtaſium, qui Luxovienſi Monaſterio præerat, rogavit, ut ad S. Columbanum proficiſceretur, quoscunque ex Proceribus vellet, ſecum duceret, vades futuros Regiæ fidei, & Virum Sanctum ad reditum in Galliam ſuo nomine invitaret.

vit. n. 62.

Euſtaſius ſumptibus publicis iter ingreſſus ubi ad S. Columbanum pervenit, quod ſibi mandatum fuerat, expoſuit. S. Senex gaudio exiliens, quod cariſſimum ſuum Diſcipulum tam diu non viſum conſpicere liceret, eum apud ſe aliquantisper retinuit. Dum dimiſit, hortatus eſt, ut ſollicite curaret, ne Diſciplina in ſuo Mona-

---

Regis in Hiſpania & Gosvvinthæ Filia, Sigeberti Regis Auſtraſiæ uxor, ob non nulla Pietatis opera, a S. Gregorio Magno & S. Germano laudata turpiſſimam atrociſſimamque mortem ſubire coacta eſt, ſed merita, nam præter alia crimina & libidinem inſatiabilem decem Regum, incredibile! Interfectrix habebatur. Narrant Scriptores, eam jubente Clotario Rege & toto inſultante exercitu equæ indomitæ caudæ illigatam, & per caſtra raptatam, donec ſparſis fruſtillatim membris expiraſſet.

Monasterio ullatenus labefactaretur, mandavitque, ut se Regi Clotario excusaret, diceretque, se jam longam profectionem suscipere viribus fractis non posse, sed Regem rogare, ut Monasterium Luxovienſe Regia potentia tueretur. Eustasio etiam Epistolam dedit ad Regem deferendam, quam lætus recepit, ut ut severis admonitionibus plenam; Monasterium vero fovit, magnis reditibus locupletavit, & spatium, sicut S. Eustasius cupiebat, ampliavit. Sæculum VII A. C. 614.

S. Columbanus uno non plus anno in Monasterio Bobiensi versatus migravit in Cælum undecimo Cal. Dec. id est 21. Nov. quo die Ecclesia ejus memoriam colit. Annus vero Christi 615. fuisse creditur. Corpus ejus Bobii sepultum multis claruit miraculis, & vitam Jonas ejusdem Monasterii Cænobita post annos viginti octo scripsit. *Mart. Rom.* 21. *Nov.* *Acta Ben. to.* 2. *p.* 123.

Bobii Successorem habuit S. Columbanus Attalum Discipulum suum. Is in Burgundia natus & a Patre S. Arigio Episcopo Vapincensi Monasticis Disciplinis imbuendus traditus, vitæ perfectioris desiderio ad Monasterium Lerinense transiit; cum vero Disciplinam ibi relaxari cerneret, Luxovium venit, seque S. Columbani Regimini subjecit. S. Columbano defuncto annis duodecim illud Monasterium rexit, atque anno 627. ad æterna translatus est. S. Columbani obitus.

§. IX.

Sæculum VII
A. C. 614.

§. IX.

Bonifacii IV. obitus. Deusdedit Papa.

Anast. Mart. Rom. 25. Maj.

Bonifacius IV. Papa fatis functus est anno 614. & ad S. Petrum sepultus 25. Maji, quo die Ecclesia ejus Memoriam celebrat. Domum suam in Monasterium converterat, & multis Reditibus auxerat. Duabus Ordinationibus mense Dec. Diaconos octo, & aliis temporibus ad diversas Ecclesias Episcopos triginta quinque creavit. Cum Sacram Sedem tenuisset annis sex & octo mensibus, Successorem habuit Deusdedit, qui 13. Nov. eodem anno 614. ordinatus annis ferme tribus sedit. Erat is Natione Romanus Stephani Subdiaconi filius, qui Ordinis Clericalis amantissimus statuta antiqua renovavit.

§. X.

Jerosolyma a Persis capta.

Interea Persæ Orientem depopulabantur. Nam Phoca imperante pacem fregerant, quasi Mauritii & Filiorum ejus necem ulturi. Primo Heraclii imperantis anno captis urbibus Edessa & Apamea usque Antiochiam pervenerunt. Anno secundo Cæsaream in Cappadocia, quarto Damascum suæ potestati subjecerunt, & quinto nempe hoc anno 614.

Theoph. p. 250. 251. 252

Indi-

Indictione secunda mense Junio, superato Jordane Palæstinam, ipsamque Jerosolymam subegerunt. Multa millia Clericorum, Monachorum, Sanctimonialium, Virginum trucidata. Incensæ Ecclesiæ & sanctum Sepulchrum, quæcunque alicujus pretii erant, & vasa innumera direpta, & inter alias Reliquias veræ Crucis Lignum abvectum. Zacharias Patriarcha cum ingenti populi multitudine in captivitatem abstractus, & hæc omnia paucos intra dies effecta. Judæi magnum numerum captivorum redemerunt inhumano sane consilio, ut omnes interficerent, & Christianorum sanguine satiarentur. Aliqui ad nonaginta millia hominum illa Judaica rabie peremptorum memorant. Nicetæ Patricii industria, & opera cujusdam amicorum Sarbara Persarum Ducis factum, ut duæ pretiosæ Reliquiæ Spongia & Lancea sacræ Passionis servarentur, quæ Constantinopolim missæ. In illa Civitate S. Spongia in majore Ecclesia, S. Cruci affixa in Festo Exaltationis (*) 14. Sept. eodem anno populorum oculis exposita est. Sacra Lancea die Sabbati 26. Octob. allata; quod cum die sequente in majore Ecclesia

Sæculum VII
A. C. 614.

Chr. Pasch.

(*) Festum exaltationis S. Crucis in Oriente diu prius quam in Occidente celebratum. Hæc quæstio infra recurret.

Sæculum VII A. C. 614.

sia populo fuisset denunciatum, diebus Martii & Mercurii a Viris, & diebus Jovis Venerisque a fœminis adorata est.

Octiduo ante quam Jerosolyma caperetur, S. Sabæ Lauram Arabes hostiliter invaserunt, sive Persis serviebant, sive hujus belli occasione licentius grassabantur. Plerisque Monachis salutem in fuga quærentibus non plures quam quadraginta quatuor, nimirum Seniores, & qui virtutibus excellebant, remanserunt. Hi a puero Monasticum Institutum amplexi in illis Exercitationibus incanuerant. Eorum aliqui annis quinquaginta vel sexaginta ex Laura pedem non extulerant, aliqui, ex quo Monasterium ingressi fuerant, Civitatem non viderant, itaque imminente licet vitæ periculo Laura exire noluerunt. Barbari Ecclesia spoliata sanctos Senes corripiunt, & per dies aliquot crudelissime torquent, ut occultas divitias prodere cogerent; tandem vero elusæ spei succedente furore omnes fœde mutilatos occiderunt. Sancti Viri ferrum recipiebant hilari vultu & gratias agentes, qui utique jam diu ex hac vita exire, & JEsu Christo conjungi cupiebant.

Antioch. ep. ad Eust. to. 1. Auct. Bibl. PP. p. 1022.

Laura S. Sabæ.

Cæsorum corpora multis diebus jacuerunt insepulta, donec ceteri hujus Lauræ Monachi ex Arabia, quo confugerant, redeuntes ea curare cœperunt.

Illorum

Illorum unum, cui nomen Nicomedes, membra paulo ante dilectissimorum Patrum dispersa conspicientem tantus horror invasit, ut linquente animo semimortuum inde auferre necesse fuerit. Modestus Monasterii S. Theodosii Abbas collecta omnia istorum Sanctorum Corpora inter plurimas lacrymas lavit, osculatus est, & in Sepulchra Patrum suorum, preces consuetas recitans, intulit. Ecclesia horum quadraginta quatuor Sanctorum Festum 16. Maji celebrat. Tum Modestus Abbas omnes Monachos Lauræ S. Sabæ gravi oratione hortatus est, ne ex ea fugerent, sed persecutiones forti animo sustinerent. Ipsius monita secuti in Laura ferme duobus mensibus permanserunt; at increbrescente fama, Barbaros alteram incursionem moliri, in Monasterium Anastasii Abbatis, viginti stadiis seu Leuca una ab Urbe Jerosolyma dissitum, tunc temporis habitatoribus vacuum, se receperunt, & ibidem annis ferme duobus commorati sunt. Modestus Abbas Ecclesiam Jerosolymitanam Zacharia Patriarcha absente rexit, & non solum Civitatis, in qua Ecclesias igne consumtas postmodum reparavit, sed etiam Diœcesis & omnium in Deserto Monasteriorum curam suscepit.

Sæculum VII A. C. 614.

Mart. Rom. 16 *Maji.* *Boll. tom.* 14. *p.* 616.

§. XI.

Sæculum VII
A. C 614.

§. XI.

S. Joannis Eleemosynarii Charitas.

Modestus Abbas plurimum auxilii accepit a S. Joanne Eleemosynario Patriarcha Alexandrino, cujus singularis Charitas in illis calamitatibus orbi innotuit. Tota Syria a Persis devastata, quicunque hostium manus effugere potuerunt, Clerici, Laici, Magistratus, privati, & etiam Episcopi, Alexandriam confugerunt. Joannes omnes suscepit, & quotidie, quæ erant necessaria, non obstante eorum multitudine, liberali animo suppeditavit. Ubi captæ Jerosolymæ fama ad eum pervenit, virum pium nomine Cresippum cum multa pecunia, frumento, aliisque alimentis, & indumentis, illo misit, partim ut sciret, quanta esset illius Civitatis ruina, partim ut illos, qui supererant, juvaret. Rursus Theodorum Episcopum Amathuntinum, Anastasium Abbatem in Monte S. Antonii, & Gregorium Episcopum Rinocoruranum cum magna pecuniæ vi misit, ut eos, qui captivi abducti fuerant, redimerent. S. Patriarcha cunctos tanquam Fratres recipiens neminem ad se venientem repellebat. Ægrotos, vel vulneratos in Nosocomia immisit, ubi gratis curabantur, & inde non ante, quam ipsi vellent, dimittebantur. Hos ipse bis terve

vit. S. Joan. per Leont. c. 2. n. 10. ap. Boll. tom. 2. p. 500. item vita per Metaphr. c. 1. n. 6. ibid. p. 518.

terve in ſeptimana inviſebat. Illis vero, qui corporis ſanitate gaudebant, veniebantque eleemoſynam recepturi, ſingulis viris unam ſiliquam, quæ noſtræ pecuniæ comparata octo ferme ſolidis ✝✝ valebat, & mulieribus, quia debiliores ſunt, duas largiebatur. Cum non nullæ mulieres armillas aureas aliosque ornatus habentes nihilominus ſtipem rogarent, hac de re, qui diſtribuendis ſtipendiis præfecti erant, apud Patriarcham conqueſti ſunt, quibus ille voce & oculis ad ſeveritatem præter morem compoſitis reſpondit: *Si œconomi mei, vel potius JEſu Chriſti eſſe vultis, præcepto ejus: Omni autem petenti te tribue, ſimpliciter obedite. Nec Chriſtus, nec ego miniſtris curioſe ſcrutantibus indigemus. Si mea (*) eſſent, quæ erogo, forte cauſa ſuppeteret parcius dandi, nunc vero cum res Dei ſint, vult, ut in diſtributione Bonorum ſuorum ejus Mandatum ſervemus. Modicæ Fidei veſtræ particeps eſſe nolo, etiamſi enim univerſus orbis ad petendam eleemoſynam Alexandriæ congregaretur, immenſos Dei Theſauros non exhauriret.*

Quia Nilus, ut alias ſolebat, non exundaverat, ſterilis annus fuit. Cum igitur

Sæculum VII
A C. 614

v. Cang gloſſ.

✝✝ non aureis.

Luc. 6. v. 30.

c. 4. n. 22.

(*) Hæc non favent Sententiæ affirmanti, Clericos Bonorum ſuperfluorum Dominos eſſe.

Sæculum VII A.C. 614.

gitur in tanta annonæ caritate, Persas fugientium multitudo facultates Ecclesiæ consumsisset, S. Patriarcha a quibusdam piis Christianis ferme mille auri libras mutuas accepit. His quoque erogatis, quia necdum alimentorum penuria cessabat, nemo jam amplius erat, qui S. Patriarchæ pecunias mutuas dare auderet, cum quisque de se inciperet esse sollicitus. Hinc Charitate Sanctum Virum urgente, quod pauperes a se pasci solitos fame premi videret, ferventius ad Deum orabat. Tunc Civitatis Alexandrinæ incola, qui Diaconus ordinari exoptabat, quamvis esset Bigamus, opportuna occasione usurus, oblato Libello supplici (nam istud verbis & in facie Episcopi petere pudebat) ducentos modios frumenti, & centum octoginta Libras auri in subsidium pauperum daturum se pollicebatur, si se Patriarcha Diaconum ordinaret; argumentum insuper

Hebr. 7.

afferebat ex S. Pauli verbis: *Necessitatem non habere Legem.* (*) S. Patriarcha homini ad se privatim accersito dixit:

S. Joannes Eleemosynarius.

Magna offers, & opportune, sed deest pura Intentio. Deus vero, qui pauperes, Fratres meos, priusquam ego, tuque, mi-

(*) S. Pauli verba ad Hebræos huc nullatenus quadrant: *Translato enim Sacerdotio, necesse est, ut & Legis translatio fiat.*

ti fuissemus, enutrivit, sine dubio etiam futuris temporibus pascet, si modo nos præcepta ejus observemus. Sicut olim quinque panes multiplicavit, ita etiam decem modiis, qui in horreo meo supersunt, benedicere potest. His dimittit rubore confusum: moxque famulus ingreditur, nuncium afferens, quod duo magnæ molis navigia Ecclesiæ Alexandrinæ, quæ Patriarcha in Siciliam miserat frumento oneranda, portum intrassent. Vir Sanctus prostravit se in terram dicens: *Ago tibi Gratias, Domine! quod non permiseris me Servum tuum Gratiam accepta pecunia vendere.* Sæculum VII A. C. 614.

Cum ad S. Joannem relatum fuisset, Modestum Abbatem illarum rerum, quæ ad restauranda Loca Sancta erant necessariæ, penuria laborare, misit ei mille solidos aureos, frumenti modios mille, totidem leguminibus repletos, ferri libras mille, dolia mille desiccatis piscibus plena, vini dolia mille, & mille operarios Ægyptios, addita Epistola, in qua dicebat: *Ignosce, si nihil mittam, quod JEsu Christi Templis dignum sit. Utinam ego ipse ire, & ad excitandam Domum Sanctæ Resurrectionis ejus manus admovere possem!* His auxiliis Modestus Abbas Ecclesias Calvariæ, Resurrectionis, & Crucis reparavit, Ecclesiam autem Ascen- *c. 6. n. 33.* *Antioch. præf.*

Sæculum VII A.C. 614. sionis, quæ Ecclesiarum Mater dicebatur, a fundamentis denuo erexit.

§. XII.

S. Joannis Eleemosynarii Regimen.

vita c. 1. n. 5 Sanctus Joannes Eleemosynarius Regimen Ecclesiæ Alexandrinæ auspicatus, convocatis omnibus Ecclesiæ Oeconomis ait: *Circuite Civitatem & Dominos meos omnes usque ad ultimum conscribite.* Admirabundi omnes quærebant, quinam essent hi Domini. Respondit: *Sunt illi,* *n. 6.* *quos vos appellatis pauperes.* Numerabantur autem Alexandriæ inopes septies mille quingenti, quibus Patriarcha singulis diebus stipem erogabat. Inter primas curas etiam habuit prohibere, ne ementes fallaci pondere aut mensura deciperentur, atque Mandatum ipsius nomine promulgatum fuit, ut res opesque illorum, qui commissæ fraudis convincerentur, Fisco adjudicarentur, inter pauperes deinde distribuendæ. Inde cognoscimus, quanta Patriarchæ Alexandrini etiam in rebus temporalibus fuerit Auctoritas. *n. 7. c. 2.* Cum comperisset, ex Ministris suis aliquos dona accipere, ut in redimendis captivis hos vel illos aliis præferrent, omnes convocavit, & omissa objurgatione salarium eorum auxit, severe prohibens, ne ab ullo homine impositerum quidquam acciperent.

Aliqui

Aliqui ex his Miniſtris, tam liberali Præſulis ſui indole capti, augmentum ſtipendii acceptare erubuerunt. Sæculum VII A. C. 614.

Sciebat quoque quosdam timore impediri, ne ſuas querelas ad ipſum deferrent, quod nunquam non Cancellarii ſeu Notarii, Eccleſiæ Defenſores, aliiqui Miniſtri circumſtarent. Id Virum Sanctum permovit, ut bis per ſeptimanam Diebus Mercurii & Veneris omnibus, qui haberent, quod quererentur, publice aures dare ſtatueret. Ante portam Eccleſiæ Sedes ei ponebatur, & ſedilia duo, pro viris doctis & piis, quibus colloquebatur, Evangelium manibus tenens; nulli vero Miniſtrorum niſi uni Defenſori adeſſe licebat, ut homines privati majore fiducia accederent. At quæ decernebat, Defenſores ſuos, & quidem priusquam cibum caperent, exequi jubebat; *Si enim*, ajebat, *Deus nobis libertatem indulget omni hora Domum ejus intrandi, & orationes noſtras offerendi, & ſi nos cito exaudiri cupimus, decet profecto ut quod nobis fieri volumus, aliis faciamus.* Quadam Die Patriarcha e Civitate egrediente, ut ad Eccleſiam Martyrum iret, mulier coram eo proſtrata juſtitiam contra generum ſuum flagitabat. Qui S. Epiſcopum comitabantur, ſuadebant, ut rem differret, donec rediiſſet; ſed ipſe reſpondit: *Quomodo ſperare poſſum, Deum*

n. 8.

S. Joannes Alexandrinus. c. 10. n. 57.

Sæculum VII A. C. 614.

preces meas exauditurum, si hanc mulierem audire differam? quis promisit, me cras victurum? Tumque ibi stans sententiam pronunciavit. Alia die, cum usque ad horam quintam, id est, undecimam antemeridianam expectasset, & nemo ejus Tribunal adiisset, obortis lacrymis recedentem, S. Sophronius submissa voce interrogavit, quæ causa flendi esset. *Hæc nempe*, respondit ille, *quia hodie habeo nihil, quod JEsu Christo pro peccatis meis offeram.* *Imo*, reposuit Sophronius, *gaudendi causam habes, quod gregi tuo pacem & concordiam tam feliciter procuraveris, ut Angelorum instar sine jurgiis conversentur.*

t. 2. n. 9.

S. Joannes sacram Scripturam non ad ostentationem, sed ad formandos mores, assidue meditabatur. Ipso præsente nunquam inutilia proferre licebat; sed sermo erat vel de rebus necessariis agendis, vel facta Sanctorum narrabantur, vel explicabatur aliquis S. Scripturæ locus, vel dogma ad refellendos plurimos Hæreticos, quibus illa Regio inficiebatur. Dum quis famæ alterius detrahebat, S. Patriarcha solerter sermonem ad alia convertebat, si tamen obtrectari non cessabat, tunc quidem tacebat, sed illi, cui portæ custodia illa septimana erat demandata, præcipiebat, ut hominem istum, si alia vice rediret, a Domo arceret. Nulla re

t. 8. n. 43. 44. &c.

re magis oblectabatur, quam exempla Charitatis pauperibus exhibitæ auscultando. Sæculum VII A. C. 614.

Tandem Joanne Moscho & Sophronio notissimæ Probitatis Monachis familiarissime utebatur. Hos tanquam Patres suos reverebatur, in cunctis obediebat, & cum essent doctissimi, eorum operam ad oppugnandos Severianos aliosque Hæreticos non sine fructu adhibebat; quippe eorum labore effectum, ut plurima Oppida, Ecclesiæ, & Monasteria ab Hæresi liberarentur. S. Patriarcha populos suos sollicite hortari solebat, ne unquam cum Hæreticis communicarent, etiamsi ideo tota sua vita Communione Catholica privari necesse esset; nempe libertate Religionis opera exercendi in illis locis, ubi Hæretici dominabantur. *Hac in re*, inquiebat, *homo Orthodoxus comparandus est Marito, cui, quamvis longissimo tempore ab uxore absit, non tamen aliam accipere licet.* c. 10. n. 66. S. Joannes Patriarcha. c. 13. n. 83. n. 79.

Quadam die videns multos lecto Evangelio de Ecclesia exire, etiam ipse exiit, & in medio ipsorum consedit. Mirantibus omnibus, dixit: *Filii mei! ubi oves sunt, ibi etiam Pastorem esse convenit. Vestri causa ad Ecclesiam descendo, nam pro me in Domo Episcopali Missam*

Sæculum VII A. C. 614. *n.* 80.

celebrare posſem. (*) Cum bis hac industria uſus eſſet, hos quorumdam Alexandrinorum mores emendavit. Quando in Eccleſia garrientes conſpiciebat, publice arguebat, & ejiciebat dicens: *Si ad orandum veniſtis, orate, ſi ad aliud faciendum, ſcitote, quod ſcriptum ſit:* *Matt.* 21. 13. *Domus mea, Domus Orationis vocabitur.* *c.* 9. *n.* 50. *c.* 12. *n.* 73. De Oratorio domeſtico S. Patriarchæ bis præterea mentio fit; imo apparet, quod in eo non nunquam cum unico Miniſtro in præſentia unius Laici celebraverit. Credibile eſt, omnes Epiſcopos jam illa ætate ejusmodi Oratoria habuiſſe, atque hujus rei exemplum Sæculo IV. in Vita S. Gregorii Nazianzeni Patris vidimus. *Sup. l. XVI. n.* 16. *c.* 13. *n.* 87. S. Joannes Eleemoſynarius ad Ordinem Presbyteratus promovit quemdam Lectorem, qui calceos faciebat, ſuo labore liberos, quos magno numero habebat, Uxorem, Patrem & Matrem alebat, & nihilominus ſuo tempore in Eccleſia ſedulo miniſtrabat. Inde diſpicimus Alexandriæ Clericos, uxores habentes, & Artifices extitiſſe.

Vir Sanctus Monachos ſingulari honore proſequebatur, nec illi placebant, qui

(*) Da ſieht man wiederum ein Zeugniß, daß man im Alterthum ſtille Meſſen geleſen habe, und wird unſer proteſtantiſche Ueberſetzer auf ein neues beſchämet mit ſeinem elenden Geſchwätz: Man hat nichts gewußt von einer ſolchen Meſſe.

qui mala de quibusdam Cœnobitis referebant, cum jam semel a calumniatore fuisset deceptus. Hospitium solis Monachis peregrinis suscipiendis destinatum extruxit. Monasteria quoque duo prope duo Oratoria, quæ in honorem S. Virginis & S. Joannis ædificaverat, fundavit, iisque agros paternæ suæ Hæreditatis adscripsit. Ad hos Monachos dicebat: *Ego corporum necessitatibus providebo, vos pro mea Salute orate. Preces vespertinas & nocturnas pro me, illas vero, quas de die in Cellulis vestris peragitis, pro vobismet ipsis Deo offerte.* Ita scilicet supplere volebat, quod ipse neglexerat, cum vitam Monasticam nunquam duxisset. Monasteriorum istorum exemplo excitati Sæculares noctu orare cœperunt in diversis locis Civitatis, quæ magnum Monasterium referebat. Id ego de Civitate Amathunte in Insula Cyro, in qua natus erat, accipio. Item Peregrinis, Senibus, ægrotantibus Hospitia extruxerat. Quanta Ecclesiæ Alexandrinæ opulentia fuerit, æstimari potest ex jactura, quam unica die passa est, dum tredecim naves, singulas decem modiorum millibus oneratas amisit, & ex eo, quod S. Patriarcha, cum ordinaretur, octies mille auri libras in ærario Episcopali invenerit. Unde facilius adhibere fidem possumus Scriptoribus

Sæculum VII A. C. 614.

c. 8. n. 47.
c. 13. n. 82.

Monachos diligit.

c. 14. n. 91.
c. 9. n. 52.
n. 83. n. 55.

c. 14. n. 90.

Sæculum VII A. C. 614.

narrantibus, eum immensas eleemosynas largitum fuisse, & contra communis prudentiæ regulas gavisum fuisse, si pecunias perderet, ut animi ab avaritia alieni argumentum & patientiæ exemplum daret.

n. 13. 63. 71.

c. 6. *n.* 34.

Interim S. Patriarcha in mediis divitiis pauperem vitam degebat, cubabat in vulgari lectulo & stragulis laneis laceratis cooperiebatur. Vir dives ei aliquando aliud operimentum & pretiosum dono dedit, quod amore ipsius Patriarcha acceptavit; at illam deinde noctem insomnem duxit, quia memoria pauperum, quos nuditas & frigus affligeret, dormire Sanctum Virum non sinebat. Altera die illud operimentum venumdari jussit, emitque ille ipse, qui donaverat, atque alteram jam vice Episcopo donavit. Vir Sanctus illud iterum vendidit, & tertia vice ad Benefactorem hunc dixit: *Videbimus, quem nostrum prius emptionis & venditionis fastidium jubeat.*

n. 23.

Sepulchrum suum semper præparari jubebat, sed nunquam perfici, eo consilio, ut in Festis Solemnibus semper moneri posset, illud ob temporis, quo moriendum ipsi esset, incertitudinem perficiendum esse. Morbo contagioso Alexandriæ grassante, sæpe aderat, cum funera curarentur, dicens, hunc aspectum & rerum illarum, quæ nos sepulchri

c. 8. 48.

chri admonerent, esse hominibus per- Sæculum VII
quam salutarem. Sæpe expirantibus ad- A. C. 614.
stabat, & suis manibus mortuorum oculos claudebat. Presbyteros exhortabatur ut pro defunctis Collectas, id est, Missas celebrarent, atque factum aliquod narrabat prodigiosum, ut ostenderet, mortuos exinde adjuvari. (*) n. 49.

§. XIII.

Joannis Moschi Itinera.

Joannes cognomento Moschus, cujus o- *Prol. in prat. Spir.*
pera Joannes Eleemosynarius ad oppugnandos Hæreticos felici eventu usus fuit, primum vitam Monasticam in Congregatione S. Theodosii in Palæstina professus fuerat. Ab Abbate suo in Ægyptum sub auspicia Regni Tiberii Imperatoris, id est, anno circiter 578. negotiorum domesticorum causa missus, usque in Desertum Oasinum penetravit, Monachum visurus ex Cappadocia advenam, nomine Leontium, de quo multa virtutis maximæ argumenta audiverat, & qui postea animam suam dedit, *Prat. c. III.* ut

(*) Ex his liquet, S. Patriarcham credidisse, Defunctorum animas, utique non illas, quæ in Cœlo vel in Inferno existebant, precibus vivorum posse adjuvari, & quam absurdus sit Protestans noster in suis Annotationibus exclamans: Die lieben Alten haben nichts gewußt von einem Fegfeuer.

Sæculum VII A. C. 614.

ut tres alios Monachos a Barbaris captos liberaret. Joannes Moschus in Palæstinam reversus, annis decem in Laura Eliotarum mansit, tum etiam in Eremo ad oram Jordanis, & in nova Laura S. Sabæ. At fama advenientium Persarum territus, in Regione Antiochena refugium quæsivit. Inde Seleuciam, quam Orontes alluit, delatus, Theodoro Abbati, illius Civitatis Episcopo collocutus est. Monasterium quoque S. Theodosii de Rupe inter Seleuciam & Rosam Ciliciæ positum invisit. Tum in Palæstinam rediens nulla mora interjecta ad Montem *Sinai*, & inde Raitham perrexit. In Ægyptum deinde redux Alexandriæ permansit.

c. 67. 134. *Prolog.* *c.* 79.

c. 80.

c. 119. 122.

Sophronius itinerum ejus socius, Damasci natus, tantam in Litteris humanis Scientiam sibi comparaverat, ut passim Sophista diceretur, eratque Joanni Moscho amicitia conjunctissimus, priusquam Sæculo renunciassent. Postquam ambo apud Gregorium Abbatem S. Theodosii commorati fuissent, Alexandriam venerunt. Quamvis Barbarorum incursio Monachos Scetienses in diversa sparsisset, Joannes & Sophronius tamen non nullos hinc & inde invenerunt, qui ipsis singularia virtutum opera inter illos Monachos exerceri solita enarrarunt. Theodorus Abbas eis referebat, aliquos ex illis

c. 9. 33. *Bol.* II. *Mart.* *p.* 65.

Monachorum Vita.

Prat. *c.* 69. 77. 110. *c.* 152. *c.* 54.

illis nunquam cibum capere, nisi quando alius eos inviseret, idcirco, adjiciebat, *singulis diebus Sabbati quemdam Senem nomine Ammonium vicinum meum visebam, ut illa saltem die comederet. Joannes Abbas de Rupe ad eos dixit: cum annis juvenilibus in Scetiensi Eremo commorarer, & quidam Patrum esset lienosus, in remedium hujus mali parum aceti in omnibus quatuor Lauris, in quibus ferme ter mille quingenti Monachi habitabant, quæsivimus, & invenire non potuimus. Tanta erat eorum paupertas.* Sæculum VII A. C. 614. c. 113.

Joannes & Sophronius in Thebaidem quoque profecti, prope Urbem *Lycos* dictam viderunt montem, ubi multi Monachi partim in antris, partim in Cellulis degebant. Antinoi conversionem prodigiosam Principis latronum, cui nomen David, audierunt. Alexandriæ Palladium Abbatem Thessalonicensem; item Theodorum Philosophum, Zoilum Lectorem, & Cosmum Sophistam, id est, virum doctum, vitam admodum pauperem ducentes, & in omni virtutum Christianarum genere exercitatos viserunt. Prope Alexandriam Joannem Abbatem Evnuchum, vitam Monasticam jam annis octoginta profitentem & quosdam alios Anachoretas vitæ Sanctitate celebres adierunt. Itaque idem Monasticæ vitæ fervor, quem ante annos ducen- c. 44. 161. c. 143. c. 69. 70. c. 171. 172. c. 145. 184. *Sup. L. XX.* n. 3. 4. &c.

Sæculum VII A. C. 614.

centos Cassianus observaverat, in Ægypto conservabatur.

§. XIV.

Concilium Parisiense.

To. 5. *Conc. p.* 1649.

Anno eodem, quo Jerosolyma capta, nimirum 614. Parisiis Synodus omnium Provinciarum Galliæ nuper sub Rege Clotario unitarum celebrata est. Episcopi Regis mandato congregati quindecim Canones condiderunt, quorum primus præcipit, ut in locum Episcopi defuncti ille ordinetur, quem Metropolita cum suis Suffraganeis, Clerici, & illius Civitatis Populus gratis elegerint. Si vel alicujus potentia vel negligentia aliter

c. 2. factum fuerit, nulla sit Electio. Hic Canon illuc præcipue collineat, ut potestas Regum, quam in Electione Episcoporum usurpabant, coerceretur. Nullus Episcopus Successorem sibi eligat. Nemo in Sedem viventis collocari affectet, nisi

c. 3. casu existente, quo Ecclesiæ suæ amplius præesse non posset, ut si in morbum insanabilem inciderit, aut ob admissum cri-

c. 4. men depositus fuerit. Nullus Clericorum ad Principem vel alium Virum potentem contempto Episcopo confugiat. Nullus Judex Clericum sine consensu sui Episcopi puniat, vel condemnet.

Mortuo Episcopo, Presbytero, aut alio Clerico nemo neque ex Principis Man-

Mandato, neque Judicis Auctoritate Bona Ecclesiæ aut ipsorum propria occupet, sed ab Archidiacono & Clericis custodiantur, donec cognitum fuerit, quid de illis defunctus decreverit. Aliunde prohibitum est, ne Episcopus aut Archidiaconus post obitum Abbatis, Presbyteri, vel alterius Clerici Titularis, ea, quæ Ecclesiæ suæ legarunt, sub prætextu Bona Diœcesis aut Episcopi augendi invadat. Omnes Donationes ab Episcopis & Clericis factæ Ecclesiis valeant, etiamsi omnes formulæ in Jure præscriptæ non fuissent observatæ. Episcopi alter alterius Bona non usurpent, multo minus Sæculares Clericorum Bona sub prætextu Defensionis, aut quod Regna divisa sint, usurpent. Cum Francia jam ex integro Sæculo in plura Regna fuisset divisa, & nunc fortuna in unius Clotarii potestatem omnia contulisset, Concilii Patres præteriti temporis abusus tollere, & Bonorum Ecclesiasticorum conservationi prospicere voluerunt. Cavetur, ne Judæis quocunque demum munere publico inter Christianos fungi liceat, & si tamen fecerint, Baptismi Gratiam ab Episcopis illorum locorum, ubi fuerint, cum tota sua familia accipient. Istud Decretum vel simplex comminatio est, vel ita est accipiendum, quod Judæus Munus publicum in se suscipiens pro converso

Sæculum VII
A.C. 614.

c. 7.

c. 8.

V. Coint. an. 614. *n.* 28.

c. 15.

Sæculum VII A. C. 614.

versō habendus sit. Sisebutus Visigothorum Rex in Hispania anno sequente 615. Regni sui quarto, Judæos omnes, illis exceptis, qui ad Francos transfugerunt, ad Fidem converti compulit. Concilio huic Parisiensi Episcopi septuaginta novem subscripserunt; unde dispicimus, inter illa, quæ hactenus in Galliis celebrata legimus, fuisse frequentissimum.

V. Coint. an. 591. n. 13. Sup. Lib. XXXV. n. 21. App. ad Marii Chro.

Rex Clotarius edito Rescripto hos Canones observari jussit, additis tamen quibusdam conditionibus. Ad Canonem primum adjicit, Episcopum ab Episcopis Clericis & populo electum ex Mandato Principis esse ordinandum, & si ex Palatio fuerit assumtus, ob sola merita esse ordinandum. In hoc Rescripto plures Canones fusius explicantur; aliqua etiam statuuntur, quæ in ipsis Decretis Concilii non legimus, unde conjicere est, quod omnia non habeamus. Verum quidem est, quod statuta addita vix alia, quam negotia Sæcularia respiciant. In fine dicitur, hoc Rescriptum ex consilio Episcoporum, Optimatum, aliorumque virorum Regi fidorum in Synodo fuisse editum. Ceterum Parisiis 15. Cal. Nov. anno Regni ejus 31. id est, 18. Octob. anno 614. datum est. Hi Canones & adjectum Rescriptum in aliquo Concilio paulo post celebrato, cujus tempus & locus exacte non sciuntur, confirmata.

Tom. 5. Conc. p. 1655.

§. XV.

§. XV.

Sæculum VII
A. C. 614.

Viri Sancti in Aula Clotarii.

Rex Clotarius illa ætate non nullos Viros Sanctitate conſpicuos in Aula ſua habebat, quales erant S. Arnulphus, S. Romaricus, S. Deſiderius, S. Faro, & S. Goericus. S. Arnulphus ex Gente Francorum nobiliſſimis & opulentiſſimis Parentibus natus, puer litteris humanis apprime imbutus, ad Theodeberti Aulam miſſus, & Giundulfi Palatio Præfecti regimini traditus eſt, ubi in arte res bene gerendi ita profecit, ut brevi ſecundum a Rege gradum obtineret, & adminiſtrandis ſex Dynaſtiis, quibus viri ſex Domeſtici dicti antea præficiebantur, ſolus ſufficeret. Rei bellicæ quoque peritus erat, & hæc non oberant, quin nihilominus ſæpe orationi vacaret, jejunaret, & pauperibus opitularetur. Conjugem ſibi elegit Virginem nobili proſapia ortam, Dodam nomine, ex qua duos filios Clodulfum & Anſegiſum ſuſcepit. Arnulphus familiari conſuetudini Romarici viri potentis & eidem Regi Theodeberto addicti adſueverat, & ambo propoſitum ſibi habebant, relinquere omnia, & ad Monaſterium Lerinenſe convolare; ſed Deus de his viris aliud decreverat.

Act. SS. Ben tom. 2. p. 150.

Ambo ad Servitium Clotarii Regis

Sæculum VII A. C. 614.

transierunt; cumque anno primo, quo toti Franciæ imperavit, Sedes Metensis defuncto Papulo vacasset, populo una voce S. Arnulphum in Episcopum sibi postulante Episcopatum suscipere, quamvis laicus esset, compellitur. Id anno 614. factum credunt. Doda Treviros se recepit, & Sanctimonialium velamen expetiit. S. Arnulphus etiam postquam ad Episcopi munus assumtus fuit, Aulam Regis Clotarii, nemini Rege excepto secundus, sequebatur invitus; at multo largior quam antea in egenos fuit; unde factum, ut pauperes etiam ex remotis Regionibus ad eum confluerent. Quandoque integro triduo nullum omnino cibum capiebat, nec alia alimenta quam panem ex hordeo & aquam sumebat. Sub vestibus autem semper cilicium gestabat.

ib. p. 417. V. S. Rom. n. 4.

ib. p. 1044. V. S. Clod. n. 2.

Coint. a. 614. n. 39. n. 38.

S. Goericus cognomento Abdon S. Arnulpho sanguinis propinquitate junctus eidem in Episcopatu Metensi successit. Dum in Aula Regis Clotarii versaretur, amicitiam impense colebat Sancti Desiderii Ærario Regis præfecti, Albigæ nati, qui in eadem Aula duos Fratres Rusticum & Syagrium habebat. Eorum Nomina satis produnt, Romanos fuisse. S. Desiderius Vir doctus, rebus gerendis aptus, laboris amans, nunquam otiosus, cum Monachis & Viris Pietate insignibus conversari amabat.

S. Faro

S. Faro filius erat Chagnerici Optimatis, pii illius Viri, qui S. Columbanum in Regionem Brianam proficiscentem susceperat. Is cum primum in Aula Theodeberti servivisset, deinde secutus est Regem Clotarium, cui a consiliis fuit, & omnium afflictorum refugium. Frater ejus Chagnoaldus Luxovii Monachus & deinde Episcopus Laodunensis fuit. Soror eorum S. Fara ab infantia manibus S. Columbani Deo consecrata Monasterium fundavit, dictum tunc Eboriacum, cujus prima Abbatissa extitit, & hodie adhuc florens Faræmonasterium appellatur. Hanc Sanctam Fœminam Veteres Burgundoforam, seu nobilem ex Burgundia, appellabant.

Sæculum VII
A. C. 614.

Act. SS. t. 2. p. 612. Sup. n. 7.

Act. SS. t. 2. p. 438. Sup. II.

§. XVI.

S. Lupus Senonensis.

Sanctus Lupus Archiepiscopus Senonensis Sigerici junioris Partes, mortuo Theodorico Parente ejus, quamdiu potuit, defendit; cumque Clotarius Burgundiæ possessionem capiens misisset copias, quæ Civitatem Senonensem invaderent, S. Lupus Ecclesiam Cathedralem S. Stephano dedicatam ingressus campanam pulsavit, ut concurreret populus, quo facto milites tantus terror turbavit, ut nihil nisi fugam cogitarent. Burgundia tamen in potestatem suam redacta

V. ap. Sur. t. Sept. Coint. an. 613. n. 4.

Sæculum VII A. C. 616.

Clotarius Farulfum misit, ut suo nomine Provinciam regeret. Cum ille Senonibus appropinquaret, indignabatur, quod Archiepiscopum sibi obvium cum donis non haberet, & ingressus S. Virum torvis oculis intuebatur; at S. Lupus ad eum dixit: *Episcopi est, Fideles populos regere, & Principes hujus Sæculi Præcepta Dei docere, hinc magis decet, ut illi ad Episcopos accedant.* His verbis Farulfus multo magis irritatus, multa apud Regem de Viro Sancto mentitus est, calumniantem adjuvante Medegisilo Monasterii S. Remigii in Suburbanis Senonum Abbate, qui, si S. Lupus pelleretur, Archiepiscopatum sperabat.

Rex Clotarius his fraudibus deceptus S. Lupum Ausenam, Pagum agri Vimesini ad Brelam amnem, in exilium misit, quo a Duce Pagano, cui nomen Landegisilus, deductus est. S. Episcopus illuc perveniens, profana Templa invenit, in quibus illius Regionis Incolæ falsis Diis serviebant, credidit que, se ideo a Deo missum, ut hunc populum converteret, quod S. Viro non modicum exilii solatium fuit. Nec id frustra auguratus est, nam cum alicui homini cœco lumen reddidisset, hoc facto Landegisilum ad Christum convertit, & cum multis de Francorum exercitu militibus, qui adhucdum infideles erant, baptizavit. Interim Cives

ves Senonenſes cariſſimi Paſtoris ſui ſiniſtra ſorte in furorem acti Medegiſilum Abbatem in ipſa Eccleſia S. Remigii interficiunt. Ita calumniarum in S. Lupum Auctor dignas proditionis pœnas dedit. Deinde Archidiaconum Ragnegiſilum rogarunt, ut Vinebaldum ad S. Lupum Trecis Abbatem vitæ Sanctitate celeberrimum adiret, & perſuaderet, ut ipſe a Rege Clotario S. Lupi Senonenſis reditum poſtularet. S. Vinebaldus ad Regem, qui tunc apud Rothomagum morabatur, delatus, non ſolum S. Lupo, ſed etiam pluribus aliis, quos Regis Duces Comitesque in vinculis detinebant, libertatem obtinuit. S. Lupum ab exilio reducem S. Vinebaldus in conſpectum Regis adduxit, qui, cum cerneret macilentum, & ægritudine animi vultum vitiante deformem, commiſeratione commotus calumniatoribus maledixit, S. Virum menſæ adhibuit, in terram proſtratus præteritorum veniam rogavit, & Regiis muneribus cumulatum in ſuam Eccleſiam dimiſit. S. Vinebaldus eundem usque Senones comitatus anno circiter 613. ſexta Aprilis obiit.

Sæculum VII A. C. 616.

Boll. 6. Apr. tom. 9. p. 572.

S. Lupus natus erat Aureliani ex Familia affinitate Regibus juncta, Matrem vero habebat Auſtregildam, ſeu Agiam, Sororem S. Aunacarii Epiſcopi Antiſſiodorenſis & S. Auſtreni Epiſcopi Aurelianenſis,

Sæculum VII A.C. 616.

nensis, qui Nepotis Clericis adscripti mores ita formarunt, ut Dignitatis sublimioris capax esset. Is anno 609. Artemio Archiepiscopo Senonensi successit, & obiit in prœdio Brinonensi, cujus dominium hodieque ad ejus Ecclesiam pertinet; sed Corpus ejus, ut jusserat, Senones revectum & ad pedes S. Columbæ sepultum. E vivis excessit anno 623. 1. Sept. quo die Ecclesia ipsius Memoriam colit.

Martyr. R. 1. Sept.

§. XVII.

Ecclesia Anglicana.

Interea novella Angliæ Ecclesia periculosis motibus concutiebatur. Ethelbertus Rex obiit anno 616. ab adventu S. Augustini 21., postquam annis 56. regnasset. Sanctis annumeratus est, atque Ecclesia ejus Memoriam vigesimo quarto Febr., quo mortalitatem exuit, honorat. Sepultus est in porticu S. Martini in Ecclesia Apostolorum Petri & Pauli Cantuariæ, atque Regia ejus Conjux Bertha eidem tumulo illata. Non nullas Leges ad utilitatem populi sui condiderat, in quibus nihil antiquius habebat, quam mulctas illis imponere, qui res Ecclesiæ, Episcopi vel alicujus Clerici furati fuissent. Edbaldus Filius, & ejusdem in Regno Cantii Successor, adhucdum Infidelis & tam dissolutis moribus erat, ut Concubinam aleret, quæ Patris uxor fuerat.

Bed. II. hist. c. 5. & epist. Mart. R. 24. Febr. Boll. tom. 1. p. 470.

rat. Peſſimum itaque Regis exemplum Apoſtaſiæ occaſio plurimis fuit, qui vel metu compulſi, vel, ut Parenti ejus placerent, Chriſtianam Religionem fuerant amplexi, atque ad Idolorum cultum & effrenam vivendi licentiam redierunt. Verum Rex in pœnam criminum ſæpe mente alienabatur, & a Dæmone torquebatur. Sæculum VII A. C. 616.

Saberetho ſeu Saba Saxonum Orientalium Rege, ſub idem tempus ex humanis ſublato, tres filii, qui Idolis ſerviebant, Regnum occuparunt, & palam priſtinam Religionem exercuerunt, quam vivente Patre ad tempus diſſimulaverant. Subditis quoque Deos adorandi libertatem dederunt. Nihilominus Mellitum Epiſcopum Londinenſem in Eccleſia ſub finem Miſſæ Evchariſtiam populo porrigentem conſpicientes dicebant: *Quare nobis non das panem hunc candidum, quem Sabæ Patri noſtro dare conſueveras, & etiamnum populo porrigis?* Reſpondit Epiſcopus: *Si fonte illo ablui vultis, quo Parens veſter ablutus eſt, etiam, ſicut olim ipſe, hujus Sacri Panis participes eſſe poteritis, niſi vero lavemini, non poteritis. Nolumus*, inquiebant, *in hunc fontem intrare, non opus eſt, ſed de hoc Pane comedere volumus.* Quidquid autem diceret Epiſcopus, & quamvis doceret, neceſſarium eſſe omnes Sacro fon-

Sæculum VII A. C. 616.

te lavari, priusquam in Sancto Sacrificio communicarent, ipsi furentes tandem responderunt: *Nisi rem facillimam nostri gratia feceris, non liceat tibi in Regno nostro morari.* Tum jusserunt, ut cum suis ex eorum Ditione alio migraret. Hic notandum, quod arcanum in celebrandis Mysteriis non amplius fuerit servatum, at simul etiam, quanto periculo hæc Disciplinæ Ecclesiasticæ pars neglecta fuerit. Mellitus Episcopus inde expulsus in Regnum Cantiorum se contulit cum Episcopis Laurentio & Justo deliberaturus, quid factu opus esset. Statueruntque unanimi consensu, præstare in patriam redire, & ibi libere Deo servire, quam inter rebelles Fidei Barbaros operam perdere. Mellitus & Justus priores discesserunt, trajeceruntque in Galliam, rerum eventum expectaturi. Tribus illis Regibus haud multo post in pugna adversus Nationem Genissorum occisis, populi nihilominus in Idololatria perseverarunt.

Bed. II. c. 6. Laurentius relicta Britannia Mellitum & Justum insecuturus, pridie quam discederet, stratum sibi Cantuariæ in Ecclesia Apostolorum parari jussit; ubi postquam diu pro Ecclesia, quam relinquebat, inter lacrymas ad Deum orasset, lectulo incumbens obdormivit. Tunc vero adest S. Petrus, qui eum ad multam

tam noctem flagellis acerbissime cædens voce terribili interrogabat: *Cur gregem, quem tibi credidi, deseris? cui Pastori bas oves in medio luporum positas relinquis? an mei oblitus es exempli, qui pro parvulis mihi a JEsu Christo commissis vincula, verbera, carceres, mortem denique ipsam, & mortem Crucis pertuli?* Hisce exhortationibus animatus Laurentius mane Regem adit, rejectoque vestimento plagarum ei stigmata ostendit. Obstupescenti & interroganti, quis Episcopum cædere ausus fuisset, respondit Laurentius: *A S. Petro propter Salutem tuam in hunc modum cæsus sum.* His auditis perterritus Rex Idololatriam & conjugium incestum abjuravit, JEsu Christi Fidem & Baptismum accepit, atque veram Religionem exinde omnibus viribus propagavit. In Galliam quoque misit, qui Mellitum & Justum revocarent, & ad suas Ecclesias dimissos veram Religionem liberrime prædicare jussit. Redierunt igitur uno, postquam in Galliam navigaverant, anno. Justus ad Urbem Rossensem, pristinam Sedem suam, reversus est; sed Londinenses Mellitum recipere detrectantes Idolorum Pontificibus parere maluerunt; nec Edbaldi Regis tanta, quanta olim Parentis ejus, erat Auctoritas, ut nolentes ad recipiendum Episcopum compellere posset; ipse vero

Sæculum VI. A. C. 616.

S. Laurentius Cæsus.

Sæculum VII A. C. 617.

a tempore converſionis ſuæ ſemper cum populo ſuo Deo ſerviit, & in Monaſterio S. Petri Cantuariæ Eccleſiam Sanctæ Virginis extruxit, quam Mellitus Archiepiſcopus conſecravit; nam Laurentius haud diu, poſtquam fuiſſet reſtitutus, Regnum Cœleſte conſcendit, atque penes S. Auguſtinum Anteceſſorem ſuum in Eccleſia S. Petri ſecundo die Februarii anno 619. ſepultus eſt. Mellitus prius Epiſcopus Londinenſis ei in Sede Dorvernienſi ſeu Cantuarienſi, cujus tertius Epiſcopus fuit, ſucceſſit. Juſtus interea Eccleſiam Roffenſem gubernans accepit Epiſtolas Bonifacii V. Papæ, qui Deusdedit ſucceſſerat, quibus eum & Laurentium exhortabatur, ne ſe ullis difficultatibus a cœptis pro Salute Anglorum laboribus abſterreri paterentur. Nam epiſtolæ iſtæ anno 618. Laurentio adhuc in vivis agente ſcriptæ ſunt.

Acta SS. Ben. tom. 2. p. 62. n. 9.

Deusdedit Papa fatis functus, poſtquam S. Sedem annis tribus tenuiſſet, ad S. Petrum octavo Nonas Nov. 617. ſepultus eſt. Tribus Ordinationibus Presbyteros novem, Diaconos quinque, & præterea ad diverſas Eccleſias Epiſcopos viginti novem conſecravit. Succeſſor illius fuit Bonifacius V. Neapoli natus, qui 29. Dec. eodem anno 617. ordinatus annis ſeptem ſedit.

Anaſt.

§. XVIII.

§. XVIII.

Sæculum VII
A. C. 617.

S. Joannis Eleemosynarii obitus.

Sub illud ferme tempus Joannes Moschus & Sophronius, cum ob metum Persarum Alexandria fugissent, Romam venerunt. Ipse S. Joannes Eleemosynarius videns Civitatem Persis proxime tradendam, exiit, in Cyprum Patriam suam se recepturus. Nicetas Patricius ejus amicus occasionem nactus S. Virum rogavit, ut usque Constantinopolim iret Imperatoribus, id est, Heraclio & Filio ejus benedicturus. Consensit S. Patriarcha, sed cum Rhodum perveniisset, Evnuchus (*) ei spectabilis factus est, insolito lumine coruscans, & Sceptrum aureum manu tenens, qui dixit ad eum: *Veni, Rex Regum vocat te.* Tum ipse ad Nicetam Patricium: *Tu me invitas, ut ad Imperatorem terræ eam, sed Imperator Cæli antevertit consilium tuum.* Mox ei Visum narravit, ipsoque relicto in Cyprum navigavit, & Amathuntem, ubi lucem primo aspexerat, pervenit. Ibi Testamentum suum dictavit in hæc verba: *Mi Deus! Gratias tibi ago, quod orationem meam exaudiveris, & nihil possideam, quam Solidi partem tertiam, licet tempore Ordinationis meæ Alexandriæ*

Prol. pr. Spir.

Leont. c. 14. n. 89. ap. Boll. tom. 2. p. 515.

(*) Nempe illo habitu, quo Ministri, Regi a Cubiculis, esse solebant.

Sæculum VII A. C. 617.

driæ in Domo Episcopali ferme quatuor millia librarum auri acceperim, ut Summas pecuniæ innumeras, quas mihi JEsu Christi amici dederunt, silentio præteream. Itaque volo, ut istud modicum, quod mihi supereſt, Servis tuis tribuatur.

Mart. Rom. 16. *Jan.* Paulo post defunctus, sepultus est in Oratorio S. Tychonis, ejusdem Civitatis Amathuntinæ tempore Theodosii junioris Episcopi, cujus Memoriam Ecclesia 16. Junii colit. Depositum est S. Joannis Eleemosynarii Corpus in medio Corporum duorum aliorum Episcoporum, quæ, ut locum darent, utrinque se sponte inspectantibus omnibus removerunt, atque ejus Sepulchrum multis prodigiis claruit. Statim vitam ipsius scripsit Leontius Episcopus Neapolitanus, in eadem Insula Cypro existens, qui eam præcipue a Menna Ecclesiæ Alexandrinæ œconomo didicerat. Ejusdem vitam etiam Joannes Moschus & Sophronius scripserant, quæ ad nostra tempora non pervenit. S. Joannes Eleemosynarius vitam clausit in Festo S. Mennæ 11. Nov. sed Ecclesia ejus Memoriam illa die, qua translatus est, 23. Jan. celebrat. Is Sedem Alexandrinam annis decem tenuerat, & Georgium habuit Successorem. Verum ex illo tempore Historia Ecclesiæ Alexandrinæ obscurior & nobis minus nota est.

Proem.

Boll. p. 495. *Martyr. R.* 23. *Jan.*

§. XIX.

Sæculum VII. A. C. 617.

§. XIX.

Pratum Spirituale.

Joannes Moschus relicta Alexandria in Insulam Cyprum & inde Samum navigavit, tandemque Romam cum Discipulis duodecim, quorum princeps erat Sophronius, attigit. Ibi composuit Librum suum, dictum Pratum Spirituale, quasi floribus stratum, nempe miraculis aut eximiarum virtutum exemplis, quæ in suis itineribus adnotaverat. Hæc in ducenta & novendecim Capita dividuntur; sed in ordine magis materiæ, quam temporis ratio habetur. Ubique Auctores nominat, ex quorum ore ipse hæc facta didicerat, & a quibus ipsi accepissent. Stilus est simplex sed tamen acer & virilis. Facta ingenue refert, qualia narrari audivit; nullas addit Adnotationes, sed has faciendas Lectori relinquit. Omnia viam ad Perfectionem Christianam monstrant, omnia Pietatem spirant. Præterea leguntur aliqua, quæ Fidei Veritatem demonstrant, & qualis Ecclesiæ Disciplina fuerit, docent.

Prol. præsp. Phot. cod. 199. p. 120.

Joannes Abbas & Presbyter, postea Episcopus Cæsariensis, S. Spiritum hora Sacrificii in Altare descendentem conspicere adsueverat. In quodam Pago Ciliciæ Presbyter degebat, cui eadem hæc Gratia concedebatur, nec adduci poterat,

c. 27.

Sæculum VII rat, ut prius celebrandi initium faceret,
A. C. 617. quam S. Spiritum in Altare descenden-
tem vidisset; hinc contra præcepta Ca-
c. 196. nonum non nunquam usque ad horam nonam Missam differebat. In Syria extra Civitatem Apamiensem pueri, quibus gregum custodia commissa erat, colludentes Sacra Mysteria exhibere voluerunt. Grande saxum politum pro Altari fuit, unus ex illis, Verborum ad Oblationem pronunciari solitorum gnarus Sacerdotem, & duo alii Diaconos agebant. Inde autem pueri has preces didicerant, quia in Ecclesia infantes proximi Altari stabant, primi post Clericos communicabant, & in quibusdam locis Sacerdotes Verba Consecrationis intelligibili voce pronunciabant. Itaque pueri positis supra lapidem panibus, & vino in vase, omnia juxta consuetudinem Ecclesiæ peregerunt. Ecce vero! antequam panes frangerent, descendens ignis de Cœlo non Oblationem modo, sed etiam ipsum lapidem consumsit, & pueris præ terrore in terram collapsis altera demum die mens sensusque redierunt. Re ad Episcopum delata Monasterium in loco, quo Portentum visum fuerat, ædificavit, & in eo memoratos adolescentes educari jussit.

c. 89. Haud procul Ægina in Cilicia duo Stylites unus Catholicus & alter Severianus

nus versabantur. Catholicus alterum rogavit, ut sibi Evchariſtiam ſuæ Communionis mitteret, quam miſit Severianus gaudens; putabat enim ſe Catholicum ad Sectam ſuam pertraxiſſe. Catholicus acceptam Evchariſtiam in ollam ferventem immiſit, ubi protinus ſoluta eſt. Tum immiſit Particulam Evchariſtiæ Catholicæ, quæ ſtatim refrigeſcente aqua non ſolum integra permanſit, ſed ne quidem immaduit. Vir quidam nomine Iſidorus, ex eadem Severianorum Secta, cum uxorem ſuam Evchariſtiam Catholicorum a muliere vicina accipientem deprehendiſſet, manus in uxoris fauces injiciens, pavidam ad evomendam Particulam adegit, quam projecit in lutum; ſed eam mox fulgur abſtulit. Poſt biduum objectus eſt ei Æthiops centonibus tectus, qui ad eum dicebat: *Nos ambo ad idem ſupplicium damnati ſumus; ille ego ſum, qui JEſum Chriſtum in maxilla percuſſi.* Iſidorus Monachum induit, & quoad vixit, peccatum ſuum deflere non ceſſavit. Ex his hiſtoriis ſaltem probatur, quænam Joannis Moſchi circa Evchariſtiam fides fuerit.

Sæculum VII A.C. 617.

c. 20.

Circa Baptismum mentionem facit cujusdam S. Monachi in Palæſtina, qui cum eſſet Presbyter, eique Baptizandi munus eſſet demandatum, adduci non poterat, ut in fœminis unctiones conſuetas

c. 3.

Sæculum VII A. C. 617.

suetas adhiberet. Unde videmus, Græcos jam illa ætate, quod hodieque observant, plures corporis partes unxisse; nam ante Baptismum frontem, pectus, scapulas, aures, pedes, manusque baptizandi oleo ungunt, & post Baptismum fronti, oculis, naribus, ori, pectori, manibus, pedibusque Sacrum Chrisma adhibent.

Euchol. Acolouth. bapt. fol. 63.

c. 176. Juvenibus decem in Deserto Palæstinæ iter facientibus, unus eorum Religione Judæus in via defecit, & auguratus, se statim moriturum, socios obtestabatur, ut sibi Baptismum conferrent. Tunc itineris comites dicere: *Laici sumus, &, quod præcipue obstat, aquam non habemus.* Ipso nihilominus instantissime Baptismum petente unus eorum, cui nomen Philoponus, jussit ipsum vestibus exui & stantem sustineri; tum ter in caput ejus arenam infudit, formulam Baptismi juxta Græcorum Ritum pronuncians. Judæus protinus corporis sanitati restitutus est. Ubi Ascalonem pervenerunt, rem, ut contigerat, narrarunt Episcopo, qui convocatis Clericis Quæstionem maturo examini subjecit, an ratus habendus esset Baptismus, quem Deus sanitate huic homini prodigiose concessa approbasse videbatur. In eam omnes sententiam iverunt, nullum in Sacra Scriptura aut in Patribus locum inveniri;

niri, cujus Auctoritate ejusmodi Baptismus validus credi posset. Itaque Episcopus Judæum ad Fluvium Jordanem misit, ibi baptizandum; Philoponum vero Diaconum ordinavit. Ex alia narratione dispicitur, Patrinos se Baptismi Vades præbuisse, si baptizati erant homines ignoti, aut quorum Conversio suspecta esse merebatur. Sæculum VI. A. C. 619. c. 207.

§. XX.

Joannis Moschi & S. Anastasii Sinaitæ obitus.

Joannes Moschus Pratum suum Spirituale ad Carissimum sibi Discipulum Sophronium direxit; hinc sub illius nomine citatur, estque verisimile, in hoc opere non modicas Sophronii partes fuisse. Istud igitur amicitiæ pignus Joannes decedens ei reliquit, & in mandatis dedit, ne corpus suum Romæ relinqueret, sed in arcula lignea abveheret, & in monte Sinai cum Monachis illius loci sepeliret. Si Barbarorum incursiones corpus in locum tam remotum transferri non permitterent, in Monasterio S. Theodosii, ubi primo renunciaverat Sæculo, se sepeliret. Jussa perfecit Sophronius, & Roma cum undecim Joannis Discipulis profectus, Ascalonem delatus est, ubi fama accepit, viam ad montem Sinai fervente Arabum Seditione nullatenus *Prolog.*

Sæculum VII A. C. 619.

esse apertam. Igitur sub initium Indictionis octavæ, id est, Mense Septembri anno 619. Jerosolymam venit, atque Abbate S. Theodosii consentiente Beati Joannis Corpus in illud Monasterium transtulit.

Boll. 21. Apt. 10. p. 850.

Eodem ferme tempore ex hoc Sæculo migravit S. Anastasius Sinaita editis libris celeberrimus, quorum præcipuus est *Hodegos*, seu Regula, ubi Methodus contra Hæreticos, præsertim contra Acephalos, disputandi traditur. Supersunt etiam ipsius Libri undecim de Considerationibus Anagogicis in Creationem Mundi, Libri quinque Dogmatici de Theologia, & non nulli Sermones. S. Anastasius, de quo hic sermo est, a S. Anastasio Patriarcha Antiocheno, qui annis abhinc viginti nempe anno circiter 598. decesserat, discernendus est.

Bibl. PP. t. 1. p. 147. p. 293. Auct. Bibl. t. 1. p. 882. Sup. Lib. XXXVI. n. 26

§. XXI.

Concilium Hispalense Secundum.

To. 5. Conc. p. 1663.

In Hispania Concilium Hispali sub Sisebuto Rege 13. Novemb. anno 619. Æra 657. celebratum. Locus Conventus fuit Secretarium Ecclesiæ, quæ Jerosolyma dicebatur, atque Episcopi octo, omnes ex Provincia Bœtica, inter quos S. Isidorus Archiepiscopus Hispalensis eminebat, adfuerunt. Clerici quoque illius Civitatis, & duo Viri Sæculares ex ordine

ordine Illuſtriſſimorum, Siſiclus Provin- Sæculum VII
ciæ Rector, & Suanila Procurator Fiſci A. C. 619.
intererant. Hujus Concilii Decreta in Actiones tredecim ſeu Capitula, habita materiæ ratione, dividuntur; omnia vero in tribus Seſſionibus confecta. Occaſione cauſarum particularium Regulæ univerſales traduntur.

Theodulfus Epiſcopus Malacanus que- *Act.* 1.
rebatur, quod tres Epiſcopi vicini inter tumultus bellicos aliquas Eccleſias ſuæ Diœceſis occupaſſent. His auditis decreverunt Patres; cuilibet Eccleſiæ Cathedrali omnia illa eſſe reſtituenda, quæcunque ante hoſtiles incurſus ſe poſſediſſe probaverit, nec locum eſſe præſcriptioni, cum bello prohibente Epiſcopus *Act.* 1.
agere non potuerit. Si bellum non obſtet, ſtatutum, ut Præſcriptio 30. annorum ſecundum Edicta Principum & SS. Pontificum Decreta locum habeat, quando duo Epiſcopi de poſſeſſione minorum Eccleſiarum litigabunt. Hæc in Cauſa Fulgentii Aſtigitani & Honorii Cordubenſis de terminis ſuarum Eccleſiarum diſceptantium decreta, & Mandatarii miſſi, qui loca præſentes viſerent.

Aliquis Epiſcopus oculis laborans uni *Act.* 5.
Presbytero & Diaconis duobus manum impoſuerat, & Benedictionem, id eſt, Formulam Ordinationis ab alio Presbytero pronunciari juſſerat, credens, ſe eos

Sæculum VII A.C. 619.

rite ordinasse. Patres declararunt, ejusmodi Ordinationes esse nullas. Nullus Episcopus Presbyterum aut Diaconum extra Concilium deponere possit, quamvis solus ordinare possit. Presbyteri, etiam accedente Mandato Episcopi, Altaria aut Ecclesias consecrare, Presbyteros aut Diaconos ordinare, consecrare Virgines, Fidelibus baptizatis, aut ab Hæresi conversis manus imponere & ipsis Spiritum Sanctum dare, id est, confirmare, Sacrum Chrisma conficere, aut baptizatos in fronte ungere, Pœnitentem in Missa publice reconciliare, Epistolas formatas seu Ecclesiasticas dare, non possint. Hæc omnia Episcopis reservantur. Hodie aliquas ex his Functionibus peragendi facultas Presbyteris communicata est. Presbyter, præsente Episcopo, non nisi jussus, sequentia faciat: non intret in Baptisterium, non baptizet, Catechumenum non suscipiat, Pœnitentes non reconciliet, Evchariſtiam non consecret, non concionetur, Populo Benedictionem non impertiatur, aut salutem dicat. Quilibet Episcopus Oeconomum ex numero Clericorum suorum secundum Decreta Concilii Calcedonensis sibi deligat. Sed prohibetur, ne Clericis committatur istud munus, quo præditus quodammodo Episcopi Vicarius erat, & Jurisdictionis aliquam partem capie-

Act. 6.

Act. 7.

Canones Concilii Hispalensis.

Act. Can. 26. *Chalc. Sup. l.* XXIII. *n.* 29

capiebat. Rursus Episcopis prohibetur, ne soli Bona Ecclesiæ administrent, ita ut Oeconomum non habeant, qui Administrationis testis sit. Præterea legitur, Laicos a Clericis vestitu fuisse distinctos. Sæculum VII A. C. 619.

In Provincia Bœtica magnus erat Monasteriorum numerus; hinc Episcopi, rogati ab Abbatibus, statuunt, ut nova Monasteria pariter ac antiqua conserventur, & aliqua vel opprimere, vel Bonis suis privare Episcopis non liceat. Act. 10.

Monasteriis Virginum Monachi præsint, ita tamen ut eorum Cellæ a fœminis sint remotæ, & ne quidem in illarum vestibulum intrent, solo Abbate excepto, & illo, qui Sanctimonialibus præpositus est. Uni ceterarum Rectrici loquatur præsentibus tamen duabus, tribusve Sororibus. Raro ad eas invisat, & breve sit colloquium. Probatissimæ vitæ Monachus ex arbitrio Episcopi eligatur, qui fundorum, domorum, ædificiorum, rerumque omnium, quæ fœminis necessariæ sunt, curam gerat; ipsæ vero de Salute animarum suarum sollicitæ sint, solo Dei Servitio occupentur, & operibus manuum, quibus & illud adnumeratur, ut vestimenta Monachorum contexant, qui eas adjuvant. Act. 11.

In hoc Concilium venit aliquis Episcopus Syru sex Secta Acephalorum, qui Act. 12.

Sæculum VII A. C. 619.

distinctionem Naturarum in JEsu Christo negans, Divinitatem passibilem esse affirmabat. Is cum diu Episcoporum Catholicorum monitis & Doctrinæ repugnasset, tandem conversus, & ad eorum Communionem admissus est. Hinc factum, ut Patres Concilii Decretis ampiam Dissertationem, qua Hæresis illa ex Scriptura & Patribus refutatur, subjunxerint. Concilium istud inter Hispalensia secundum habetur.

Act. 13.

§. XXII.

Regula S. Isidori.

Tom. 2. *Cod. reg. p.* 198.

Novis Provinciæ Bœticæ Monasteriis, de quibus in hoc Concilio mentio fit, sine dubio accenseri debet Monasterium *Honorii*, cujus emolumento S. Isidorus Regulam suam scripsit. Ex ea videmus, Virum sanctum in hac arte versatissimum fuisse, & vitam Monasticam maximi æstimasse. Præterea ipsius Regula ad intelligentiam aliarum præsertim S. Benedicti facit.

c. 1. S. Isidorus constituit, ut Monasterium semper sit clausum, & villa a Monasterio separata. Fratrum Cellulæ prope Ecclesiam, Cella infirmorum paulo remotior, hortus intra Monasterii septa sit.

c. 4. Novitii mensibus tribus in Cella hospitum probentur. Omnia Bona sua vel pauperibus vel Monasterio donent, & dato chirographo se in Monasterio per-

man-

manſuros promittant. Illi, quos Parentes ſui obtulerint, in perpetuum obligentur. (*) Status nulla habeatur ratio, ſed ſuſcipiantur omnis Conditionis homines, & etiam Servi, ſi Domini eorum conſentiant, Viri quoque uxorem habentes, ſi modo mulier etiam ſua ex parte ſe voto Continentiæ obſtringat. Monachi ſingulis annis circa Feſtum Pentecoſtes profiteantur, quod nullam rem propriam poſſideant. Nullus ſecedat in domo ſeparata incluſus vitam acturus, ne forte ad hanc rem vel acedia vel ſuperbia impellatur. Nullus parentum ſuorum negotiis implicetur. Sæculum VII A. C. 619. c. 5.

Monachus ſecundum Præceptum S. Pauli, atque exemplum Patriarcharum, S. Joſephi, & Apoſtolorum manibus ſuis ſemper laboret. Quilibet laboret, non tantum ut ſibi ſoli, ſed etiam pauperibus alimenta procuret. Qui firma valetudine fruentes non laborant, duplici reatu obligantur, inertia, & dato pravo exemplo. Qui legere volunt, & non laborare, lectionem contemnunt, cum illa laborem præcipiat. Qui valetudinem ſimulant, ne laborare cogantur, c. 6. 2. *Theſſ.* 3. S. Iſidori Regula.

(*) Idem S. Pater noſter Regulæ ſuæ Cap. 59. de Filiis Nobilium vel pauperum quomodo ſuſcipiantur, conſtituiſſe videtur; ſed has Conſtitutiones Eccleſia non approbavit.

Sæculum VII A. C. 619.

majore commiseratione digni sunt, quam vere ægroti, quia morbo animæ inficiuntur. Tales, si eorum nequitia pateat, puniantur. Hæc Regula singulis diebus sex horas labori, & tres Lectioni assignat. Monachi in horto & præparandis cibis occupentur, agriculturam vero, & operam in extruendis ædificiis locandam, mancipiis relinquant.

c. 2. Abbas sit vir ætate matura, & in omni virtutum genere exercitatus. Ipse prior faciat, quæcunque aliis præcipit. Ter singulis septimanis Collationes habeat.

c. 6. Semper cum Congregatione sine ullo discrimine servata paupertate manducet.

c. 10. Alimenta Monachorum sint olera & legumina, atque in Festis solemnibus non nunquam præter olera etiam caro levissima, (id ego de carnibus avium intelligo) qui a carnibus & vino abstinere voluerit, liceat. Id statuitur ideo, quod adhucdum in Hispania Priscilliaristarum reliquiæ supererent. A Pentecoste usque ad initium Autumni prandeant, reliquo anni tempore tantum cœnam sumant. In Quadragesima in pane & aqua jejunent. Singulis diebus & omni tempore, excepta die Dominica,

c. 13. jejunare liceat. Monachi vestimenta linea non habeant; in vestitu nitorem non

c. 20. quærant, & sorditiem arceant. Balneo non utantur, nisi ægrotent, & necessitas postu-

Sæculum VII A. C. 619.

postulet. Omnes in uno cubiculo, si fieri possit, aut saltem in uno loco deni dormiant. Cubiculum autem semper lucerna illustretur. *c.* 14.

Monachus, etiamsi gravissime delinquat, & quotiescunque relabatur, non ejiciatur ex Monasterio, ne majori peccandi periculo exponatur, sed in Monasterio pœnitentiam agere compellatur. *c.* 15.

In hac Regula culpæ minores & graviores sigillatim enumerantur. Aliæ ex oscitantia aut infirmitate, aliæ ex malitia ortum trahunt; hæ Abbatis arbitrio puniendæ relinquuntur, illæ autem leviores trium dierum Excommunicatione expiantur. *c.* 16. *c.* 17.

Erat hæc Excommunicatio ad normam Regulæ S. Benedicti separatio a Communitate, quo tempore Monachus includebatur, & nemini se ei jungere, loqui, cum ipso orare, aut manducare licebat. Tum pœnitentiæ tempore elapso Abbas ei in Ecclesia publice Absolutionem dabat. *Sup. Lib. XXII.* §. 18.

Hæc Regula satis distincte omnium Officia in Monasterio denotat. Præpositus, quasi Mandatarius, negotia extra Monasterium gerebat. Custodi seu Sacristæ Ecclesiæ cura, alteri vestiarii & supellectilis domesticæ, Ostiario hospitum, Cellerario annonæ, horreorum, & pecoris, Hebdomadariis culinæ & mensæ, alteri horti, alteri erudiendi pueros *c.* 19.

Sæculum VII A. C. 619.

Monasterio oblatos, alteri Eleemosynas distribuendi erat demandata. Monasterium in Civitate habebat aliquam domum, in qua unus Senior cum duobus junioribus manebat. Monachus ad aliud Monasterium missus, more illorum, ad quos pervenerit, vivat, ne scandalo sit. Antequam mortui sepeliantur, pro peccatis eorum Sacrificium offeratur, & altera post Pentecosten die idem Sacrificium offeratur pro omnibus defunctis. (*) Hæc mihi in Regula S. Isidori inter cetera magis notatu digna visa sunt.

c. 22.

c. 23.

§. XXIII.

S. Helladius Toletanus.

Act. SS. Ben. to. 2. p. 136. Idelf. de vir illust. c. 7.

Sub idem tempus haud procul Toleto florebat Monasterium Agaliense, ex quo plures Episcopi, atque etiam S. Helladius, ad regendam amplissimam Ecclesiam evocati sunt. Helladius in Aula Regum Gothorum, qui Sedem Toleti fixerant, illustrissimus, & Rerum publicarum Rector, nihilominus, ut poterat, sub sæculari

(*) Ejusmodi Testimonia contra Protestantes sunt Argumenta invicta antiquissimæ in Ecclesia Consuetudinis. Ceterum hic prima vice, quod sciam, omnium Defunctorum Commemoratio expressa occurrit, quamvis credibile non sit, S. Isidorum hujus rei primum esse Auctorem, sed hunc orandi morem potius a Majoribus accepisse.

Sæculum VII A.C. 619.

cular habitu Monachorum Institutum explebat. Nam quoties negotiis se surripere poterat, ad Monasterium Agaliense convolans, remota Clientum sæculique pompa, Monachorum turmis jungebatur, & laborantes adjuvans stipularum fasciculos ad clibanum deportabat. Tandem relicto Mundo sanctam Congregationem adiit, cujus Abbas fuit, eamque non tantum sancte rexit, sed etiam divitiis cumulavit. Ex Monasterio jam annis gravis & invitus ad regendam Ecclesiam Toletanam post obitum Ausarii, qui Adelphio successerat, evocatur. Huic Sedi impositus est Sisebuto Rege circa annum 614. & annis octodecim usque ad annum 632. sedit. Episcopus majora virtutum exempla quam Monachus dedit, & inprimis Charitate in pauperes enituit. At scribere renuit, satius esse ratus, si oves sibi commissas suis operibus & exemplo informaret.

Id. c. 5.

§. XXIV.

Homiliæ S. Antiochi.

Interim in Oriente Monasteria bello Persico turbabantur. Cum anno 619. Heraclii decimo Ancyram Galatiæ Caput occupassent Persæ, unde Monasterium Attalinense haud procul aberat, Monachi cum Abbate suo Eustathio ex illa Regione migrare, & Sedem sæpe mutare coacti

Theoph. an. 10. p. 53. ep. Antiochi to. 10. Auct. Bibl. PP. p. 1021.

Sæculum VII A. C. 619.

coacti sunt, ne in manus Infidelium inciderent; quia vero in his peregrinationibus multos libros circumferre non poterant, Eustathius Abbas datis ad Antiochum Lauræ S. Sabæ in Palæstina Monachum litteris petiit, ut sibi totius S. Scripturæ Compendium componeret, quod in uno Volumine portatu facili omnia ad Salutem necessaria contineret. Simul rogavit, ut rei veritatem de morte & virtutibus Monachorum ejusdem Lauræ, crudelitate Arabum ante quinquennium occisorum, sibi perscriberet. Antiochus Eustathii Abbatis precibus satisfecit, edito Doctrinæ Moralis ex S. Scriptura excerptæ Compendio, in centum triginta Capita seu Homilias diviso, & præfixa Epistola, in qua quadraginta quatuor Monachorum Fratrum suorum Martyrium, ut supra retuli, enarrat.

Sup. n. 10.

In ultimo Capite Hæreticorum a Simone Mago usque ad suam ætatem Catalogum texit, & postremo Severianos & Jacobitas ponit. Hi nomen nacti erant a quodam Jacobo cognomento Zanzalo seu *Bardai* in Syria Monacho & Severi Discipulo, qui Hæresin Eutychis in Mesopotamia & Armenia docuit, & exinde in Syria Melchitæ dicti sunt Catholici, qui Concilium Calcedonense recipiebant; istud vero nominis idem significat ac Regii seu Cæsarei, quia nempe Catho-

p. 1245. *Niceph. XVIII hist. c.* 52. *Demet. Cyr. to.* 2. *Auct. Bibl. PP. p.* 202. *Bibl. Orient. p.* 469. *Antioch. p.* 1244.

Catholici Religionem Imperatoris tenebant. Antiochus cujusdam Athanasii Jacobitæ, Sedem Antiochenam invadere molientis, facit mentionem. In fine Operis subjungitur longa Oratio ad Deum placandum, & obtinendum auxilium, quo Christiani loca Sancta recuperarent. In Epistola ad Eustathium Abbatem Antiochus narrat, quid sibi & aliis Monachis Fratribus suis, ex quo Arabes irrupissent, acciderit, utque duobus annis in Monasterio S. Anastasii prope Jerosolymam versati fuerint; tunc autem, subjungit, *S. Abbas Modestus nobis Auctor fuit, ut ad Lauram, vetus nostrum habitaculum rediremus. Non nulli momenti obtemperarunt, alii remanserunt in Monasterio S. Anastasii sub Regimine S. Abbatis Justini, qui antea multis annis in Laura commoratus, deinde ob præclara vitæ merita Presbyter ordinatus multis Monachis in illo Asceterio congregatis Statuta in Laura observari solita custodiri curabat, unde in nullo alio Palæstinæ Monasterio Disciplinæ Regularis vigor melius conservabatur.*

Sæculum VII A. C. 619.

Sup. n. 10. p. 1023.

§. XXV.

S. Anastasius Persa.

In illo Monasterio tunc degebat Persa juvenis Neophytus. Is Magundatus vocabatur, natus in Provincia Razechensi, filius

Sæculum VII A. C. 619.

filius Magi, qui eum ab unguiculis Artem Magicam docuit. Grandior factus militiæ adscriptus est, atque illo tempore, quo Persæ Jerosolymam ceperunt, ipse in Metropoli Regni Persarum merebat. Cum audiret, allatam fuisse Crucem, cui Christianorum Deus fuisset affixus, & de ea multa prodigia referrentur, hujus Crucis Mysterium scire cupiit. Tum quosdam Fideles nactus, qui eum in fide erudierunt, cœpit hac super re meditari & dicere: *Quomodo fieri potuit, ut magnus ille Deus, qui in Cælo habitat, huc ad nos descenderet.* Quo accuratius autem Religionem edocebatur, eo magis veritate capiebatur, & Magiæ errores rejiciebat. Haud multo post cingulum posuit, & Hierapolim in superiore Syria delatus recepit se in domum cujusdam Persæ Christiani & Monetarii, qui eum Artem suam docuit. Hunc juvenis sæpe precibus fatigabat, ut curaret se baptizari; sed ille Persarum furorem metuens, rem differebat. Interim in Ecclesias eum deducebat, ubi Magundatus conspiciens Historias Martyrum, interrogabat, quid hoc esset, eorumque supplicia & miracula admirabatur. Nec diu apud Monetarium moratus, Jerosolymam iter instituit, magno Baptismi recipiendi desiderio accensus.

vit. c. 1. Boll. to. 2. p. 426. & 432.

Jero-

Jeroſolymæ Magundatus apud virum itidem Monetarium divertit, qui ad Eliam, S. Sepulchri Presbyterum, hoſpitem deduxit. Elias tanquam Deo jubente receptum Modeſto Presbytero & Sedis Jeroſolymitanæ, Zacharia Patriarcha in captivitate degente, Vicario tradidit, qui Magundatum unacum alio ab illa etiam ſuperſtitione converſo, & eodem deſiderio flagrante, Baptiſmi fonte ablui curavit. Magundato in Baptiſmo Nomen Anaſtaſius impoſitum, cumque octo primis diebus in domo Eliæ Presbyteri verſatus fuiſſet, interroganti, quod vitæ genus amplexurus eſſet, reſpondit, cupere ſe Monachum eſſe. Ergo depoſita veſte candida ſtatim Elias Neophytum ad Monaſterium S. Anaſtaſii, quatuor milliariis Jeroſolyma diſſitum perduxit, & in manus Juſtini Abbatis tradidit. Is anno Heraclii decimo Indictione octava, id eſt anno 620., inter Novitios ſuſcepto unum Diſcipulorum ſuorum Magiſtrum dedit, qui eum litteras Græcas & Pſalterium docuit, capillos reſecuit, habitu Monaſtico induit, & tanquam filium educavit. Varia in Monaſterio ſervitia præſtabat juvenis, præſertim in culina, & in hortis. In Officio Divino erat aſſiduus, atque S. Scripturæ, & vitis Sanctorum, plurimum autem in legendis Actis Martyrum delectabatur.

Sæculum VII
A. C. 620.

§. 2.

Sæpe

Sæculum VII A. C. 620.

Sæpe tamen Incantationes, quas a patre audiverat, nolentis etiam memoriam ſubibant; cum vero hanc tentationem Abbati ſuo revelaſſet, ipſius & totius Congregationis oratione liberatus eſt. Hæc vita erat Anaſtaſii in Monaſterio, in quo annos ſeptem egit.

n.13.p.427.

§. XXVI.

Agreſtinus Monachus Schiſmaticus.

V.S.Euſtaſ. c.6.to.2. Act. p. 118.

In Occidente Diſciplinam Monaſticam inter Diſcipulos Sancti Columbani in pace florentem cujusdam Monachi, cui nomen Agreſtis ſeu Agreſtinus, turbavit temeritas. Is quondam Theodorico Regi ab Epiſtolis, aliquo Pietatis ſenſu motus relictis omnibus Luxovium venit, ubi ſe S. Euſtaſii Regimini, ſecundo illius Monaſterii Abbati, ſubjecit. Elapſo non multo tempore zelum Religionis prætexens licentiam petiit exeundi, & Paganis Evangelium prædicandi, quoniam adhucdum aliquos in vicinia Monaſterii, in Sequanis, & ulterius in Bavaria reperire erat, quibus convertendis S. Euſtaſius non ſine fructu operam impendebat. Cum vero Agreſtinum tanto operi imparem judicaret, ejus imprudentiam arguit, monuitque, ei ſufficientem deeſſe Religionis Doctrinam. Sed tandem hominis importunitate victus abire eum permiſit. Ille usque in Bavariam penetrans,

ibid. n.3.

trans, cum nullum laboris fructum consequeretur, Aquilejam se contulit, ubi trium Capitulorum Schismate, quod prius condemnaverat, implicari se passus, Epistolam ad S. Attalum secundum Abbatem Bobiensem dedit, acerbis exprobrationibus plenam. Rediit deinde Luxovium & S. Eustasium in Schismaticorum partes pertrahere conatus est, qui econtra hominem ad frugem reducere adlaboravit, & videns, quod operam perderet, contumacem ex sua Communitate ejecit. Sæculum VII A.C. 620. n. 7.

Agrestinus ita expulsus nullum non movit lapidem, ut Sectatorum suorum numerum augeret, & quia non proderant fraudes, calumnias adversus Regulam S. Columbani spargere cœpit, Abelleni Episcopi Genevensis, Propinqui sui, Patrocinio suffultus. Hic Episcopos vicinos permovere adlaborabat, ut Agrestinum tuerentur, imo etiam Regi Clotario imponere conatus est; sed Rex, qui propria experientia sciebat, Sanctam esse Columbani & Discipulorum ejus vitam, postquam frustra tentasset, Agrestinum admonitionibus ad saniora reducere, Concilium convocavit, nullus dubitans, S. Eustasium in defendenda Regula sua neutiquam laboraturum. Multis igitur Episcopis Burgundiæ jussu Regis in suburbio Matisconensi congregatis Agre- n. 9. Regula S. Columbani oppugnata.

Sæculum VII A. C. 620.

ſtinus in medium prodiens, quæ contra Regulam S. Columbani afferret, edicere juſſus eſt. Dixit, quod Ritus ſuperfluos & Canonicis Statutis contrarios contineat. Quod manducaturi ſignum Crucis ſuper cochleare formarent, quod Benedictionem peterent, quotiescunque intrarent aut exirent ex aliqua domo intra Monaſterii ſepta. Nempe tantus erat Monachorum numerus, ut ſub uno tecto habitare non poſſent. Epiſcopi arbitrati, non afferri aliquid dignum, quod a Concilio examini ſubjiceretur, interrogarunt, an quidquam aliud haberet, quod objiceret. Dixit, S. Columbanum numerum Collectarum in Miſſa auxiſſe, conſuetudines ſervare exoticas, denique Hæreſin fovere. Tunc vero S. Euſtaſius Sermone ad Epiſcopos directo inquit: *Veſtrum eſt judicare, quinam in Eccleſia veritatem, aut errorem doceant.* Dixerunt: *Volumus ex ore tuo audire, quid ad objecta reſpondeas.* Dixit: *Credo, contra Religionem nullatenus pugnare, ſi Chriſtianus ſignum Crucis faciat ſuper cochleare ſuum, aut quodcunque aliud vas, quo bibens vel manducans utitur, cum iſtud ſignum inſidias inimici deſtruat. Ad impertiendum Benedictionem intrantibus & egredientibus Auctoritatem S. Scri-*

Pſal. 120. 8.

pturæ adducimus ex Pſalmo: Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum.

Quod

Quod autem pertinet ad augmentum Col- Sæculum VII
lectarum in Officiis Divinis, credo ora- A. C. 620.
tionis prolixitatem omnibus Ecclesiis esse utilem, quoniam quo ardentius Deum quærimus, eo facilius eum invenimus; præterea præceptum semper orandi habemus.

Agrestinus his Responsis confusus addidit; S. Columbani Discipulos crines ritu singulari & ridiculo sibi abscindere. Nempe Tonsuram more Hibernorum gerebant, quæ erat semi-corona non totum orbem implens, quia capilli in anteriore parte capitis abscissi, & in postica, qua ab una aure ad alteram ducebantur, longiores erant. Hic S. Eustasius respondit: *In præsentia istorum Episcoporum ego Discipulus & Successor illius, cujus tu Institutum damnas, te ad Tribunal Dei intra hunc annum provoco, ut cum ipso Causam dicas.* Hoc dictum aliquos Agrestini Sectatores perculit, omnesque ambos ad pacem ineundam hortari cœperunt. Cum Agrestinum vehementer urgerent, petiit ille pacem, & S. Eustasius ei osculum dedit, non ignarus, huic reconciliationi Agrestinum animum sincerum non afferre. n. 12.

Nec a vero aberravit Vir Sanctus, nam brevi iterum nihil intentatum reliquit, ut sibi Fautores in Monasteriis pararet. Fraudibus pervertere aggressus

Sæculum VII A. C. 620.

est Romaricum, qui olim inter Proceres Regis Theodeberti facile princeps, postea Luxovii Monachus, ex consensu S. Eustasii Monasterium puellarum in Fundo suo, qui *Habenda* dicebatur, in Diœcesi Tullensi ædificaverat. Hoc Monasterium posterioribus temporibus Fundatoris Nomen retinuit, & Germanice *Roberg* Gallice *Remiremont* appellatur. Geminum fuisse creditur, virorum unum & Virginum alterum; ceterum Regula S. Columbani observabatur. S. Eustasius primum Abbatem ibi constituerat Amartium seu Amatum, quem Luxovium adduxerat, postquam aliquamdiu Monachus Agaunii, & deinde Anachoreta fuisset. Prima Abbatissa fœminis Sancta Mactefleda præfecta fuit. Hos igitur Viros Sanctos Amatum & Romaricum Agrestinus tentavit, eo faciliore victoria, quod nactus fuerit tempus, quo ambo ob nescio quem teporem objurgati Sancto Eustasio irascebantur; scilicet persuasit, ut Regula S. Columbani contemta novas consuetudines inducerent. Cum vero etiam S. Faram adiisset, ab illa virili constantia repulsus Remiremontium rediit. At illos in eo Monasterio, qui Novatorem sectabantur, Divina Ultio corripuit; nam duos eorum lupi rabidi noctu in Monasterium irrumpentes devorarunt, alius, cui nomen Plau-

v. to. 2. Act. B. p. 129. ib. n. 18. p. 133.

Plaurelius, ſibimetipſi laqueo gulam fregit, fulmen quoque in illam Domum irruens Monachos viginti in ictu oculi interfecit, alios pavor exanimavit, & univerſim plusquam quinquaginta mortem oppetierunt. Tandem ipſe Agreſtinus ſecuri percuſſus a famulo ſuo, cujus uxore abutebatur, occubuit. Ita periit uno menſe prius, quam ille annus fuiſſet elapſus, intra quem eum S. Euſtaſius contra S. Columbanum Cauſam dicturum, ad Divinum Tribunal citaverat. Tunc vero Amatus & Romaricus S. Euſtaſio reconciliati, Abellenus Genevenſis aliique Galliarum Epiſcopi Regulæ S. Columbani Defenſores facti, & multa exinde fundata Monaſteria, quibus eadem Regula præſcripta eſt. Sæculum VII A.C. 625.

§. XXVII.

S. Columbani Diſcipuli.

Sanctus Euſtaſius aliquo poſt tempore in Cælum evolavit anno 625. 29. Martii, quo die Eccleſia ejus Memoriam colit. Ipſo defuncto Monachi Luxovienſes S. Gallum revocare, ſeque ejus poteſtati ſubjicere ſtatuerunt, hunc in finem Fratribus ſex, olim ex Hibernia advectis, ad eum miſſis; ſed permovere S. Virum non potuerunt, ut dilectam ſolitudinem ad lacum Conſtantiæ relinqueret. Igitur in tertium Abbatem Luxovienſem electus

Mart. Rom. 29. *Mart. v. S. Gall. c.* 39. *Act. B. to.* 2. *p.* 246.

Sæculum VII A. C. 625.

electus est S. Valdebertus S. Eustasii Discipulus, SS. Faronis & Chagnoaldi Frater, qui hoc Monasterium annis quadraginta rexit.

Act. Ben. to. 2. p. 503.

Ex Luxovienſi Abbatia & S. Columbani Disciplina plures etiam alii Sancti Abbates aut Monasteriorum Fundatores, multique Episcopi Sanctitate vitæ inclyti prodierunt. S. Deicola, cum S. Columbanum in Italiam proficiscentem sequi non potuisset, in Burgundia remanens Monasterium Lutrense seu Lurense in Diœcesi Vesuntina fundavit. Obiit anno circiter 625. 18. Januarii, quo die Ecclesia ejus Memoriam veneratur. Notus est populo sub nomine Sancti *Die.* † S. Amatum & S. Romaricum paulo ante memoravi, & de quibusdam aliis suo loco loquar.

Act. to. 2. p. 103.

Mart. Rom. 18. Jan.

† nempe in Gallia.

S. Valerius in Arvernia natus, primum in quodam Regionis illius Monasterio mansit, tum Antissiodorum se contulit ad Episcopum Aunacarium, qui eum in Monasterium suum S. Germani suscepit. Inde egressus cum alio, a se converso, cui nomen Bobo, Luxovium adiit, & S. Columbani Disciplinæ se tradidit, cumque aliquis ex illis Monachis, cui Nomen Valdolenus, licentiam obtinuisset abeundi, & Fidem Infidelibus prædicandi, pii laboris socium Valerium expetiit, consensitque S. Columbanus, eidem

Act. Ben. to. 2. p. 76.

c. 10.

S. Columbani Discipuli.

eidem Valerium tanquam magnum Dei Servum commendans. In Neuſtriam delati, & a Rege Clotario humaniſſime excepti, acceptis ab eo fundis, qui Leuconenſes dicebantur, in Territorio Ambianenſi, parvum Monaſterium conſtruere cœperunt. De S. Valerio memorant, ipſum duo officia, Gallicanum & Monaſticum, id eſt, S. Columbani, recitaſſe. Obiit Die Dominica duodecima Decembris, &, ut creditur, anno 622. Haud multo poſt Diſcipulis ejus perſecutionem patientibus, & ex illo Monaſterio fugere compulſis, eorum aliquis, S. Blimundus Bobium ſub Diſciplina S. Attali ſe recepit; poſtea vero in Galliam reverſus, Rege Clotario eum tutante, Domum Leuconenſem reſtauravit, Idola ſubvertit, Infidelitatis reliquias delevit, & tecta reſarcivit Monaſterii, quod hodieque ſub nomine S. Valerii exiſtit.

Sæculum VII
A. C. 625.

c. 6.

c. 29.

Quinque numerantur Epiſcopi ex Monaſterio Luxovienſi ad Regimen Eccleſiarum evocati, S. Donatus Veſuntinus, S. Ragnacarius Rauracorienſis & Baſileenſis, S. Chagnoaldus Laodunenſis, S. Acharius Noviodunenſis & Tornacenſis, S. Audomarus ſeu Omarus Bononienſis & Teruanenſis. S. Donatus Vandaleni Ducis Burgundiæ Transjuranæ filius hoc Nomen a S. Columbano eum ex Fonte Baptiſmatis levante acceperat, quia Vir

vit. S. Eaſt. n. 5. *to.* 2. *p.* 118. *ibid. p.* 335.

Sæculum VII A. C. 625.

Sanctus precibus suis a Deo impetraverat, ut nasceretur. Puer sub ipsius Disciplina in Monasterio Luxovien si educatus, & deinde etiam sub S. Eustasio ibidem versatus est, donec ad Sedem Episcopalem Vesuntinam evocaretur. Verum etiamsi tanta Dignitate auctus esset, habitum tamen & vitam Monasticam nunquam dimisit. In illa urbe fundavit Monasterium S. Pauli, agris donatis locupletavit, & Monachos immisit, qui Regulam S. Benedicti & S. Columbani servabant.

to. 3. cod. reg. p. 78.

Flavia ejus Mater Monasterium Fœminarum in honorem Sanctæ Virginis extruxit, quibus S. Donatus Regulam composuit, ex Regulis S. Cæsarii, S. Benedicti, & S. Columbani excerptam. Monasterium istud Dominæ Nostræ, † Vesuntione deinde in manus Cluniacen-

† id est, S. Mariæ.

† nempe Ordinis S. Francisci de Paula

sium, & tandem Minimorum, † pervenit. S. Chagnoaldus Chagnerici Filius, S. Faronis & S. Valdeberti Abbatis Luxovien sis frater, S. Columbani Discipulus, si quis alius, fidelis, exinde Episcopus Laodunensis fuit.

Sup. n. 7. v. S. Eustas. n. 1.

§. XXVIII.

Concilium Rhemense.

to. 5. Conc. p. 1688.

Sanctus Chagnoaldus cum S. Donato interfuit Concilio Rhemensi sub Sunnacio Archiepiscopo anno 625. celebrato,

to, quo ultra quadraginta Episcopi ex omnibus Galliæ Provinciis, quæ Regi Clotario parebant, convenerunt. Canones viginti quinque conditi, ex quibus notatu magis digni sunt; Observandos esse Canones Concilii Parisiensis ante annos circiter decem celebrati, quod hic Generale vocatur. Qui ad Ecclesiæ Asylum confugerint, non educantur, nisi addito promisso & juramento, eos nec capite plectendos, nec tormentis subjiciendos, nec mutilandos esse; econtra reus non liberetur, nisi se pœnam Canonicam crimini suo debitam subiturum promiserit.

Sæculum VII A. C. 625.

Can. 3. Sup. n. 14.

c. 7.

Qui homicidium voluntarium commiserit, toto vitæ tempore erit excommunicatus, si autem pœnitentiam sustinuerit, in mortis Articulo Viaticum accipiat. Prohibetur, ne quis Auguria captet, Gentilium Ritus servet, cum ipsis carnes superstitiose oblatas comedat, aut ipsorum Sacrificiis interfit. Qui, antea monitus, tamen fecerit, pœnitentiam subeat. Prohibetur, sub pœna Excommunicationis, ne quis homines liberos persequatur, ut in Servitutem redigat.

c. 9.

c. 14.

Non ordinetur Episcopus nisi in illo loco natus, atque a populo consentientibus Episcopis illius Provinciæ electus. Hanc præ aliis causam S. Gallus ante annos aliquot obtenderat, cum Episcopatum

c. 17.

vit. S. Gal. c. 24.

Sæculum VII A.C. 625.

Constantiensem recusavit, quod in Gente extera esset natus, & Joannem Diaconum suum Indigenam ordinari voluit.

In hoc Concilio visebantur sex Metropolitæ, Sunnacius Rhemensis, Synodi Præses, Theodoricus Lugdunensis, Sindulfus Viennensis, Sulpicius Bituricensis, Modegisilus Turonensis, Senocus Auscionensis. Sindulfus 10. Dec. colitur, & vulgo *S. Drieuls*, vel *S. Sandoux* dicitur. S. Sulpicius cognominatus pius, ut distinguatur ab alio antiquiore, cui cognomentum Severi datum, itidem Archiepiscopo Bituricensi. Hunc in ipsa Civitate Bituricensi natum aliquando Rex Clotarius ab Episcopo suo expetierat, ut Abbatis munere in exercitibus suis fungeretur; unde dispicimus, Monachos a Regibus accersitos fuisse, qui in castris Officium Divinum peragerent. Anno 624. S. Sulpicius S. Austregisilo in Sede Bituricensi successit, & multis editis miraculis anno circiter 644. 17. Jan. migravit in Cælum. Ex Episcopis Concilii Rhemensis plures alii ab Ecclesia inter Sanctos coluntur. Notissimi sunt Arnulphus Metensis, & S. Cunibertus Colonienſis.

Mart. Rom. 10. Dec. Act. Ben.to. 2. p. 167.

Concilium Rhemense.

Ibid. p. 99. p. 179.

Mart. Rom. 17. Jan.

Illo ferme tempore, quo istud Concilium celebrabatur, S. Richerius Monasterium celebratissimum Centulanum, quod hodie Nomen ejus gerit, fundavit. Is in

in ipso loco territorii Pontiniacensis ex nobili genere ortus, conversus est ad Fidem a duobus Sanctis Presbyteris Hibernis Caidoco & Fricorio, quos ad Galliæ oram appulsos in domum suam susceperat; post conversionem rigidissimum pœnitentiæ genus amplexus, bis tantum per hebdomadam cibum sumebar, & nullum alium, quam panem hordeaceum aspersο cinere. Omnia sua mancipia libertate donavit; tum Presbyter ordinatus, & Verbum Dei non in Gallia modo, sed & in magna Britannia prædicans, uberes fructus retulit. Cum Rex Dagobertus aliquando ipsum invisisset, Vir Sanctus de fallacitate Dignitatum terrenarum, & terribili Judicio, quod illos, qui præsunt, manet, gravi oratione disseruit. Obiit circa annum 645. 26. Aprilis.

Sæculum VII A. C. 625.

vit. to. 11. *Act. Ben. p.* 187.

Mart. R. 26. *Ap. An.*624.

§. XXIX.

Ecclesia Anglicana.

In Anglia S. Mellito Cantuariensi, postquam hanc Sedem annis quinque tenuisset, anno 624. 24. Aprilis fatis functo, successit Justus, antea Episcopus Roffensis, cui Sedi pro se Romanum, potestate a Bonifacio Papa accepta, imposuit. Quippe Bonifacius redditis sibi Justi & Ethelbaldi Regis Epistolis, ad Justum litteras dederat, in quibus Laboris Apostolici successum

Beda II. hist. c. 7. *Sup. n.* 24

ibid. c. 8.

Sæculum VII A.C. 625.

sum gratulatur, hortatur ad constantiam, dicit, se ipsi Pallium mittere & potestatem concedere Episcopos ordinandi, ut eo facilius Evangelium propagaretur.

c. 9.

Ethelbaldi Cantii Regis Soror Eduino quinto Regi Nordhumbrorum, tunc inter ceteros Angliæ Reges potentissimo, nupsit, atque hujus Principis Regiæ, cui nomen Edelburga, alias Tatia, Conjugium conversionis Regis Mariti ejus & Subditorum occasio fuit; cum enim Eduinus misisset, qui eam nomine suo in Matrimonium expeterent, & responsum accepisset, non licere puellam Christianam viro Infideli conjugem dare, promisit, se non tantum futuræ Conjugi, sed etiam Comitibus, Presbyteris quoque & Clericis maximam libertatem Religionis suæ Ritus exercendi concessurum, edixitque, se ipsum illam Religionem susceپturum, si, a viris sapientibus diligenter examinata, sanctior & Deo dignior inveniretur. His datis Responsis dimittitur ad eum Princeps Regia comitante Paulino, quem eo consilio Justus Archiepiscopus Die Dominico 21. Jul. anno 625. Episcopum ordinaverat. Is in Regionem Nordhumbrorum adveniens, illos qui secum erant, in Fide confirmavit, atque etiam Paganos convertere adlaboravit, sed tunc quidem conatus optato successu caruit.

Inte-

Interim Bonifacius Papa sciens, Regem Eduinum propenso in Religionem Catholicam animo esse, data Epistola hortatur, ut Christianus fiat, & permovere conatur adductis argumentis; veri Dei potentiam esse infinitam, Idola vero inania simulacra, ipse potius omnium Principum, Imperatoris, & Regis, Vicini sui, Edbaldi exempla sequeretur. Scripsit quoque ad Reginam Edelburgam; lætatur de ejus conversione, nam eam cum Fratre Rege Fidem fuisse amplexam perceperat, exhortatur, ut Conjugem omnibus viribus Deo lucrari contenderet, & hac super re ad se scriberet. Cum his Epistolis munuscula nomine S. Petri, quem eorum Defensorem appellat, Regi Interulam auro intexto pretiosam, & pallium, Reginæ speculum argenteum, & pectinem eburneum auro ornatum misit.

Sæculum VII A. C. 625.

c. 10.

Edelburga Regina.

c. 11.

At Bonifacio Papæ datum non fuit, conatus sui fructus cernere, nam eodem anno 625. 25. Octobr. e vivis abiit, cum S. Sedem tenuisset annis septem & decem mensibus. Duabus Ordinationibus mense Decembri Presbyteros viginti septem & Diaconos quatuor, aliis temporibus Episcopos ad diversas Ecclesias viginti novem creavit. Clerum amavit, eique Distributionem † integram largiebatur; at Acolythis prohibuit, ne SS. Martyrum

† quales hodie sunt Distributiones Canonicorum quotidianæ,

Sæculum VII A. C. 626.

rum Reliquias tollerent, aut cum Diaconis baptizarent, sed volebat, ut in hac Functione Subdiaconi Diaconis ministrarent, & SS. Reliquiæ a Presbyteris tollerentur. Cœmeterium S. Nicomedis perfecit, & dedicavit. Ipso defuncto Sacra Sedes sex mensibus & octodecim diebus vacavit, tumque 14. Maji anno 626. ordinatus est Honorius ex Campania Petronii Consulis filius, qui annis duodecim sedit.

§. XXX.

Conversio Regis Eduini.

Honorio S. Petri Sedem tenente Eduinus Rex Nordhumbrorum ad Fidem conversus est. Nocte Paschali Regina uxor ejus filiam peperit; & ecce! ipso Festo 20. Aprilis anno 626. Sicarius a Rege Saxonum Occidentalium immissus Regem invadit, duos ex comitibus interficit, & ipsum Principem vulnerat. Cum vero Diis suis Gratias ageret, quod se ex hoc periculo eripuissent, Episcopus Paulinus tunc præsens, Deo Gratias agebat pro felici Reginæ partu, dicens ad Regem, Reginam precibus suis hanc prolem a Deo obtinuisse. Grata fuit Regi admonitio Episcopi, promisitque, se Idola sua abjecturum, & JEsum Christum adoraturum, si victoriam de Rege illo, qui sibi per parricidam insidiatus erat, tribuis-

Bed. II. hist. c. 9.

tribuiſſet, atque in ſinceri animi pignus permiſit, ut Epiſcopus filiam ſuam baptizaret. Id in die Pentecoſtes factum, atque hæc Regia puella nomen Enfleda ex ſacro fonte tulit. Ceterum prima fuit ex tota Gente Nordhumbrorum, quæ cum duodecim aliis ex ſtirpe Regia genus ducentibus ſalutis lavacro abluta eſt. Sæculum VII. A. C. 626.

Eduinus Rex, ubi ex vulnere convaluit, collecto exercitu in Regem Saxonum Occidentalium movit, vicitque, omnibus illis, qui in necem ſuam conjuraverant, vel captis vel interfectis. Domum reverſus Baptiſmum ſtatim accipere tamen noluit, quamvis ex quo promiſerat, Chriſtianum ſe futurum, Idolorum cultum abjeciſſet; ſed de rebus ad Fidem pertinentibus a Paulino Epiſcopo accurate edoceri volebat, & de negotio tanti momenti cum Optimatibus, quorum prudentiam longa experientia perſpectam habebat, deliberabat. Præterea ſæpe ipſe ſolus, quæ Religio præferenda eſſet, ponderatis utrinque momentis perpendebat. In illa deliberatione erat, cum ei Epiſtolæ Bonifacii Papæ, anno ſuperiore defuncti, redditæ ſunt; Paulino autem Epiſcopo non ſatis erat, Regem ſuis exhortationibus incitare, ſed etiam multis precibus a Deo ſalutem ejus efflagitabat, & cæleſti Revelatione prodi- c. 12.

gium

Sæculum VII A. C. 626.

gium arcanum accepisse creditur, quod Regi olim ostensum fuerat.

Nam Eduinus cum in ætate juvenili Edelfridum Antecessorem suum longo tempore sibi infensum sensisset, ad quemdam alium ex Anglorum Natione nomine Redualdum confugit. Is fugientem quidem in domum suam excepit, at deinde cum minis tum pollicitationibus Edelfridi mutatus promisit, se Eduinum traditurum. Ille noctu a fideli amico per litteras monitus excessit e Palatio, & inops consilii in saxo extra fores posito sedens, quid sibi faciendum esset, hæsitabat. Tunc vero derepente virum conspexit, cujus facies & vestis ignota. Is Eduinum percontari, quid hic solus & ista noctis hora ageret, & mox dixit: *Quid illi daturus esses, qui te ab hoc metu liberaret, & Redualdum permoveret, ut te nec inimico tuo tradat, nec quicquam mali inferat?* Eduino respondente, daturum se Benefactori suo quidquid posset, addit ignotus: *Si quis autem tibi promitteret, non solum ex potestate inimicorum tuorum te esse liberandum, sed etiam Regem futurum Regibus omnibus ex Natione Anglorum, Antecessorum tuorum, potentiorem?* statimque tertio adjecit: *Et si ille ipse, qui tibi tanta bona prædixit, consilia suggerat vitæ beate instituendæ & Saluti tuæ utiliora, quam*

Eduinus Rex Nordhumbrorum.

unquam

unquam Patres tui aut Propinqui accepe-runt, an promittis, illa ſequi? Promiſit Eduinus, & illico ignotus, manum capiti ejus imponens, dixit: *Quando rerum iſtarum eventum videris, memento eorum, quæ hodie loquimur, & ſta promiſſis.* His dictis oculis ejus ereptus magno ſolatio recreatum reliquit. Jamque adeſt amicus ejus nuncians, eum ſecurum eſſe de periculo, quia Rex Edelfridus a Regina uxore mitigatus ſtatuiſſet, ejus defenſionem ſuſcipere. Effecit etiam, quod decreverat, & ipſum Redualdum bello aggreſſus profligavit. Ita Eduinus ad Coronam pervenit.

Sæculum VII A. C. 626.

Igitur Paulinus Epiſcopus de hac viſione edoctus ingreditur ad Regem Eduinum de mutanda Religione deliberantem, & manum ſuper caput ejus ponens quærit, an cognoſceret hoc ſignum. Contremuit Rex, & ad pedes Epiſcopi accidere parabat, qui pronum erigens, leniter dixit: *Vides jam, quod Deus te ex manibus inimicorum tuorum eruerit, & Regnum, quod optabas, dederit; memineris itaque, rem, quam tertio loco promiſiſti, præſtandam eſſe, id eſt, Fidem ſuſcipiendam, & Præcepta ejus ſervanda.* Adhucdum Rex ſpatium petiit, quo cum ſuis colloqueretur, & ſimul omnes baptizarentur; conſenſitque Epiſcopus. Ergo Rex ſuis ad Conſilium vocatis, ſingulos men-

c. 13. Nordhumbri convertuntur.

Sæculum VII A. C. 626.

mentem suam aperire jussit. Tum Coifius Pontificum primus dixit: *Tuum est, o Rex! judicare, an bona vel mala sit Doctrina, quæ nobis hodie affertur. Ego quidem certissimum tibi affirmo, Religionem, quam hucusque secuti sumus, nullam habere utilitatem; quamvis enim nullus Subditorum tuorum in colendis Diis nostris me studiosior fuerit, multi tamen a te & majoribus beneficiis cumulati, & amplioribus Dignitatibus ornati sunt, & quidquid cupiunt, felicius consequuntur.* Alius addidit: *Præsens vita similis mihi videtur volatui aviculæ, quæ hyberno tempore per triclinium, in quo ad focum jucunde epulamur, transvolat. Volucris per unam portam intrans & per alteram exiens uno momento calore refocillatur, & abripitur ex oculis nostris. Talis est vita nostra; nescimus enim, quæ præcesserint, nec quæ secutura sint. Si nova hæc Doctrina nos doceat certiora, rationi consentaneum est, ut eam amplectamur.*

Tum Coifius Pontifex dixit, cupere se, Paulinum de Deo suo accuratius disserentem audire, cumque ille sapientissime peroraret, exclamavit Popa: *Diu est, quod perspexerim, nullos esse Deos, quos adorabamus, nam quo magis in nostra Religione veritatem quærebam, eo minus inveniebam. Nunc vero Veritatem ex hac Doctrina emicare cerno, hæc nobis vitam, Salu-*

Salutem, & Beatitudinem æternam dabit. Sæculum VII
Quare censeo ego, o Rex! Templa ista & Aras, quas sine commodo nostro consecravimus, a nobis esse incendendas. Rex coram professus est, se Idololatriam abjicere, & JEsu Christi Fidem amplecti; cumque ex Pontifice Coifio percontaretur, quis primus Templa & Idola in muris suis esset aggressurus, Coifius respondit: *Ego ipse, qui adsum; cujus enim alterius exemplum magis, quam meum, apud populum valeat?* Mox rogat Regem, ut arma & equum generosum sibi dari juberet, cum prius antiqua illius Gentis Superstitione nefas esset, Pontificem arma gerere, & tantum equa vehi liceret. Igitur equo insidens gladio accinctus manu lanceam dirigente ad Idola defertur, populo, cui a sana mente dejectus videbatur, obstupescente. Ubi intra teli jactum fuit, ut Templum profanaret, lanceam primus immittit, sociosque muros diruere, flammis vastare, & funditus evertere jubet. A. C. 627.

Rex Eduinus anno Regni sui undecimo, Christi 627. cum omnibus proceribus & maximo populi numero, Eboraci, seu vulgari nomine *York*, Die Paschæ, duodecimo Aprilis, in Ecclesia S. Petri, quam tumultuario opere ex ligno construi præceperat, dum omnia ad Baptismi ejus Cæremonias parantur, baptic. 14.

Sæculum VII A. C. 627.

zatus est. Mox vero Paulino Episcopo instante in eodem loco Ecclesiam lapideam, ampliorem & augustiore forma, in cujus medio primum illud Oratorium stabat, ædificari curavit, quæ tamen Eduino jam fatis functo ab ejus Successore Osualdo demum perfecta est. Itaque Paulinus Episcopus Eduino Rege consentiente Cathedram Episcopalem in Civitate Eboracensi erexit, & annis sex sequentibus, quibus regnavit, libere Fidem prædicavit. Inter alios prolem Regiam, nempe filios quatuor, filiam unam & unum nepotem baptizavit. Plurimos quoque Nobilitate generis & Dignitate præcipuos sacro fonte abluit, tantusque illius populi fervor fuit, ut, cum Paulinus aliquando cum Rege & Regina in prœdium, quod Adreginum vocabatur, venisset, triginta omnino diebus catechizandis & baptizandis utriusque sexus hominibus a mane usque ad vesperam sine intermissione occuparetur. In illis principiis in fluminibus baptizabat, quia Oratoriis & Baptisteriis construendis tempus non erat; unde colligimus, Baptismum per immersionem fuisse collatum.

§. XXXI.

Heraclius Victor.

Interim Heraclius Imperator bello Persico fatigabatur. Nam Persæ capta Jero-

Jeroſolyma Ægyptum, Alexandriam, Lybiam, & reliquas terras usque ad terminos Æthiopiæ armis ſibi ſubjecerunt, præter Captivos plurimos, ingenti præda abvecta. Anno 615. Indictione tertia Saenus Perſarum Dux cum copiis usque Calcedonem pervenit, ubi a civibus Conſtantinopolitanis ultra fretum poſitis conſpiciebatur. Heraclius Imperator ad eum ſe conferre dignatus profuſis donis permovit ut recederet, & quia Saenus ſpem magnam faciebat, pacem iniri poſſe, Heraclius Legatos miſit, deditque ad Coſroem epiſtolam, qua eam ſubmiſſiſſime petebat, culpam exorti belli in Phocam rejiciens; ſed hac epiſtola nihil potuit obtineri; nam Perſæ a Calcedone recedentes partem copiarum reliquerunt, quæ urbem obſederunt, atque anno ſequente 616. Heraclii ſeptimo eam ad deditionem compulerunt. Cum Heraclius ſecunda Legatione in Perſiam miſſa pacem depoſceret, Coſroes reſpondit: *Non parcam tibi, niſi Crucifixum, quem Deum eſſe dicis, abjeceris, & Solem adoraveris.*

Ergo Heraclius bellum omnibus viribus gerendum parabat, & ne a tergo hoſtis eſſet, qui quidquam moveret, pacis fœdera cum Cagano ſeu Avarum Duce iniit; quippe ille Thraciam armis infeſtaverat. Cum nemo eſſet, qui pecu-

Sæculum VII
A. C. 627.

Sup. n. 16. *Theoph. an.* 6. *p.* 252.

Chr. Paſch. p. 386.

Theoph. an. 7. *an.* 8.

Sæculum VII A. C. 627. an. 12.

nias mutuas dare posset, Bona Ecclesiarum, atque etiam candelabra & alia vasa S. Sophiæ accepit, unde signata pecunia cuderetur; tum Paschæ Festo celebrato, quarto Aprilis, Indictione 10. anno Regni sui 12. id est anno 622. sequente die iter ingressus est, in Persiam moturus. Ubi in conspectu exercitus fuit, arrepta JEsu Christi imagine, quæ non hominum manibus picta credebatur, militibus suis juramento se obstrinxit, ipsos, quoad viveret, se in pugna socium habituros, nec etiam in se unquam vel Imperatoris vel patris affectum desideraturos. Quibus adjecit: *videtis, conculcatam a Dei hostibus patriam, devastatas urbes, & civibus vacuas, Sanctuaria combusta, mensas incruentis Sacrificiis destinatas sanguine profanatas, atque Ecclesiarum Sanctitatem spurcissimis voluptatibus inquinatam.* Ita Heraclius militi suo animos addidit, jamque illo anno felicibus auspiciis cum Persis congressus, eos in Armenia prœlio vicit.

Chr. Pasch. p. 390.

Theoph. an. 1. *p.* 258. *Cedr. an.* 13. *p.* 412.

Anno sequente 623. Indictione undecima in Persiam penetravit, & Cosroem Urbem Gazac, in qua Templum erat Igni sacrum, deserere coegit. Heraclius urbem intravit, & in Regia Statuam Cosrois aspexit sedentis sub arcuato fastigio, quod Cœli similitudinem referebat. Circa Regem pendebant sol & luna,

luna, ſtellæque, Angeli quoque adſtabant, ſceptra geſtantes. Non nunquam ex machinis guttæ demittebantur pluviam imitantes, & excitabatur fragor tanta arte, ut Cœlum tonare crederetur. Imperator Palatium iſtud, Templum ignis, totamque Civitatem flammis deleri juſſit; tum exploraturus, quo cohortes in hiberna mittendæ eſſent, exercitu per triduum expiato Evangelia aperuit, & ſibi præcipi intellexit, ut in Albania hibernaret.

Sæculum VII A. C. 627.

Heraclii Victoria.

Itaque Superſtitio illa, quæ *Sortes Sanctorum* dicebatur non minus Orientalium, quam Occidentalium Chriſtianorum animos corrumpebat. Hic ea, quæ de his Sortibus occaſione Concilii Agathenſis & alibi dixi, relegi poſſunt. Poſtquam Heraclius in Albaniam pervenit, quinquaginta millia captivorum, quos adduxerat, commiſeratione motus, libertati reſtituta, etiam rebus ad reditum neceſſariis adjuvit. Unde ſimul omnes pro Heraclii incolumitate vota concipere, cum lacrymis a Cœlo poſtulantes; ipſe Perſarum Liberator exiſteret, & Coſroem perderet, quem Generis Humani perniciem appellabant; is quippe crudelitate & innumeris pecuniæ exactionibus omnium odium in ſe concitaverat.

Sup. l. XXXI *n.* I. XXXIV. *n.* 32.

Sæculum VII A. C. 627.

Postero anno 624. Heraclius fortuna non minus quam antea favente bellum gessit, cumque milites sui ad ingentem hostium multitudinem obstupescerent, dicebat: *Commilitones! Deo opem ferente unus vestrum mille hostes fugabit. Nos ipsos Deo in Sacrificium offeramus pro Salute fratrum nostrorum. Coronam Martyrii apprehendamus; sic nos futura Sæcula laudibus celebrabunt, & Deus mercedem dabit.* Illo anno, imminente jam hyeme, Heraclius Sarbazaram Persarum Ducem, occupavit incautum, & turbatis ordinibus in fugam vertit. Anni sequentis expeditio rursus Heraclio ex votis cessit; hinc Cosroes, furore agitatus omnium Ecclesiarum Persis subditarum thesauros diripi jussit, & Christianos, quo magis irritaret Heraclium, Nestorii Sectam profiteri coegit. Interim Civitas Constantinopolitana maximo periculo defuncta est; nam Sarbazara cum Persarum haud modico exercitu Calcedone erat, & e Regione opposita Avarum Dux, violata fœderum fide, cohortes suas urbi admoverat, & communicatis cum Persis consiliis assultu superare pertinaciter contendebat. Verum Romanis mœnia fortissime tuentibus ab incepto desistere & suos abducere coactus est. Id factum mense Julio anno 626. atque manifestum auxilium per preces Sanctæ Virginis impetra-

Theoph. an. 14. p. 260.

p. 263.

p. 264. Chr. Pasch. p. 391.

petratum credidere. Anno 627. die Sabbati, duodecimo Dec. Heraclius cum Persis conflixit, atque memorabili pugna per horas undecim continuas edita, penitus hostium agmina profligavit. Romanorum haud plures quam sexaginta desiderati. Tum Imperator fugientium tergis imminens, captis Cosrois incensisque Palatiis, in Persiæ interiora penetravit. Sæculum VII A. C. 276. *Th. p.* 266.

§. XXXII.

Martyrium S. Anastasii.

Illo tempore S. Anastasius, qui ex Persarum Mago factus fuerat Monachus, desiderio Martyrii incensus, relicto suo Monasterio, quod prope Jerosolymam erat, Cæsaream Palæstinæ venit. Tunc illa Civitas Persis parebat, cumque per plateas ambulans aliquos Persas Artem superstitiosam tractantes conspexisset, tanta sermonis gravitate & vehementia errorem reprehendit, ut illi rogarent, ne rem cuiquam patefaceret. In equites deinde incidit, qui exploratorem esse rati, comprehendunt Monachum, & ad Ducem, cui nomen Marzabanus, deducunt. Is interrogatum, cum in Confessione JEsu Christi constantem videret, cum quodam altero captivo catena eadem vinciri, & utrumque prægrandes lapides ad fabricam deportare jussit. Quidam *V. S. Anast. c. 2. ap. Boll. tom. 2. p.* 433.

Sæculum VII A.C. 627.

dam Persæ Anastasii populares, vili labori addictum conviciis quoque insectabantur, patriæ suæ probrum appellantes. At Marzabanus ad se adduci jussum, quia a fide dimoveri non poterat, se præsente fustibus cædi jubet, id unum rogantem, ut exueretur habitu Monastico ne profanaretur. Ter JEsum Christum inter verbera confessus reducitur in carcerem, ubi sine intermissione Deum laudabat, & suum officium (*) diu noctuque recitabat, cautissime attendens, ne juvenis, qui eadem catena ligabatur, quietem turbaret. Monasterii ejus Abbas, comperto, quod pro Christo pati cœpisset, toti Congregationi præcepit, ut pro eo oraret, duosque Monachos Cæsaream misit cum epistolis, quibus ad constantiam Christi pugilem exhortabatur. Interim Marzabanus datis ad Regem Cosroem litteris quæsierat, quid Anastasio faciendum, & responsoriis acceptis, misit, qui ei colloquerentur, & hortarentur, ut saltem secreto coram

(*) Der Protestant gibt diese Worte, nebst unzähligen andern groben Fehlern, welche auf allen Seiten vorkommen: Und das hohe Amt bey Tag und Nacht hielt. Das ist ungeschickt genug. Nach einigen Zeilen zu Ende dieses Abschnitts auf seiner 590. Seite gibt er die Worte: Qui *Martyrem* confirmabant. Sie ermunterten den Ketzer.

coram se & duobus testibus JEsu Christo renunciaret. Ubi cognovit invincibilem, Regis mandata ei indicavit; arctissime vinctum in Persiam esse deducendum. Tum in carcerem publicum detrudi jubet, post dies quinque cum duobus aliis Christianis iter ingressurum. Festo Exaltationis S. Crucis in illos dies incidente, nempe 14. Sept. anno 627. Anastasius cum duobus suis sociis, duobus Monasterii sui Monachis, & quibusdam viris piis illius Civitatis Vigiliam in carcere celebravit, simulque omnes noctem in oratione transegerunt. Imo aliquis tributorum Exactor Christianus a Præfecto obtinuit licentiam Anastasium in ipso Festo vinculis eximendi & ad Ecclesiam perducendi, ingenti omnium Fidelium solatio, qui Martyrem confirmabant, catenas, quibus vinctus fuerat, exosculabantur, &, quocunque poterant, honore prosequebantur. Sæculum VII A. C. 627.

c. 5. Præstituta die captivi iter capessere jubentur, multis Christianis Civitatis Cæsarienſis partim Persis, partim alterius Nationis hominibus comitantibus. Unus quoque ex duobus Monachis Monasterii ipsius ex mandato Abbatis proficiscentem secutus est, ut omnia, quæ posset, exhiberet obsequia, &, quæcunque cum ipso acta fuissent, exacte referret. Ubique Martyr magna Christianorum lætitia & venera- S. Anastasius Persa.

Sæculum VII A. C. 627.

neratione, ut ipse ad Abbatem suum rescripsit, excipiebatur. Ubi in Persiam pervenit, in carcerem mittitur in quodam loco a Regia Cosrois sex milliariis dissito; qui, ubi nunciatum est, Anastasium adveniisse, misit ex Proceribus unum, ut de eo quæstionem haberet. Anastasius respondit per interpretem, nam lingua patria, id est Persica, amplius loqui nolebat, JEsum Christum confessus est, & oblatam pinguissimæ fortunæ spem rejecit. His ad Regem delatis, altera die eundem Ministrum misit, qui Martyrem in terram prosterni supinum jussit; tum jacentis cruribus asserem imposuerunt, cui utrinque in partibus extremis viri robusti institerunt. Hunc cruciatum passus remittitur in carcerem. At post aliquot dierum spatium adest iterum ille Minister, & eum fustibus cædi jubet, quod ubi ter diebus diversis Martyr sustinuit, magno lapide manui uni & alteri pedi alligato suspensus duabus horis relinquitur.

c. 6. Post quinque dierum lapsum misit Rex eundem virum cum mandato Anastasium cum aliis captivis Christianis interficiendi. Ducuntur extra Civitatem, statimque omnes alii, numero circiter septuaginta, quos inter duo illi Cæsarea cum S. Anastasio adducti, strangulantur. Tunc Anastasium interrogant, an cum istis misere

sere perire mallet, vel Regi obedire, & purpuratis adnumerari. Martyr elevatis in Cœlum oculis egit Deo Gratias, quod voti damnatus esset, & interrogantibus respondit: sperabam, vos me truculentissima nece perempturos, si vero non corporis sed animæ mortem inferre paratis, Gratias ago Deo meo, quod me saltem pœna levissima Sanctorum Martyrum suorum Gloriæ participem facere dignatus sit. Hæc dicentem carnifices sicut ceteros jugulant; sed deinde caput ipsius solius amputatum ad Regem missum. Passus est vigesimo secundo Januarii Imperatoris Heraclii decimo octavo, id est, anno 628. S. Martyris corpus postea pecunia redemptum Monachus, qui eum secutus fuerat, in Monasterio S. Sergii, inde uno tantum milliario dissito, deposuit. Sæculum VII A. C. 628.

Post intervallum decem circiter dierum, illo cum exercitu pervenit Heraclius Imperator, ut S. Anastasius vaticinatus fuerat; nam pridie, quam Martyrio afficeretur, dixerat: *Scitote, Fratres mei! me crastina per Dei Gratiam vitam positurum. Ceterum vos intra paucos dies liberabimini, & Rex iniquus occidetur.* Monachus, qui ei comes datus fuerat, post unius anni spatium ad Monasterium reversus, tunicam Martyris afferens, totam rei gestæ seriem Abbati

Sæculum VII A.C. 628.

bati narravit, quæ tunc ſtatim litteris mandata, ad nos usque pervenit. S. Anaſtaſii Corpus poſteriore tempore ab eodem Monacho Conſtantinopolim & inde in Palæſtinam & Monaſterium ſuum delatum eſt. Tandem Capitis imago, & ipſum Caput Romam translata, hodieque in Monaſterio, dicto ad Aquas Salvias, quod etiam S. Vincentii & S. Anaſtaſii nomen gerit, viſuntur; nam utrumque Eccleſia Romana 22. Januarii honorat.

Mirac. S. Anaſt. Boll. p. 436. V. Mab. Iter Ital. p. 142. Mart. R. 22. Jan.

§. XXXIII.

Coſroes necatur.

Th. p. 270. Coſroes, quem non avaritia modo & crudelitas, ſed etiam temeritas, qua pacem ab Heraclio Imperatore ſibi oblatam repulerat, ſuis omnibus inviſum reddebant, etiam ſub initium hujus anni 628. licet Imperator totius prope Perſiæ Dominus eſſet, pacis conditiones reſpuit, cumque Sabarzaræ, Calcedone cum copiis morantis, Fidem ſuſpectam habere cœpiſſet, necari eum juſſit; ſed ille, amicorum litteris de periculo admonitus, inito cum Romanis fœdere, a Coſroe aperte defecit. Ceterum Coſroes in fuga alvo cita laborans, Mardeſanem filium, quem ex Sirem uxorum ſuarum cariſſima genuerat, coronari voluit, quam ignominiam Siroes ſeu *Syrouye* major natu filius tam atro-

atrociter tulit, ut seditione commota & pactis cum Imperatore Heraclio fœderibus se ipsum Regem pronunciari jusserit. Cosroes capitur, vinculis oneratur, & in domum tenebrarum, quam ad condendos thesauros suos ædificaverat, detruditur. Ibi, cum nihil nisi buccellam panis & aquam ei præberent, fame extrema torquebatur, ajebatque Siroes: *Aurum comedat, quod frustra corrasit, & cujus amore excœcatus tot innocentes perdidit.* Satrapas quoque, & quoscunque Patri infensos noverat, crudelis filius immisit, qui misero illuderent, & in faciem expuerent. Mardesanes, cui coronam destinaverat, ceterique liberi ejus ad unum omnes in conspectu patris enecati, & ne suorum tantum exitium doleret, interim ipse sagittis confixus lenta morte tabescebat. Hunc exitum Cosroes Persarum Rex proprio filio jubente habuit. Sæculum VII A. C. 628.

Rem tantam Heraclius Imperator data Epistola Constantinopolitanos edocuit, in qua mortem Cosrois 28. Febr. Indictione prima, nempe hoc anno 628. ponit, simulque misit descriptum exemplar, Epistolæ a Siroe acceptæ, qua Imperatorem certiorem facit, quod a suis fuerit coronatus, seque pacem exoptare profitetur. Hæc Epistola Heraclii in Cathedra majoris Ecclesiæ Constantinopoli *Chr. Pasch. p.* 398.

Sæculum VII A. C. 628.

poli in Festo Pentecostes decimo quinto Maji ejusdem anni, Regni ejus decimo octavo recitata est.

§. XXXIV.

S. Crux recuperatur.

Theoph. p. 272. Sup. n. 10.

Siroes cum Heraclio sincera mente pacem pepigit, eique omnes Christianos, tunc in Persia captivos, atque inter alios Zachariam Patriarcham Jerosolymitanum, item veram Crucem, cum Sarbazara annis abhinc quatuordecim urbem cepisset, ablatam restituit. Sancta Crux primum Constantinopolim allata; tum anno sequente 629, vere ineunte, Heraclius Imperator navigium conscendit, eam delaturus Jerosolymam, & Gratias pro concessis sibi victoriis Deo acturus. Ubi in urbem pervenit, Zacharia in Sedem suam restituto, Crucem etiam in locum pristinum reposuit. Illam ex theca, ut ablata fuerat, nemo extraxerat, quippe Patriarcha adstantibus Clericis illæsa signacula cognovit, admota clavi aperuit, adoravit, & populo ostendit. Qui primi hoc Factum litteris consignarunt, semper in numero plurali dicunt: *Ligna Crucis*, τὰ ξύλα. Unde colligimus, in plures partes fuisse divisam. Ecclesia Latina memoriam S. Crucis, ab Heraclio reductæ 14. Sept. celebrat; at Græci eodem die visum Constantini Magni

S. Niceph. hist. p. 13. Suid. Herac.

Magni recolunt, quamvis utrinque hoc Festum Exaltationis S. Crucis nominetur, & aliunde certum habeatur, hoc Festum illo Die diu ante Heraclii tempora fuisse celebratum. Is Judæos Jerosolyma expulit, & saltem tribus milliariis abesse jussit; cumque Edessæ versaretur, Ecclesiam, quam Cosroes Nestorianis dederat, Catholicis reddidit. Ecclesiæ Majori Constantinopolitanæ Clericisque, sicut prius, censum annuum dedit, ut pecunias in sumptus belli acceptas sensim solveret.

Sæculum VII
A. C. 629.

Sup. l. IX. n. 43. v. Baron. in Mart. R. 14. Sept, Theolp. an. 19. Suid. Heracl.

§. XXXV.

Dagobertus Rex Franciæ.

Heraclius Imperator ratam quoque habuit pacem initam cum Francorum Rege, cujus Legati hoc anno 629. in Franciam redierunt, ubi tunc regnabat Dagobertus; nam Clotarius II. anno præterito 628. ex hac vita abierat, Regni sui quadragesimo quinto, ex quo Chilperico Patri suo successerat, & ad S. Vincentium prope Parisios, id est, ad S. Germanum de pratis sepultus est. Jam sex abhinc annis Clotarius Dagobertum filium suum Regno Austrasiæ præfecerat, dederatque Arnulphum Episcopum Metensem & Pipinum (*) Majorem Domus, qui

Fred. c. 62.

c. 56.

c. 47.

c. 58.

(*) Hic est ille Pipinus celebratissimæ stirpis

Sæculum VII A. C. 629.

qui Regem juvenem ſuis conſiliis juvarent. Et profecto! quamdiu his Conſiliariis uſus eſt, proſperitate & Gloria abundavit Regnum ejus; ſed ſub idem tempus S. Arnulphus Sedem ſuam & Aulam Regis fugit, quantumcunque Dagobertus repugnaret, qui, ut eum a propoſito dimoveret, nihil intentatum reliquit, minatus etiam, ſe ejus filium capite plexurum. Vir Sanctus in ſolitudinem Vogeſi montis prope Monaſteria Remiremontii, & locum, ubi hodiedum Cella eremitica viſitur, receſſit, ibique anno circiter 640. obiit. Reliquiæ ejus Metas translatæ adhuc hodie in celebri Abbatia, quæ ab ejus nomine nuncupatur, quieſcunt. Eccleſia ipſius Memoriam decimo octavo Julii colit.

Vit. S. Arn. n. 17. Act. B. tom. 2. p. 154.

Mart. Rom. 18. Jul.

Poſt S. Arnulphi diſceſſum Dagobertus adhucdum ſuo Auſtraſiæ Regno ſecundum Regulas Juſtitiæ præfuit, Pipinum Majorem Domus & Cunibertum Epiſcopum Colonienſem ad conſilium adhibens.

Fred. c. 58.

Carolinæ Auctor, quoniam antiquiorem non invenimus. Ex ipſius poſteris genitus eſt Pipinus, ejus nominis tertius, CaroliMagni Pater, primus ex ea familia Franciæ Rex. Ceterum nobiliſſimum hoc Genus non ex Gallis vel Romanis, veteribus Galliarum Incolis, ſed ex Francis Victoribus, qui ex Germania advenerant, ſine dubio originem traxit.

hibens. Verum Clotario fatis functo Sedem transtulit in Neustriam & a semita Justitiæ, quam huc usque tenuerat, recessit; nam Subditorum suorum Ecclesiarumque Bona rapiebat, ut ea thesauris suis inferret. Præterea in amore mulierum modum non tenuit; quippe anno 628. relicta Gomatrude, quam vivente patre duxerat, Nantildem, puellam, quæ in Palatio Reginæ famulabatur, accepit, & anno sequente Regni sui octavo aliam insuper; nomine Ragnetrudem, amavit. Tandem tres habebat uxores, Nantildem, Ulfigundam & Berchildem, quæ tanquam Reginæ colebantur, Concubinarum vero tantum numerum, ut Historiæ Scriptor vel sola nomina indicare nimis longum putaverit.

Sæculum VII
A. C. 629.

c. 60.

c. 58.

c. 59.

§. XXXVI.

S. Amandi Exilium.

Rex Dagobertus S. Amandum, reliquis Episcopis omnibus timide tacentibus, admissa crimina ingenua audacia sibi exprobrantem, e Regno suo ignominiose ejecit. Sanctus Episcopus in Regiones remotas abiit, Fidem Paganis prædicaturus. Interim cum Rex ex tot uxoribus necdum tamen ullam prolem suscepisset, eamque gratiam precibus a Deo flagitaret, adsunt, qui nuntiant Ragnetrudem ei filium peperisse, quod eum

Vit. S. Aman. 15. *to.* 2. *Act. B. p.* 715.

Sæculum VII A. C. 630.

ſummo gaudio affecit; mox cogitanti, a quo puerum baptizari juberet, placuit miniſtros ad S. Amandum mittere. Poſtquam non ſine magno labore inventus eſt, rediit, ut obediret Regi, quem Cliciaci prope Pariſios morantem adiit. S. Viri adventu lætus Rex ejus pedibus advolvitur, veniam petit, rogat, ut puerum baptizaret, eumque in filium ſuum ſpiritualem acciperet. At S. Amandus, veritus, ne occaſione hujus educationis negotiis ſæcularibus contra præceptum Apoſtoli implicaretur, diſceſſit e Regia. Illico Rex miſit ad eum duos viros inter Aulicos præcellentes, Dadonem & Eligium, tunc quidem Laicos, jam tamen ſanctitate conſpicuos, qui S. Epiſcopo ſuggeſſerunt, quod oblata cum Rege familiaritas majorem illi libertatem in toto Regno, ubi videretur, Fidem prædicandi & Infideles convertendi datura eſſet. Illorum precibus S. Amandus flecti ſe paſſus eſt, juſſitque Dagobertus filium ſuum Aurelianum deferri, quo cum etiam Cherebertus Regis Frater, qui in Aquitaniæ parte imperabat, ſe contuliſſet, Patrini munere functus eſt. Itaque S. Amandus in manibus ſuis infantem accipit, & benedicit, ut Catechumenum faceret, & ecce nemine reſpondente, quadraginta dierum puſio clara voce reſpondet: *Amen.* Illico baptizatur, &

Fred. c. 62.

Sige-

Sigebertus vocatur, fuitque posteriore tempore Sanctitate quam Natalibus illustrior. Agebatur tunc annus Dagoberti regnantis octavus, id est, 630. Sæculum VII A.C. 630.

§. XXXVII.

S. Amandi Initia.

Sanctus Amandus in lucem editus fuerat Herbaugiæ prope Nannetum, quæ Civitas illa ætate urbibus Aquitaniæ accensebatur, quia ultra Ligerim posita. Pater ejus Serenus & Mater Amantia vocabatur, unde cognoscas, ex Familia Romana ortos. Ab unguiculis SS. Litteris apprime imbutum, & vix pueritiam egressum, Perfectionis desiderium permovit, ut relicta patria in Monasterium Insulæ Anserinæ, in Ora Territorii Pictavensis prope Insulam Rejam situm, se reciperet, parente ipsius nullum non lapidem frustra movente, ut filium ad Sæculum reduceret. Ipse Turonem pervenit, ubi ad S. Martini Sepulchrum orans, a Deo petiit, ut nunquam posthac patriam videre daretur, sed semper de loco in alium locum peregrinando vitam transigere liceret. Ibi, abscissis sibi capillis, Ecclesiæ illius Clericis adscriptus est. Inde accepta Benedictione Abbatis & Fratrum Bituricas se contulit, ubi S. Austregisilus, illius Civitatis Episcopus, & S. Sulpicius illo tempore Archidiaco- *vit. c. 1.*

Sæculum VII A. C. 630.

nus perbenigne excepto Cellulam prope Ecclesiam constrúi curarunt. Ibi annis circiter quindecim cilicio tectus & cinere, jejunans, & solo pane hordeaceo & aqua victitans permansit.

Romam postea profectus, cum aliquando in Ecclesia S. Petri noctem orando transigere vellet, ab Ostiariis probrose ejectus est; tum extra limina sedenti S. Petrus apparuit, exhortans, ut in Gallias reverteretur Fidem Paganis annunciaturus. Ille obediit, atque haud diu postea circa annum 626. Rex Clotarius Episcopique Ordinem Episcopalem, nulla Sede collata, suscipere repugnantem compulerunt. Episcopus ordinatus in Territoriis Tornacensi & Gandavensi Fidem Infidelibus prædicare cœpit, ex Brabantia autem juvenes captivos, quotquot poterat, redimebat, quos deinde baptizatos diversis Ecclesiis Ministros dabat. Ex his aliqui Presbyteri, alii Abbates, alii Episcopi evaserunt.

§. II.

Ad hæc usque tempora nemo Regionem Gandavensem Fidem prædicandi causa adire ausus fuerat, partim quod sterile admodum esset solum, partim quod Incolæ supra omnes alios Infideles ferocirent. Ceterum præter Idola etiam Arbores adorabant. S. Amandus hominum cœcitatem miserans, Acarium Noviodunensem, proximum illis locis Episcopum,

copum, adit, rogatque, ut ad Regem Dagobertum cito se conferens scripta mandata acciperet, quibus baptismum accipere recusantes compellerentur; idque executioni datum. Primum est hoc Paganos cogendi exemplum, quod observaverim, nam de Judæis unum alterumve retuli, & ipse Dagobertus edito Mandato jussit, ut omnes, qui in Regno suo versarentur, S. Lavacro abluerentur. Id cum Regula superius a S. Gregorio tradita, Conversionem ad Fidem oporteri esse liberam, haud ita facile conciliare posse videtur. (*) S. Amandus accepto Regis Mandato, & Episcopi Benedictione, Gandavenses animo imperterrito adiit, sed incredibile est, quanta ibi perpessus fuerit. Sæpe a fœminis vel agrestibus ignominiose rejectus, sæpe verberibus affectus aut in profluentem deturbatus. Ab illis ipsis, quos Prædicatio-

Sæculum VII
A. C. 630.

S. Amandus.

Sup. *XXXV.* §. 21. 22. *Fred.* 6. 64.

(*) Constans semper in Ecclesia fuit S. Gregorii Regula, quacum conciliari Facta hic occurrentia possunt, si dicamus, S. Amandi mentem non fuisse Gandavenses ad Fidem suscipiendam cogere, sed potius exhibito Mandato ostendere, quod non voluntate privata, sed Auctoritate publica munitus ad prædicandum illis JEsum Christum venisset. At Judæi dicuntur compulsi; nempe ea conditione, nisi solum vertere mallent.

Sæculum VII A. C. 630.

nis Socios adsciverat, ob Regionis sterilitatem desertus, prædicare non cessabat, labore manuum suarum panem sibi comparans. Miraculum deinde editum Barbarorum animos paulo tractabiliores effecit. Cum Totto Francorum Comes Tornaci Præfectus pro Tribunali sedens furem ad mortem damnasset, pro vita rei deprecabatur Amandus, sed frustra; nam Judex latam Sententiam executioni dari jussit, & condemnatum patibulo affigi, ubi expiravit. S. Amandus extincti corpus in illud cubiculum, in quo orare adsueverat, transferri curavit; tum ubi illuxit, aquam petiit. At fratres, dum aquam afferunt putantes, illa opus esse ad lavandum corpus, priusquam sepeliretur, obstupuerunt, cum penes S. Amandum conspicerent Virum viventem, sedentem, & Episcopo colloquentem. Is resuscitatum a mortuis lavit, vulnera ita purgavit, ut nullum amplius appareret indicium, & in domum suam redire jussit. Baldemontius, qui hoc factum narrat, dicit, se illud a Bono Presbytero accepisse, teste, ut ipse referebat, cum miraculum patraretur, præsente. Hoc Prodigio vulgato, accurrerunt Incolæ rogantes demississime S. Episcopum, ut se Christianos faceret. Suis manibus Templa destruxerunt, & horum loco S. Amandus Ecclesias & Monasteria,

Regis

Regis aliorumque eximiæ Pietatis virorum largitionibus adjutus ædificavit. S. Episcopus, cum vidisset, Fidem in illis Regionibus radices agere, abiit ad Sclavos, ibi Evangelium annunciaturus; illi enim populi, nuper ex Septentrione advecti, non exiguam Germaniæ partem armis sibi subjiciebant. Igitur trajecto Danubio his Barbaris Fidem liberrime prædicavit, sperans, se Martyrii Coronam consecuturum; cum vero ferme nihil efficeret, ad Gregem suum rediit. Sæculum VII A. C. 630.

§. XXXVIII.

S. Eligii Initia.

Jam de duobus Viris Laicis, eximiæ Pietatis, Dadone & Eligio, in Regia Dagoberti spectatissimis loquamur. Senior erat Eligius, Lemovici natus ex Familia, longam Majorum Christianorum seriem numerante, & sine dubio Romana, quod Nomen ejus Latinum Eligius, & parentis ipsius Eucharius, probant. Is filium Doctrina Religionis a se optime institutum, cum singularem in puero industriam deprehendisset; viro eximio, cui nomen Albo, Aurifici, & Rei Monetariæ Lemovici Præfecto tradidit, quam artem Eligius brevi tempore addidicit. Nata occasione in Franciam, id est, in illam partem, quæ ultra Ligerim posita est, venit, *vit. ap. Sur. 1. Doc. &c. to. 5. Spic. p. 147.*

Sæculum VII A. C. 630.

ubi domum Bobbonis Regis Clotarii II. Thesauris præfecti frequentans, illius regimini se subjecit. Porro cum Rex cuperet construi sibi solium magnificum auro gemmisque coruscans, & Artificem in Regia non haberet, qui tale perficeret, quale ipse mente conceperat, Bobbo Eligii mentionem injecit. Cujus nomine audito lætus Rex, experimentum artis illius capere statuit, & Bobboni magnam auri vim tradidit, huic operi adhibendam. Eligius Sedem sedulo elaboratam attulit Regi, qui professus, expectationi suæ satisfactum fuisse, operis elegantiam palam laudavit, atque Artificem digno prœmio donari præcepit. Ecce autem! statim Eligius ablato operimento & alterum solium primo simillimum ostendit, dicens, istud se ex auro sibi dato, quod superfluum erat, perfeciſſe. Rex fidem, & industriam admiratus, cum præterea festivum ingenium placeret, Regia amicitia & familiaritate dignatus est juvenem. Post hæc ipse Eligius rem Monetariam curavit, hodieque ipsius Nomen in quibusdam nummis aureis Parisiis sub Rege Dagoberto & Clotario filio ejus cusis conspicitur.

Le Blanc. hist. mon. p. p. 50. 54.

vit. c. 7.

S. Eligius, ubi ad ætatem maturam pervenit, ut Conscientiæ suæ quieti consuleret, coram Presbytero omnia, quæ ab infantia commiserat, confessus, rigidam

dam sibi ipsi Pœnitentiam injunxit. Hoc primum est, quod sciam, Confessionis generalis exemplum. Clotario defuncto tanta fuit Eligii apud Regem Dagobertum Auctoritas, ut invidiam improborum, quorum machinationibus forte pectus objiciebat, in se concitaverit. Interim varia artis suæ opera auro gemmisque fulgentia jubente Rege elaborabat. Mancipium habebat de Gente Saxonum nomine Tillonem, cujus mores ad Pietatem formavit successu usque adeo felici, ut vir magnus evaserit, sub Nomine S. Theavii notus, quem Ecclesia septimo Januarii colit. S. Eligius manibus laborans semper librum ante oculos suos apertum inspiciebat, ut simul in Lege Divina erudiretur. Circum parietes plurimi libri erant asseribus impositi, præsertim S. Scriptura, quam post Psalmodiam & Orationem legere solebat, & aliqui ex ejus familia Officium Canonicum diu noctuque cantabant. Inter illos numerantur Baldericus ejus Libertus, Tituanus ei a Cubiculis, natione Suevus, qui Martyrii coronam adeptus est, Buchinus, qui antea Paganus, deinde Abbas Ferrerienſis fuit, Martinus Andreas & Joannes, quos Vir Sanctus Clericis adscribi curavit. E superiore cubiculi tabulato multæ Sanctorum Reliquiæ pendebant, sub quibus oraturus super

Sæculum VII
A.C. 630.

c. 9.

c. 10.

S. Eligius.

Act. Ben. to. 2. *p.* 994.

c. 12.

c. 8.

Sæculum VII A. C. 630.

super cilicium se prosternebat, & interdum in illo corporis habitu tota nocte perseverabat. Post Orationem, ut animum relaxaret, Psalmos cantabat. Mox lectionem repetebat, quam sæpe Cælum intuendo, suspirando, & flendo interrumpebat, nam Donum lacrymarum acceperat. A Rege vocatus, etiamsi famuli ab eo missi urgerent, prius tamen non ibat, quam Opera Pietatis, quibus adsueverat, absolvisset. Nunquam pedem domo efferebat, nisi prius orasset, & signum Crucis formasset, & reversus iterum ante omnia orabat.

Eligius magna erat statura, facie amœna, colore rubicundo, & crispis capillis. Simplicitas & prudentia ex aspectu elucebant. Initio vestibus induebatur opulentiam suam prodentibus, non nunquam holosericis totis, quamvis ipsius ætate rara esset illa materia, & interulis auro intexto nitentibus. Cingula quoque & crumenæ auro gemmisque splendebant; at postea in via virtutum Christianarum ulterius progressus, his ornamentis in pauperes erogatis, vilissimo cultu incedebat, & sæpius fune cinctus conspiciebatur. Rex ei semel iterumque isto habitu ad se venienti vestes sibi ipsi detractas cingulumque donavit. Eleemosynas in pauperes spargebat immensas, & quæcunque a Regis beneficentia

tia obtinebat, egentibus dabat. Quando advena forte quærebat, ubi Eligius habitaret, reſpondebant: *In illam plateam te confer, & invenies in domo, quam plurimi pauperes circumſtant.* Quocunque procederet, pauperum turba euntem ſequebatur; dabat vero vel ipſe vel per manus famuli domeſtici petentibus pecuniam & alimenta. Multos quotidie domi paſcebat, quibus ſerviebat manibus ſuis, comedens deinde, quod ſupererat. Vinum & carnem pauperibus præbebat, quamvis ipſe his nunquam uteretur. Sæpe jejunium per biduum triduumve continuabat, & non nunquam hora audita & menſa ſtrata nihil ſupererat, quod ſuis pauperibus apponeret, quod prius omnia diſtribuiſſet; ſed ſpem ſuam ponebat in Dei Providentiam, quæ ei per Regis aut aliorum piorum hominum largitatem ſemper ſuccurrit. Corpora illorum, qui ſupplicio ultimo affecti fuerant, ſepeliri curabat.

Sæculum VII
A.C. 630.

c. 11.

c. 22.

c. 31.

S. Eligius flagrantiſſima Charitate captivos redimebat. Quando ad ejus notitiam deveniebat, mancipium alicubi eſſe venale, promptiſſime illuc ſe conferebat, imo etiam quinquaginta aut centum una emptione liberabat, præſertim Saxones, qui turmatim vendebantur. His Vir Sanctus libertate donatis optionem faciebat; ad ſuos redirent, manerent

c. 10.

Sæculum VII A. C. 631.

rent apud se, vel Monasteria ingrederentur, atque istorum maximam gerebat curam. Duo Monasteria celeberrima, unum prope Lemovicum, alterum prope Parisios fundavit. Primum est Monasterium Soliniacense, in quod Monachos Luxovio evocatos sub Regimine S. Remacli, post hæc Episcopi Trajectensis, induxit, Abbas vero Luxovienſis rogatus, ut hujus Monasterii curam gereret, & Monachos ad Regulam servandam compelleret. Porro S. Eligius a Rege obtinuit, ut Monasterio fundum, in quo ædificatum erat, donaret, id enim ex Charta Cessionis, anno Dagoberti decimo, nempe 631. data dispicimus. Hæc Congregatio brevi tempore usque adeo aucta est, ut centum quinquaginta Monachos ex diversis Regionibus in ea numerare esset, qui varias artes mechanicas excolentes Regulam exacte servabant. S. Eligius omnia, quæcunque poterat, huic Monasterio conferens, se ipsum illo recipere cogitabat; sed Dei Providentia aliud de eo decreverat. Regula in eo Monasterio ad vota stabilita, aliud Monasterium Virginum Parisiis fundavit in Domo, quam a Rege dono acceperat, & rigidam invexit Disciplinam. Congregatis ibi trecentis puellis partim mancipiis suis, partim nobili genere in Francia natis Abbatissam dedit

c. 15. 16.

Act. Ben. to. 1. *p.* 1091.

vit. c. 17.

S. Au-

S. Auream. Diu hæc Abbatia a S. Eligii Nomine dicta ſtetit; ſed tandem Reditus illi Menſæ Epiſcopali Pariſienſi adjecti, & Domus Presbyteris, quos Barnabitas vocant, tradita. Item extra Civitatem Cœmeterium pro Monialibus, & Eccleſiam S. Paulo dedicatam, ædificavit, unde ampliſſima Parochia originem traxit. Artem ſuam eo impendit, ut multorum Sanctorum Lipſanothecas auro & gemmarum nitore ornaret, ſcilicet, S. Germani Pariſienſis, S. Severini, S. Piati, S. Quintini, S. Luciani, S. Genoveſæ, S. Columbæ præter multas alias; induſtria vero ſingulari Sepulchra S. Martini Turonenſis & S. Dionyſii Pariſienſis decoravit, Rege Dagoberto ſumptus ſuppeditante, qui præterea in S. Martini honorem rogatus a S. Eligio Eccleſiæ Turonenſi omnes illius Civitatis reditus publicos donavit, & Epiſcopo Comitem ibi datis litteris conſtituendi jus conceſſit. Sæculum VII A. C. 631. c. 18. c. 32.

S. Eligius etiam Miraculis claruit. Cum in Eccleſia S. Dionyſii nocte Feſtum Diem præcedente eſſet, virum membris omnibus captum ſuis precibus ſanavit; ſed hanc Gratiam S. Martyri in acceptis referebat. In Eccleſia S. Germani Pariſiis homini annis novem claudo, & alteri in Gamacienſi Vico, item cœco in ponte Pariſienſi, eleemoſynæ loco petenti c. 23. c. 26. c. 29.

Sæculum VII A. C. 631.

petenti, ut signum Crucis super oculos suos faceret, corporis salutem reddidit.

§. XXXIX.

Monasteria in Territorio Brianensi.

Sancto Eligio amicorum carissimus erat S. Ovenus, seu Audoenus, alio nomine Dado, Filius Autarii seu Aldecarii, Viri inter Francos nobilissimi, in Territorio Briano habitantis, qui S. Columbanum, ut retulimus, in domum suam suscepit. Is alterum quoque habens filium nomine Adonem, utrumque ad Regiam Clotarii misit, ubi Dado, cum in amicitiam S. Eligii veniisset, ipsius exemplo incitatus mundum contempsit, & unacum Fratre suo propositum concepit totum se Deo consecrandi. Ado haud diu post, quod sibi proposuerat, opere complevit; nam fundatum in agro suo, quem in ora ad Matronam possidebat, Monasterium Jovariense, quod tunc *Jotrum* dictum, opibus suis locupletavit, magnam Congregationem sub Regula S. Columbani collegit, & se in illud recepit. Credibile est Adonem duo Monasteria condidisse, unum virorum & alterum Virginum, quod secundum hodieque stat, habuitque primam Abbatissam S. Theodechildem S. Agilberti, postea Episcopi Parisiensis, Sororem.

Sup. n. 7. Joan. vit. col. c. 50. Aud. vit. Elig. c. 8.

vit. S. Agili. to. 2. Act. Ben. p. 321.

Ibid. p. 486.

S. Oveni

S. Oveni seu Audoeni magna Auctoritas fuit in Aula Dagoberti Regis, cujus Sigillum tanquam Referendarius seu Cancellarius servabat, & supersunt hodie quædam Acta Autographa, quibus manu sua ex Officio subscripsit. Is impetratis a Rege in Sylva Briana prœdiis, quæ in via e Vico Morino majore ad minorem pergentibus offeruntur, Monasterium construxit, quod Resbacum a nomine rivuli ibi fluentis, & hodie voce Gallica *Rebais* dicitur. Ad illud Monasterium regendum ex consilio S. Faronis Episcopi Meldensis Luxovio evocavit S. Agilum S. Columbani Discipulum, qui ad Sedem Episcopalem Metensem, Lingonensem, & Vesuntinam, item ad Abbatiam Luxovienſem deposcebatur; unde necesse fuit adhibere Regis Auctoritatem, ut Resbacum ire juberetur. Hoc Monasterium dictum est Jerusalem; Ecclesia a Sanctis Farone & Amando consecrata, S. Eligio & S. Oveno præsentibus, & denique S. Agilus in Concilio Cliciacensi primo Maji 636. Dagoberti anno decimo quarto, Abbas constitutus. S. Audoenus & alterum Fratrem habuisse dicitur, nomine Radonem, qui Monasterium dictum ex ipsius nomine Radolium hodie *Reuil* prope Jovarienſe & Resbacense fundavit; nunc vero Prioratus est. S. Ovenus deside-

Sæculum VII
A. C. 631.

Diplom. l. V. tab. 16.

vit. S. Agili. to. 2. Act. Ben. n. 14. 15.

n. 16.

n. 19.

Fredeg. c. 78.

Sæculum VII A.C. 631.

rio vitæ Monasticæ tenebatur, & Resbacum se recipere meditabatur; sed nec Rex nec Optimates consenserunt.

§. XL.

Concilium Aurelianense sextum.

Vit. S. Aud. c. 8. vit. S. Elig. c. 35.

Sanctus Eligius & S. Audoenus viri laici tantum Auctoritate valebant, quantum alias Episcopi solebant. Hæreticus aliquis ex Regione ultramarina in Galliam profectus, cum Augustodunum venisset, errores subdole seminare cœpit. Re ad Regiam delata, S. Eligius de conservanda Fide semper sollicitus, collatis cum S. Oveno aliisque Viris Catholicis consiliis, Episcopos & Optimates exhortari non cessavit, donec Rege jubente Synodus in Civitate Aurelianensi congregata est, quo etiam ille Hæreticus venire compulsus. Is a quibusdam Viris doctis interrogatus, cum Logicæ artem calleret, dum jam jam convincendus videbatur, more serpentis evadebat, & novum sophisma afferens Adversarios fatigabat. Tandem Salvius Episcopus Valentinus fuisse creditur, qui detecta sermonis fallacia Hæreticum convicit; igitur ab omnibus Episcopis damnatur, & probrose e Gallia ejicitur.

Coint. an. 634. n. 9.

vit. c. 36.

S. Eligio quoque instante, Parisiis pulsus est quidam Apostata, qui populum seducebat, & rursus alius diu in carcere deten-

detentus ex Regno Franciæ proscriptus, qui Episcopum se esse mentiebatur. Pari Auctoritate plures alios ejusdem furfuris Impostores, omnesque illos, qui a Doctrina Catholica aberrabant, compescuit. Sæculum VII A. C. 631.

§. XLI.

Monothelitæ.

Concilium istud inter Aurelianensia sextum habetur, & memoratus Hæreticus Monothelita fuisse putatur, nam sub illud tempus nova Hæresis ex orco emersit. Res ita se habebat. Quidam Episcopi, quamvis Concilium Calcedonense reciperent, & duas in JEsu Christo Naturas confiterentur, nihilominus affirmabant, unicam Operationem ei tribuendam esse, idque ex unitate Personæ sequi. Theodorus Episcopus Pharanensis in Arabia hujus Opinionis Auctor extitit, eamque Sergius Patriarcha Constantinopolitanus, in Syria ex Parentibus Jacobitis natus, recepit. Litteris hac de re ad Theodorum datis misit ei illam Epistolam, quæ a Menna Patriarcha Constantinopolitano ad Vigilium Papam scripta dicebatur, & in qua Opinio ista tradebatur; unicam in JEsu Christo Operationem & Voluntatem esse. Theodorus ad Sergium, cui hæc Doctrina placebat, diligenter responsorias

Conc. Later. to. 6 p. 162. Max. disp. cum Pyr. to. 2. op p. 183. Theoph. p. 274.

Sæculum VII A. C. 631.

rias dedit; sed postea liquido monstratum, quod Scriptum illud Mennæ aliquis Falsarius commentus fuerit; imo ipse Sergius pudendi doli Auctor creditus.

Conc. VI. act. 14. inf. L. XL. n. 4.

Is Paulo quoque Monoculo ex Secta Severianorum scribens, litteras Mennæ, & Theodori Pharanensis consensum misit, forte quod eum ad Communionem Ecclesiæ reducere vellet. Item scripsit Sergius Georgio, cui cognomentum *Arsanes*, Paulianistæ, petens, ut Textus, ex quibus unica operatio, quam asserebant, probaretur, sibi mitteret, & adjiciens, his Textibus se ad reconciliandam ipsis Ecclesiam usurum. Nam Pauli Samosateni Sectatores, cum JEsum Christum purum Hominem crederent, utique unam solummodo Operationem admittere poterant.

S. Joannes Eleemosynarius, illo tempore Patriarcha Alexandrinus hanc Epistolam sua manu Arsani eripuit, eumque hac de causa depositurus erat, nisi incursus Persarum, qui tunc in Ægypto grassabantur, obstitissent.

ep. Serg. conc. VI. Act. 12. p. 920

Bello Persico durante, Severianorum Princeps Imperatori in Armenia versanti Dissertationem obtulit, in qua errorem suum defendebat; at eum Imperator objecta Ecclesiæ Doctrina ad silendum compulit. Nihilominus, quia forsitan Sergium Constantinopolitanum de rebus Fidei

Fidei loquentem audierat, in illa diſceptatione de una in JEſu Chriſto Operatione mentionem fecit. Imo datis ad Arcadium Archiepiſcopum in Inſula Cypro litteris prohibuit, ne de duabus Operationibus in JEſu Chriſto poſt Conjunctionem mentio fieret. Arcadius quidem, nullam rationem hujus Epiſtolæ habens, Doctrinam Catholicam ſemper tenuit; ſed haud diu poſt Imperator in Regione Lazorum commorans Cyro Epiſcopo in Phaſide, & illius Provinciæ Metropolitæ, illam Diſputationem narravit, & Epiſtolam, Arcadio ſcriptam, legendam tradidit. Negabat Cyrus, poſſe ſe affirmare, unam tantum Operationem in JEſu Chriſto dari, & Epiſtolam S. Leonis ad Flavianum producebat, quæ duas Operationes manifeſte docet. Sermone de hoc Fidei Articulo longius protracto, Imperator etiam Reſponſum Sergii Patriarchæ Conſtantinopolitani, cui Epiſtola ipſius ad Arcadium probabatur, legendam dedit. Non auſus eſt Cyrus amplius repugnare Principi, ſed data ad Sergium Epiſtola, quæſivit, qua ratione ſecundum Scripturas defendi poſſet, in JEſu Chriſto poſt Conjunctionem non amplius duas Operationes, ſed tantum unam Principalem eſſe. Epiſtola Cyri ad Sergium Indictione decima quarta, id eſt, anno 626. data eſt. Sergius reſpon-

Sæculum VII A.C. 631.

Sergius Conſtantinopolitanus.

Epiſt. Serg. Cypr. Conc. Later. Secr. 2. p. 123.

Ep. Cyr. Act. 13. conc. 6. p. 949.

Conc. C. act. 12. p. 915.

Sæculum VII A. C. 631.

respondit: *Concilia Oecumenica hanc Quæstionem non definierunt; imo ne quidem mota fuit. Sed scimus, quosdam ex Patribus, præsertim S. Cyrillum, in quibusdam Scriptis suis dixisse, unicam esse in JEsu Christo Operationem vivificantem. Mennas quoque, olim Archiepiscopus Constantinopolitanus, Sermonem scripsit ad Vigilium, antiquæ Romæ Papam, directum, in quo unam tantum Voluntatem & unam Operationem in JEsu Christo docuit; utque ipse legere possis, curavi illum describi cum quibusdam Textibus ad hanc Veritatem probandam, & nunc ad te transmitto. Quia vero dicis, S. Leonem dicentem, in JEsu Christo utramque Naturam operari, duas Operationes affirmare, scias velim, S. Leonis Epistolam, quæ revera est Columna Veritatis, a Severianis fuisse oppugnatam, & plures Doctores Catholicos ejus Defensionem suscepisse; nullum tamen eorum novimus, qui dixerit, S. Leonem in illo loco duas Operationes docuisse. Ne vero referendo tibi omnium textus nimis longus sim, satis sit, tibi transmittere unicum locum S. Eulogii Alexandrini, qui Dissertationem amplam in Epistolam S. Leonis composuit. Nullum, inquam, ex Patribus novimus, qui usque in hanc diem duas in JEsu Christo*

Sergii Epistola ad Cyrum.

Christo Operationes docuerit. (*) *Si quis autem me doctior demonstrare queat, quod docuerint, illos absolute debemus sequi, quippe omnino necessarium est, ut Doctrinæ Patrum non modo quoad sensum, sed etiam quoad verba, nihil prorsus novi addendo inhæreamus.* Postremo Sergius petit, ut Cyrus prompte respondeat. Sæculum VII A. C. 631.

Inter hæc Athanasius Jacobitarum Patriarcha ad Heraclium Imperatorem, anno Regni ejus vigesimo, id est Christi 629. Hierapoli in superiore Syria morantem, salutatum advenit. Erat huic vi- *Theoph. p. 274.*

(*) Hic observandum, Sergium, qui toties illud jactat, quod nullus SS. Patrum duas Operationes affirmet, etiam nullum afferre Testimonium, quo duæ Operationes negantur. Porro sufficit Testimonium S. Leonis dicentis, utramque in Christo Naturam fuisse operatam, nec erat necessarium, ut Defensores Epistolæ S. Leonis vel alii Patres magis expresse duas Naturas docerent, tum quod in Concilio Calcedonensi etiam Viri Catholici vix satis patienter duas Naturas adeo expresse distinctas pronunciari audivissent (suspicabantur enim, his vocibus etiam duas Personas affirmari) tum quod tam sana Theologia quam Ratio naturalis duas Naturas admittentem etiam duas Voluntates & duas Operationes in JEsu Christo confiteri cogant. Ceterum infra patebit, SS. Patres clarissime duas voluntates dari docuisse.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum VII A. C. 631.

viro callidum & versutum ingenium, quale tunc temporis Syrorum plerisque. Cum igitur Imperatori loqueretur, & de rebus ad Fidem pertinentibus mentionem solerter ingessisset, promisit Imperator, facturum se, ut Patriarchalem Sedem Antiochenam obtineret, si Concilium Calcedonense vellet recipere. Athanasius mentem simulans, se vero recipere dixit, & duas Naturas in JEsu Christo confessus est. Mox ex Imperatore percunctatur, quid de Operatione & Voluntatibus sentiendum, & an unam vel duas in JEsu Christo affirmare debeamus. Imperator, ista quæstione turbatus, de hac re ad Sergium Constantinopolitanum scripsit, & Cyrum Episcopum Phasianum accersivit, quem eadem cum Sergio sentientem habuit, scilicet, in JEsu Christo unam Voluntatem Naturalem & unam Operationem inesse. Hinc uterque Athanasio consentiebat, minime ignoranti, unam tantum Operationem confitentes, neutiquam duas Naturas posse defendere. Georgio Patriarcha Alexandrino anno 630. fatis functo, postquam Sedem illam annis decem tenuisset, Cyrus in ejus locum suffectus, Theodoro Episcopo Pharanensi, qui eidem errori favebat, junctus est. Hæc Secta Nomen Monothelitarum nacta est, ex duabus vocibus Græcis, *Monos*, solus, & *The-*

Theliſis ſeu potius *Theleſis*, Voluntas, derivatum. Sæculum VII A. C. 631.

§. XLII.

Articuli Cyri Patriarchæ.

Cyrus Dignitatem Patriarchalem Alexandriæ conſecutus primas curas impendit ad reconciliandos Theodoſianos, quamdam Eutychianorum, qui magno numero ibi erant, Sectam. Id vero facili negotio effectum dedit, cum nihil aliud ab ipſis petierit, quam ut unicam in JEſu Chriſto Operationem confiterentur. Acta Reconciliationis menſe Ægyptiorum *Paiini*, Indictione ſexta, ſeu quarto Maji, anno 633. data ſunt. In iis novem Articuli ſeu Canones cum Anathematiſmis continentur, qui Doctrinam Catholicam de Trinitate & Incarnatione exponunt; at venenum in Articulo ſeptimo latet, ubi dicitur, quod idem Chriſtus, & idem Filius producat Operationes Divinas & Humanas una Operatione Theandrica ſecundum Sanctum Dionyſium; id eſt, Deivirili ſeu Divina ſimul & Humana, ita ut diſtinctio ſolum ex parte noſtri intellectus ſe teneat. *Conc. 6. Act. p. 953.* *Ep. Cyr. p. 952.*

Cum Sophronio Monacho ſub S. Joanne Eleemoſynario celeberrimo, tunc Alexandriæ moranti, Cyrus Patriarcha Articulos Concordiæ examinandos tra-

Sæculum VII A. C. 633.

didisset, ille post primam lectionem exclamare, flere largiter, ad pedes Patriarchæ se prosternere, & obtestari, ne hos Articulos in lucem edi permitteret, quoniam Fidei Ecclesiæ Catholicæ adversarentur, & Doctrinam Apollinaris luculenter continerent. Cyrus Monachi monitis insuperhabitis Concordiæ, cujus fundamentum novem Articuli erant, solemniter subscripsit tertio Junii, tuncque cuncti Theodosiani, Clerici, Magistratus, Officiales, populus, in Ecclesiam Alexandrinam convenientes in Sanctis Mysteriis communicarunt. Cyrus omnibus, quæ acta erant, per manus Joannis Diaconi ad Imperatorem transmissis, simul etiam ad Sergium Patriarcham litteras dedit. Jacobitæ & Theodosiani Triumphum canebant dicentes; *Non nos accessimus ad Concilium Calcedonense, sed Concilium ad nos venit, qui enim unicam Operationem affirmat, unicam in JEsu Christo Naturam confitetur.*

Sup. n. 13.
Epist. Max. ad Petr. to. 2. p. 75.

Theoph. p. 174.

Sophronius, cum cerneret, se Alexandriæ operam perdidisse, iter suscepit Constantinopolim, ut Sergio loqueretur, illucque eodem tempore, quo Epistolæ Cyri afferebantur, pervenit. Ergo Sergium exhortabatur, ut mentem mutaret, instantissime petens, ut in Articulis Cyri vox *una Operatio post duarum Naturarum conjunctionem* deleretur.

Epist. Serg. ad Hon. p. 921.

tur. Sed cum Sergius hujus Hæresis cœteris omnibus tenacior esset, tantum abfuit, ut eum audiret, ut potius, prætextum obtendens Reconciliationis Hæreticorum in Ægypto, quam sine peccato, ut ajebat, nemo sufflaminare posset, tam factum, quam Doctrinam Cyri omnino approbaret; id enim ex ejus Responsoria dispicimus, in qua Monotheletarum errorem multo clarius quam Cyrus profitetur. Nam loquitur in hunc modum. Sæculum VII A C. 633. *Conc. Later. Secr. 3. p. 178.*

Idem JEsus Christus res Divinas & humanas unica Operatione operatur, quia omnis Operatio Divina & Humana ab uno & eodem Verbo Incarnato procedebat. Hic est sensus S. Leonis, dicentis; utramque Naturam cum participatione alterius operari. Hinc optime docuisti secundum S. Cyrillum, unam Naturam Verbi Incarnati, (*) & unam Hypostasin compositam, solo intellectu distinguens partes, quæ conjunguntur. Et infra: *Postquam piam hanc Doctrinam accurate exposuisti, omnes Hæresum Auctores anathematizasti.* Tandem plurimus est in laudibus Cyri & Imperatoris, qui ei Sedem Patriarchalem Alexandrinam contulerat.

§. XLIII.

(*) S. Cyrillus non dixit unam Naturam Verbi Incarnati, sed unam Naturam Verbi Incarnatam. Lib. XXVI. §. XXIX.

Sæculum VII
A. C. 633.

§. XLIII.

Epistola Sergii ad Honorium.

Interea Sophronius in Orientem reversus mortuo Modesto, eodem anno 633. Heraclii vigesimo quarto Patriarcha Jerosolymitanus invitus eligitur. Sergius, hoc comperto, Honorii Papæ animum præoccupaturus, dedit ad eum amplissimam Epistolam, in cujus exordio profitetur, nihil se nisi Papa consentiente facturum. Deinde ad rem ipsam transiens, hujus litis originem narrat in hunc modum: *Haud multo abhinc tempore Imperatori, occasione belli Persici in Armenia commoranti, Sectæ Severianæ Caput, cui nomen Paulus, Sermonem tradidit, nempe Hæresis, quam profitebantur, Apologiam. Imperator Pauli dicta refutavit, virumque confudit, Doctrinam Ecclesiæ ei opponens, atque in isto Colloquio mentionem de una in JESU Christo Operatione injecit. Post hæc Imperator, cum esset in Regione Lazorum, de disputatione, quam habuerat cum Paulo, locutus est præsente Cyro, tunc illius Provinciæ Metropolita, nunc Patriarcha Alexandrino. Respondit Cyrus, se non satis scire, an populi docendi essent, unam vel duas Operationes in JEsu Christo dari, & jubente Imperatore scripsit ad me, hac super Quæstione consulens,*

Conc. 6. Act. 12. p. 617.

sulens, & quærens, an noviſſem aliquos ex Patribus, qui de una Operatione mentionem feciſſent. Reſpondi, & docui, quæ ſciebam, miſique Sermonem Mennæ, olim hujus Civitatis Patriarchæ, ad Vigilium, Anteceſſorem tuum, datum, in quo diverſa loca Patrum de unica Operatione, & unica Voluntate JEſu Chriſti leguntur. At in iſto Reſponſo nihil omnino ex me ipſo loquor, ſicut ex deſcripto exemplo, quod tibi mitto, videre poteris. Ita Sergius. Verum ea, quæ de factis ipſius ſuperius retuli, præſertim Epiſtola Cyri & Sergii Reſponſum, oſtendunt, quam parum ſincere ſcripſerit. Sæculum VII A. C. 633. *Sup. n. 40.*

Tum Sergius proſequitur in hunc modum: *Exinde nulla amplius de hoc Articulo mentio. Sed ante breve tempus Cyrus Patriarcha Alexandrinus Dei Gratia & Imperatoris zelo excitatus Sectatores Eutychis, Dioſcori, Severi, & Juliani, qui Alexandriæ degebant, ad Reconciliationem exhortatus eſt, & poſt aliquot Collationes non ſine magno labore conſecutus eſt, quod optabat. Partium conſenſu quidam Articuli Dogmatici conſcripti; quibus utrinque receptis Pax non Alexandriæ modo, ſed in tota ferme Ægypto, Thebaide, Lybia, aliisque Diœceſis Ægypti Provinciis ſecuta eſt. Interim Sanctus Monachus Sophronius, nunc Patriarcha Jeroſolymitanus (iſtud enim fama*

Sergii Epiſtola ad Honorium.

Sæculum VII A.C. 633.

fama ad me attulit, & necdum pro more Litteras ejus Synodicas accepi) Sophronius, inquam, tunc temporis cum Cyro Patriarcha Alexandriæ versatus, impugnavit unum ex Reconciliationis Articulis, in quo de unica JEsu Christi Operatione agebatur, contendens, duas Operationes esse admittendas. Cyrus ei aliquos Patrum Textus ostendit, in quibus unius Operationis mentio occurrebat. Præterea vero hortatus est eum, ut perpenderet, sæpe Patres nostros, quo magnum animarum numerum Deo lucrarentur, lenitate & indulgentia usos fuisse, quin tamen ideo Doctrinæ Veritatem minime prodiderint. Sic etiam hodie rebus ita se habentibus hac super Quæstione, quæ Fidem non læderet, non esse tricandum, cum etiam aliqui Patrum hoc modo loquendi usi fuissent. At Sophronio hæc Moderatio nullatenus probabatur, & Constantinopolim delatus, urgebat nos, ut hunc Articulum deleri juberemus, quod nobis durum & inhumanum visum est, & tot populos novissime reconciliatos rursus divisurum, populos, inquam, qui vel solum Nomen S. Leonis, & Concilii Calcedonensis antea horrebant, & nunc illud alta voce in Sanctis Mysteriis recitant.

Postquam igitur hac de re cum Sophronio diu contulimus, tandem instantius petiimus,

Sæculum VII A. C. 633.

petiimus, ut Patrum verba oſtenderet, quæ expreſſe & in ſenſu proprio docerent, duas Operationes in JEſu Chriſto affirmari debere; quod neutiquam potuit. Quare, cum videremus contentionem iſtam exardeſcere, ſciremusque, talia eſſe plerumque Hæreſum exordia, neceſſarium eſſe exiſtimavimus, ut ad tollendas has altercationes inutiles omnem curam adhiberemus. Unde Patriarcham Alexandrinum datis litteris hortati ſumus, ne, Reconciliationis Schiſmaticorum negotio feliciter ad finem perducto, permitteret, quemquam amplius de una vel duabus Operationibus in JEſu Chriſto mentionem facere, ſed præciperet, ut cuncti potius cum Conciliis Oecumenicis dicerent, unum & eundem JEſum Chriſtum res Divinas Humanasque operari, omnesque ejus Operationes indiviſibiliter ab eodem Verbo Incarnato procedere, & ad illud ſolum referri. Nam, licet unius Operationis mentio in quibusdam Patribus legatur, iſta tamen enunciatio quibusdam videtur extranea & nova, timentibus, ne illa utentes Duas Naturas negare velint, quod Deus avertat! multis etiam affirmatio duarum Operationum offendiculo eſt, quia hæc Doctrina in nullo SS. Patrum invenitur, & inde ſequitur, duas Voluntates contrarias eſſe admittendas, ita ut

Monotheliteæ.

Sæculum VII A. C. 633.

ut Verbum pro Genere humano pati voluerit, Humana Natura non voluerit, nam tunc etiam duarum Voluntatum duo principia deberemus admittere, quod impium est; quia impossibile est, ut idem subjectum simul respectu ejusdem objecti duas voluntates contrarias habeat. (*) *Atqui Patres nos docent, Carnem Domini animatam anima rationali nunquam sensisse motum naturalem ab imperio Verbi separatum aut contrarium, atque ut clarius mentem nostram explicemus: sicut corpus nostrum ab anima rationali regitur & gubernatur, ita totum Compositum Humanitatis JEsu Christi semper & in omnibus Verbi Divinitati & imperio Dei subjectum erat.*

Et infra: *Tandem inter nos convenit,* p. 925. *ut Sophronius nec de una nec de duabus voluntatibus amplius mentionem faceret, sed satis ipsi esset trita via incedere, & Doctrinam Patrum certam sequi. Id igitur nobis promisit, petiitque, ut Responsorias tuas descriptas sibi mitteremus, quam hac super quæstione se interrogaturis*

(*) Male infert hic Sergius, malus Theologus! Nunquam Voluntates absolute contrariæ in Christo Domino fuere; nam cum in monte Oliveti oravit Patrem suum, ut auferret a se Calicem Passionis, addidit: *Fiat voluntas tua!* Matth. 26. 42.

turis ostenderet. Id nos facturos lubentissime condiximus; ipse vero ad sua reversurus navem conscendit. Ante paucos dies Imperator Edessæ commorans datis ad nos litteris petiit, ut Textus Patrum de una Operatione & una Voluntate in Sermone Dogmatico Mennæ ad Vigilium scripto contentos excerperemus, sibique mitteremus; quod fecimus. Ad Imperatorem quoque, ejusque Sacellanum omnia in hac causa a nobis acta, & quantum interest, hanc Quæstionem non rimari, sed necessarium esse, ut constanti Patrum Doctrinæ inhæreamus, perscripsimus. Tum Responsum ab Imperatore accepimus tanto Principe dignum. Necessarium credidimus de his omnibus, missis descriptis exemplis, te certiorem reddere. Rogamus, ut omnia legas, si sermonibus nostris quidquam desit, suppleas, & dato Responso Sententiam tuam nobis aperias.

Sæculum VII A. C. 633.

Hæc est illa Epistola Sergii Constantinopolitani ad Honorium Papam data, fallaciis & fuco plena. Epistolas suas ad Theodorum Pharanensem, ad Paulum Monoculum, & ad Georgium Arsanem dissimulat, Imperatoris quoque Epistolam ad Arcadium Cyprensem silentio premit, & quæstionem de duabus Voluntatibus ignorasse se simulat, antequam sibi Cyrus ex Phaside scripsisset. Semper con-

Sup. n. 40. Max. disp. to. 2. op. p. 183.

Sæculum VII A. C. 633.

fictum Sermonem Mennæ ad Vigilium commemorat, quem ad id ipsum procuderant, ut Monothelitarum Hæresin fulcirent. Mentitur, Patres aliquos unam Operationem docuisse, & nullum eorum mentionem de duabus intulisse; nam contrarium ex iis, quæ sequentur, dispiciemus. Tandem falsum etiam est, quod dicit, S. Sophronium promisisse, se super hac Quæstione silentium servaturum.

§. XLIV.

Responsum Honorii.

At Honorius Papa ad Sergii malam fidem non advertens, respondit in hunc modum: *Litteras tuas accepimus, ex quibus cognovimus, aliquas altercationes exortas, & Quæstiones de nomine motas a quodam Sophronio tunc Monacho, & nunc Episcopo Jerosolymitano contra Fratrem nostrum Cyrum Episcopum Alexandrinum, qui Hæreticos nuper conversos docet, unicam in JEsu Christo Operationem dari. Item Sophronium, cum ad te venisset, meliora edoctum, querelas omisisse, & petiisse a te, ut Doctrinam tuam scriptam ei mitteres. Porro descriptum exemplum hujus Epistolæ tuæ ad Sophronium considerantes, videmus te in scribendo providum & circumspectum fuisse; hinc laudamus a te factum, quod novas voces sustuleris, quæ Simplicibus scandalo esse*

Conc. 6. Act. 12. p. 928.

esse potuissent. Et infra: *Unicam in JEsu Christo Voluntatem confitemur, quia Divinitas non peccatum nostrum assumpsit, sed Naturam nostram, & talem, qualis creata fuit, antequam peccatum eam corrupit.* Et infra: *Nihil in Conciliis aut in Scriptura occurrit, unde nobis ad docendam unam vel duas Operationes Auctoritas concilietur; sed forte aliquis balbutiendo ita locutus est, ut sermonem Auditoribus infirmis accommodaret, quod Dogma Fidei haberi non debet. Nam JEsum Christum esse unicum Operantem tam per Divinitatem quam per Humanitatem Scripturæ in omnibus paginis loquuntur; at scire an propter opera Divinitatis & Humanitatis unam vel duas Operationes dicere vel concipere debeamus, nostra parum interest, idque Grammaticorum judicio relinquimus.* Et iterum: *Rejiciamus has voces novas, quibus Ecclesiæ scandalizantur; nec rudes duarum Operationum voce offensi Nestorianos nos putent, aut Eutychianos credant, si in JEsu Christo unicam Operationem confiteamur.* Sermonem claudit in hunc modum: *Istud nobiscum doce, sicut illud etiam unanimi tecum consensu docemus.* (*) Hæc est celeberrima Epi-

Sæculum VII A. C. 633.

p. 929.

p. 932.

p. 932.

p. 933.

(*) Sunt ex Protestantibus, qui dicant, illos Æthio-

Sæculum VII A. C. 633. ſtola Honorii Papæ ad Sergium Patriarcham ſe conſulentem data.

§. XLV.

Eccleſia Anglicana.

Sup. n. 37. Beda II. hiſt. c. 17. Honorius Papa Eduini Regis Nordhumbriæ in Anglia Converſione comperta datis litteris eundem ad perſeverantiam

---

Æthiopem lavare, qui Honorium ab Hæreſis Monothelitarum macula vindicare contendunt. At ſi hujus Epiſtolæ verba, & temporis adjuncta mature penſentur, liquet, Acatholicos Honorio injuriam facere. Nam inprimis exploratum eſt, Papam non voluiſſe Quæſtionem decidere, ſed putaſſe a novis vocibus abſtinendum. Tum ubi dicit; *Unicam in JEſu Chriſto Voluntatem confitemur &c.* De Voluntate Chriſti in ſenſu morali accepta, non autem in ſenſu phyſico, manifeſte loquitur. Putavit etiam, parum intereſſe unam vel duas Operationes affirmare, ſi credamus JEſum Chriſtum eſſe unicum operantem tam per Divinitatem, quam per Humanitatem. Denique Monothelitæ unicam in Chriſto Operationem temere & pertinaciter affirmabant; at Honorius Papa id non ſolum nunquam affirmat, ſed etiam affirmandum non eſſe clare pronunciat, dum dicit: *Ne Eutychianos nos credant, ſi in JEſu Chriſto unicam Operationem confiteamur.* His & pluribus argumentis Honorium egregie vindicat Cardinalis Baronius. *Præterea,* ut inquit Palatius, *hæc, quæ ſcripſit Sergius,*

rantiam hortatus est. Lectionem quo- Sæculum VII
que Operum S. Gregorii suadet, & sub- A. C. 633.
jungit: *Quæ vero in causa Ordinationis Episcoporum vestrorum a nobis postulasti, lubentissime concedimus, & duobus Metropolitis Honorio & Paulino Pallia mittimus, ut postquam DEus alterutrum ex hac vita evocaverit, superstes defuncto vi hujus Epistolæ Successorem dare possit; idque ob locorum distantiam indulgemus.* Id est, nec ex Anglia Romam currere necesse sit. Hæc Epistola undecimo Junii anno 634. Indictione septima data est. Justo Archiepiscopo Cantuariensi vita functo, Honorius electus, ut mortuo succederet, ad S. Paulinum Eboracensem venit, qui eum a tempore S. Augustini quintum Episcopum Dorvernensem seu Cantuariensem consecravit. Scoti, id est, Hiberni Honorium Papam datis litteris se *c.* 18.

Sergius, non poterant ut hæretica recusari, cum ab homine venirent tunc magnæ existimationis, & in ejusdem Sergii Epistola nil esset, quod Chalcedonensi adversaretur Concilio; imo in ea de duabus in Christo Naturis indivise & inconfuse conjunctis contra Eutychetem clara esset assertio, juxta Doctrinam Orthodoxam & singillatim nominatam Leonis Epistolam. Demum se Honorii Censuræ subjiceret, si quid ipse minus vel amplius dictum esse cognosceret. Plura hac de re recurrent infra.

Sæculum VII A. C. 633. exhortantem, ut ſingularem ſuam in celebrando Feſto Paſchæ conſuetudinem dimitterent, non audierunt.

Eduinus Rex, cum in Fide eſſet zeloſiſſimus, Carpualdum Regem Eſt-Angliæ ſeu Anglorum Orientalium permovit, ut Religionem Catholicam cum toto populo ſuo ſuſciperet. Redualdus hujus Regis Parens, olim in Regione Cantiorum baptizatus, ubi ad ſuos rediit, ab uxoris blanditiis & quibusdam perverſis Doctoribus ſeduci ſe paſſus eſt, usque adeo, ut Cultum veterum Deorum ſuorum & JEſu Chriſti Religionem conjungens in eodem Templo duas aras erexerit, alteram JEſu Chriſti Sacrificio peragendo, alteram victimis Dæmoni immolandis deſtinatam. Filio ejus Carpualdo haud diu poſt Converſionem ſuam occiſo, illa Provincia triennio in errore permanſit, dum Regnum capeſſeret Sibertus Frater ejus, qui in Gallia, cum ibi exul degeret, ad Sacra Chriſtiana tranſierat. Is Regiam poteſtatem conſecutus nihil antiquius habuit, quam ut omnes nervos ad convertendam totam Provinciam intenderet, ejus pios conatus Felice Epiſcopo in Burgundia nato & ordinato ſtrenue adjuvante; quippe Felicem, cum Honorium Archiepiſcopum Cantuarienſem adiiſſet, eique ſuum deſiderium Fidem Infidelibus prædicandi ape-

†Oſt-Angliæ

c. 15.

aperuiſſet, is ipſe Archiepiſcopus ad illam Anglorum Orientalium Nationem miſerat, ubi adeo feliciter laboravit, ut tota Provincia converſa Sedem ſuam Epiſcopalem in Civitate Dummocenſi figere licuerit, & ibidem poſt annorum ſeptendecim lapſum in pace ſpiritum Deo reddiderit. Sæculum VII A. C. 633.

S. Paulinus Eboracenſis etiam in Provincia Lindenſi in ora Humbri fluminis ad meridiem, qua Oceanum ſpectat, Fidem prædicans Præfectum Lincolniæ convertit, & ibi Eccleſiam ædificavit. *c.* 16.

In Provinciis vero Angliæ Regi Eduino ſubditis adeo tranquilla Pax regnabat, ut in proverbium abierit, dicebant enim, puerperam cum puſione recens nato ab uno mari ad alterum tutiſſimo navigare potuiſſe. Apud fontes, qui proficiſcentibus in viis publicis occurrebant, Eduinus labra ex cupro apponi juſſit, quæ nemo furto auferre auſus eſt. *c.* 20.

At Rex optimus non ultra annos ſeptendecim Regnum tenuit, nec ultra annos quadraginta ſeptem vitam produxit, nam 13. Octobr. anno 633. in acie cecidit adverſus Carduellam Britonum Regem, qui cum Penda, Anglorum Principe ex Natione Merciorum inita armorum ſocietate ab Eduino defecerat. Ipſorum Victoria Eccleſiæ in Nordhumbria naſcentis exitium fuit, quippe Penna, ſicut omnes

Sæculum VII A. C. 633.

Mercii, Infidelis erat, & Carduellà, quamvis Religionem Christianam profiteretur, Paganos feritate longe superabat. Mulieres quoque & infantes in tormentis enecabat, totam Nationem Anglorum ex Britannia extirpaturus; nec ulla erat Religionis Christianæ, quam amplexi fuerant, Reverentia, quia Britones eam contemnebant, nec majus illis cum Christianis, quam cum Gentilibus erat commercium; atque iste rerum status exinde post annos centum nempe Bedæ ætate perdurabat. Regis Eduini caput Eboracum reportatum in Ecclesiam S. Petri, quam ædificare cœperat, repositum est.

In illa Ecclesiæ & Regni Nordhumbriæ calamitate, S. Paulinus atque Edelburga Regina, quam olim adduxerat, liberique ejus fugere coacti, & itinere maritimo in Cantium reversi ab Honorio Archiepiscopo & Rege Edulbaldo honorifice excepti sunt. Rex & Archiepiscopus S. Paulinum ad suscipiendam curam Ecclesiæ Roffensis, tunc, defuncto Episcopo Romano, Pastore destitutæ invitarunt. Subiit ille Munus, & hanc Ecclesiam usque ad mortem suam rexit. Eboraci Paulinus reliquerat Jacobum Diaconum, qui multos fidem docuit, & baptizavit, cumque huic Ecclesiæ Pax reddita est, alios in Cantu Romano, quem appri-

apprime didicerat, instituit, & usque ad Bedæ tempora superstes fuit. Sæculum VII A. C. 633.

§. XLVI.

Concilium Toletanum IV.

In Hispania Concilium Toletanum IV. nono Dec. anno III. Sisenandi Regis, æra 671. id est, anno 633. celebratum. Adfuere sexaginta & duo Episcopi, quibus S. Isidorus Hispalensis præerat. Ei proximi erant alii Metropolitæ Narbonensis, Emeritanus, Braccarensis, Toletanus & Tarraconensis. Nam Concilium istud erat Nationale, nempe totius Hispaniæ, & illius partis Galliæ, quæ Gothis parebat. Tunc temporis Sedem Archiepiscopalem Toletanam tenebat S. Justus, antea Abbas Monasterii Agaliensis, ubi a prima ætate sub Disciplina S. Helladii Antecessoris sui educatus fuerat. Is eximio corporis habitu fuit, magno ingenio & facundia præditus; sed annis tribus tantum in Episcopatu vixit. Alii Episcopi in hoc Concilio præ ceteris illustres fuere Braulion Episcopus Cæsaraugustanus, Joannis Fratris sui Successor. Hanc Sedem annis ferme viginti obtinuit, & quorumdam librorum Auctor extitit. Nonnitus Gerundinus antea Monachus, tum quasi per inspirationem Cœlestem ad Dignitatem Episcopalem electus. Vir simplex admodum

to. 5. Conc. p. 1702.

Sup. n. 21. Ildeph. illust. c. 8. Act. SS. Ben. to. 2. p. 147.

Ildeph. c. 11.

c. 9.

Sæculum VII A.C. 633.

Ecclesiam suam magis exemplo suo, quam verbis regebat. Conantius Palentinus, qui hanc Sedem ultra annos triginta tenuit. Habitus & Sermonis gravitate venerabilis Officium Divinum & Cantum in Ecclesia ordinare amabat. Præter Episcopos sexaginta duos septem absentium Episcoporum Legati interfuere.

c. 10.

Omnibus in Ecclesia S. Leocadiæ congregatis Rex Sisenandus cum aliquot Optimatibus intravit, tum in terram prostratus coram Episcopis inter lacrymas & gemitus petiit, ut pro se Deum orarent; deinde hortari cœpit, ut jura Ecclesiæ tuerentur, & abusus tollerent. Episcopi septuaginta Canones condiderunt, quorum primus Fidei Confessionem continet. In ea Mysteria Trinitatis & Incarnationis adversus præcipuas Hæreses clare explicantur. Expresse affirmatur, quod Spiritus S. a Patre & Filio procedat. Negligentia Episcoporum in convocandis Conciliis vituperatur tanquam teporis, quo Disciplina Ecclesiastica relaxatur, principalis causa, & præcipitur, ut saltem semel in anno celebrentur.

c. 3.

Si de Rebus Fidei agendum sit, aut de aliqua Causa communi, Concilium generale ex tota Hispania & Gallia convocetur; si vero de Causis privatorum, Synodi in singulis Provinciis in loco a Metropolita præstituto, decimo quinto Cal. Jun.,

Jun., id est circa medium Maji, quando herbis crescentibus terra viret, celebrentur. Sæculum VII A.C. 633.

§. XLVII.

Conciliorum celebrandorum Ritus.

Conciliorum celebrandorum Ritus hic minutatim, quod nullibi alias me legisse memini, præscribuntur; nec dubitandum, quin ex antiquissima Traditione originem ducant. Hora diei prima ante Solis ortum omnes ex Ecclesia exire jubeantur, & claudantur portæ. Ostiarii omnes sub illa stent, qua Episcopi intraturi sunt. Ipsi simul omnes intrabunt, & secundum tempus Ordinationis suæ considebunt. Post Episcopos vocentur Presbyteri, quos advocandi causa aliqua subfuerit, & deinde Diaconi, quos admittere visum fuerit. Episcopi sedeant in Circulo, & post ipsos Presbyteri, sed Diaconi coram Episcopis stent. Tum Laici intrent, quos isto honore dignos Concilium judicaverit. Notarii quoque ingredi jubeantur, lecturi & litteris adnotaturi, quæ necessaria sunt, & portæ custodiantur. Postquam Episcopi diu in silentio sederint mente ad Deum elevata, Archidiaconus dicat: Orate! illico omnes in terram se prosternant, & in silentio inter lacrymas & gemitus diu orent. Tunc ex Senioribus Episcopis aliquis *c. 4.*

Sæculum VII A. C. 633.

aliquis surgat, & alta voce orationem pronunciet, reliquis in terra jacentibus. Oratione recitata & omnibus respondentibus: Amen, Archidiaconus dicat: Levate! mox surgant omnes, atque Episcopi & Presbyteri in timore Dei, & modeste consideant.

Silentibus omnibus, Diaconus Alba indutus in medium afferat Librum Canonum, & illos, qui de celebrandis Conciliis aliqua statuunt, legat. Tunc Episcopus Metropolitanus loquatur, illosque qui aliquam Causam habent, hortetur, ut proponant. Si quis Actionem moveat, ad aliam causam tractandam prius non digrediantur, quam illa fuerit finita. Si quis extra Concilium constitutus Presbyter, Clericus, aut Laicus propter Causam aliquam Concilium adire cupiat, istud Metropolis Archidiacono aperiet, qui Concilio denunciabit. Tum Parti intrare licebit, & causam proponere. Nullus Episcopus ex illa Sessione discedat ante horam, quæ ad eam solvendam præstituta est. Nemo Concilium relinquat, priusquam omnia fuerint peracta, ut omnes Decretis subscribere possint. Nam credere oportet, Deum illi Concilio adesse, in quo Causæ Ecclesiasticæ sine tumultu, sedulo & tranquille definiuntur.

§. XLVIII.

Sæculum VII
A. C. 633.

§. XLVIII.

Canones de Ritibus.

Concilium præcipit, ut diversitas Officiorum in Ecclesiis particularibus tollatur, ne hominibus rudibus istud discrimen Schisma esse videatur. *Itaque*, ajunt Patres, *deinceps eundem orandi & psallendi ordinem in tota Hispania & Gallia, eundem Ritum in Celebratione Missarum, & Officiorum vespertinorum & matutinorum observabimus, nam veteres Canones præceperunt, ut quælibet Provincia eandem consuetudinem in precibus, & in Administrandis Sacramentis retineat.*

S. Isidorus hujus Concilii quasi anima fuit, & ex ipsius Operibus dispicitur, quantam Rituum Ecclesiasticorum notitiam sibi comparaverit; hinc Liturgiæ Hispanicæ, quæ postea Mozarabica dicta, principalis Auctor habetur. Nihilominus ipse fatetur, S. Leandrum Fratrem suum in ea concinnanda multum collaborasse.

Mabill. 1. *Lit. Gall.* c. 4. n. 8.

Isid. Script. c. 41.

Ut igitur in Hispania Cæremoniarum diversitas tolleretur, præcipitur primo, ut tribus mensibus ante Festum Epiphaniæ Metropolitæ alter ad alterum perscribant, qua die Festum Paschæ celebrandum esset, id Suffraganeis suis indicent, ut omnes una die hoc Festum celebrarent.

Conc. tol. c. 5.

c. 6.

Sæculum VII. A. C. 633.

brarent. In Hiſpania Baptiſmus unica immerſione ſecundum S. Gregorii Sententiam conferatur, ne approbare videantur Doctrinam Arianorum, qui baptizandos ter immergebant, quia ſine trina immerſione Fides Trinitatis verbis ſatis exprimitur. Eccleſiæ in Paraſceve non claudantur, ſed Officium celebretur, populo Paſſio Domini noſtri prælegatur, & peccatores ad petendam magno clamore ſcelerum ſuorum veniam excitentur. Illa die non ſolum usque ad Nonam, ſed usque dum Officium fuerit completum, & preces Indulgentiæ perſolutæ, omnes jejunent. Iſta Indulgentia veriſimiliter illud fuerit, quod nos Abſolutionem appellamus. Ubique & etiam in Eccleſiis Galliæ in Vigilia Paſchæ Cereus benedicatur, qua Ceremonia ſancta nox Reſurrectionis honoratur. Alleluja tota Quadrageſima non cantetur, quia tempus triſtitiæ & pœnitentiæ eſt. Item prima die Januarii Alleluja non cantetur, & abſtinentia a carnibus ſervetur, ut nihil Chriſtianis cum Superſtitione Gentilium commune ſit. In Miſſa Laudes poſt Evangelium & non poſt Epiſtolam dicantur. Per has Laudes intelligendum eſt ſecundum S. Iſidorum illud Alleluja, quod hodieque poſt Evangelium in Miſſali Mozarabico viſitur. Hymni a SS. Patribus, puta a S. Hilario & S. Ambroſio

l. Ep. 41.
Sup. l. XXV §. 12.
c. 7.
Canones Concilii Toletani.
c. 8.
c. 9.
c. 11.
infr. XXXVIII. n. 13.
c. 12.
vid. Mabill. I. Lit. c. 4. n. 12. & p. 443. Iſid. I. Eccleſ. Off. c. 13.

brosio compositi in Ecclesiis sine scrupulo decantentur, quamvis ex Sacra Scriptura sicut nec aliquæ Missæ, aliæque preces Ecclesiæ, excerpti non sint. Diebus Dominicis & in Festis Martyrum Hymnus trium puerorum in camino ignis cantetur. Hymnus hic in Missali Mozarabico non amplius invenitur, sed ibi adhuc leguntur illa verba: *Gloria & Honor Patri,* sicut ea recitari in Concilio Toletano præcipiuntur, non vero simpliciter *Gloria Patri,* sicut ea nos hodie dicimus. In Missa Benedictio detur statim post Orationem Dominicam, & ante Communionem, quam Presbyteri & Diaconi coram Altari, ceteri Clerici in Choro, & populus extra Chorum accipiant. Nempe ad singulos sua Communio in locum, in quo stabant, more Romano deferebatur. Benedictio de qua hic sermo, est illa Benedictio Episcopalis, cujus usus etiam hodie in multis Ecclesiis Franciæ viget. Aliqui in Hispania Episcopi Orationem Dominicam tantum Diebus Dominicis recitabant; sed Concilium præcipit, ut singulis diebus tam in Officio publico, quam privato dicatur, & hujus rei obligationem ex Auctoritate S. Cypriani, S. Hilarii & S. Augustini probat. Item præcipit, ut in Officio a Pascha usque ad Pentecosten legatur Liber Apocalypsis, quem

Sæculum VII A.C. 633.

c. 14.

c. 15.

c. 18.

Sup. Lib. XXXVI. §. 19. c. 19.

c. 10.

c. 17.

Sæculum VII A. C. 633.

quem illa ætate aliqui necdum credebant Canonicum. Diaconis unum tantum Orarium seu Stolam & non duas gestare liceat, quæ nec auro, nec variis coloribus splendeat. Usus contrarius prævaluit, & Diaconorum Stolæ, quæ priscis temporibus semper lineæ erant, nunc ex pannis pretiosis comparantur. Diaconi Stolam in humero siniſtro habeant, ut brachio dextro in Sancto Ministerio libere uti possint. Omnes Clerici coronam ejusdem formæ habeant, id est coronam proprii capillitii, ita ut capitis vertex rasus emineat. Nam prius Lectores in Gallæcia prolixis crinibus sicut Laici incedebant, & solum exiguum verticis orbem radebant.

c. 40.

c. 41.

§. XLIX.

Alii Canones.

Præterea antiqua statuta de Ordinationibus Episcoporum, præsertim quæ ad Libertatem Electionis pertinent, renovantur, & quælibet Irregularitas speciatim memoratur. Præcipitur Episcopis Presbyteris & Diaconis, ut Syncellitas habeant, id est, exploratæ probitatis viros, qui in eodem secum cubiculo dormiant. Clerici juvenes in uno loco habitent sub custodia Senis sapientis, & si Pupilli sint, Episcopus non solum Bonorum ipsorum, sed etiam vitæ & morum curam

c. 19.

c. 22. 23. 24.

ram gerat. Clerici, qni Seditione exorta arma corripuerint, gradu ſuo dejiciantur, & ad pœnitentiam agendam in Monaſterium detrudantur. Pœnam eandem ſubire cogantur, qui Magos, Aruſpices, Augures, aliosve Divinatores conſuluerint. Epiſcopus aut Clericus depoſitus, etiam injuſte, Munere ſuo non denuo fungatur, niſi ei prius Dignitatis ſuæ Inſignia ſolemni ritu reddita fuerint, ſicut ea in ſua Ordinatione accepit. Id eſt, Epiſcopo Orarium, Annulus, & Pedum, Presbytero Orarium & Caſula, Diacono Orarium & Alba, Subdiacono Patena & Calix iterum tradebantur. Sæculum VII A. C. 633.

c. 45.

c. 29.

c. 28.

Epiſcopi non prius Reos examinandi provinciam in ſe ſuſcipiant, quam de obtinenda vitæ gratia juramentum eis præſtitum fuerit. Si Epiſcopus in effuſione humani ſanguinis partem habuerit, deponatur. Epiſcopi Judices poteſtate ſua abutentes admoneant; & ſi errorem non emendaverint, Regi indicent.

c. 31.

c. 32.

Clericis ad vitam Monaſticam transeuntibus Epiſcopi impedimentum non ponant. Item Epiſcopi Monachos ad opera ſervilia in commodum ſuum non adhibeant, ita ut Monaſteria pene in prœdia Epiſcoporum convertantur. Non plus

c. 50.

c. 51.

Sæculum VII A. C. 633.

plus juris sibi in Monasteria usurpent, quam Canones eis tribuunt; Monachos ad omnium virtutum exercitium hortentur, Abbates, ceterosque Officiales constituant, & curent, ut Regula observetur. Qui urgente periculo Pœnitentiam receperunt, nullo crimine speciatim exposito, sed confessione generali dicentes, se esse Peccatores, si voluerint, Clericis adscribi possint. Illis vero, qui Pœnitentiam recipientes peccatum mortale publice confessi fuerint, aditus ad Ordinem Clericorum nunquam pateat.

c. 54.

Pœnitentes, qui suo arbitrio ad aliorum Laicorum statum redierint, Episcopus in pœnitentium ordinem denuo redigat, & si recusent, aut ex pœnitentium statione secundo fugiant, tanquam Apostatæ habeantur, & Anathemate percutiantur.

c. 55.

Illa adhuc ætate Viduæ dabantur, Deo consecratæ per Professionem publicam, ubi præsente Episcopo vestes mutabant, quamvis nulli Congregationi jungerentur.

c. 56.

Hæ Sanctimoniales, seu Mulieres Religiosæ, appellabantur, quibus exinde nubere non licebat.

c. 56.

Episcopus Servos Ecclesiæ manumittere non possit, nisi aliunde Ecclesiam indemnem præstet; & si non præstiterit, Successor ejus manumissos ad pristinam servitutem subeundam compellat. Tam

c. 67.68.69.

Liberti

Sæculum VII
A. C. 633.

Liberti Ecclesiarum, quam eorum Posteri semper Ecclesiis obstricti remaneant, & ad illa obsequia præstanda teneantur, quæ Patroni a Libertis suis exigere solent. c. 70. 71.

Servi Ecclesiæ Presbyteri aut Diaconi rurales ordinari possint, si prius fuerint manumissi. c. 74.

Post eorum mortem omnia ipsorum Bona Ecclesia acquiret. Tales etiam tam parum, quam alii Liberti contra Ecclesiam testes esse possint. c. 72.

Ecclesia Libertos privatorum, si Episcopus rogatus fuerit, in suam Tutelam recipiat.

Liberti non possint ad Ordines admitti, nisi Patroni eos ab obligatione reddendi omnia obsequia relaxaverint. c. 73.

Exinde non compellantur Judæi ad suscipiendam Fidem, quam omnes non aliter quam libera voluntate, & sola Prædicationis vi permoti amplectantur; illi vero, qui regnante Rege Sisebuto ad profitendum Religionem Christi coacti sunt, quia jam Sacramenta receperunt, nempe Baptismum, Sancti Chrismatis Unctionem, atque Corpus & Sanguinem Domini Nostri, cogendi sunt ad servandam Fidem, etiam vi adhibita susceptam, ne Religio Infidelium ludibrio exponatur, & Nomen Domini blasphemetur. c. 57.

Nemo sive Clericus sive Laicus Judæos cum Fidei detrimento sub pœna Excommunicationis tueatur. c. 58.

Sæculum VII A. C. 633.

Istud ideo cavetur, quia etiam Episcopos invenire erat, qui acceptis a Judæis muneribus corrumpi se patiebantur.

c. 59. Judæi Apostatæ mancipia a se circumcisa amittant, quæ in libertatem asserantur.

c. 60. Omnes Judæorum parvuli parentibus suis eripiantur, & Monachis, vel aliis notæ Pietatis hominibus, tradantur, Religione Christiana imbuendi.

§. L.

Fidelitas Principi debita.

In ultimo Canone Concilii Toletani de Obedientia Regibus debita agitur, quod ut plenius intelligatur, scitu necessarium est, qua via Sisenandus ad Regnum pervenerit. Sisebuto anno 621. fatis functo

Fredeg. c. 73. successit filius Reccaredus II. sed is trium solummodo mensium Rex fuit. Ipso præcoci morte erepto, Gothi Regem elegerunt Suintilam sub Regni auspicia ob res gestas carissimum; quippe Roma-

Isid. Chr. to. 1. Bibl. Lab. p. 69. nos tota Hispania expulit, & omnium primus universam sibi subjecit. Cum vero anno 625. Ricimerum filium suum infantem Regem proclamari jussisset, in se concitavit indignationem Optimatum, quorum aliquis, cui nomen Sisenandus, Dagoberti Regis Franciæ auxiliis suffultus effecit, ut anno 631. Gothorum Rex salutaretur. Proinde Suintila, postquam annis

annis decem regnaſſet, deponitur, & Siſenandus, ut Regnum vacillans ſtabiliret, hunc ultimum Canonem in Concilio Toletano apponi voluit. Et quis ſciat, an non hæc cauſa præcipue Regem ad convocandum tantum Epiſcoporum numerum impulerit? Sæculum VII A. C. 633.

Enimvero in hoc Canone Patres illorum populorum perfidiam acriter objurgant, qui fidem Regibus ſuis juratam frangunt, eorum Auctoritatem ſpernunt, vel vitæ inſidiantur. Deinde additur: *Nemo igitur Regnum invadat, aut Seditiones commoveat, ſed ubi Princeps deceſſerit, Optimates ex tota Natione congregati cum Epiſcopis Succeſſorem eligant.* Hic diſpicimus, Reges Gothorum per Electionem ad ſolium fuiſſe vocatos, & in eligendo Principe etiam Epiſcopis ſuas partes fuiſſe. Iſta exhortatione finita Concilium Anathema terribile pronunciat in quemcunque, qui auſu temerario juramentum Regi præſtitum violaverit. Ter exclamatur, toties toto populo reſpondente, *Anathema Maranatha! & pars ejus ſit cum Juda Iſcariote.* Tum Epiſcopi Regem Siſenandum præſentem, & Succeſſores ejus rogant, ut Juſtitiam & Moderationem ament, atque minantur, ſi quis Princeps futuris temporibus more Tyranno-

Sæculum VII A. C. 633.

rum sæviat, eum a JEsu Christo anathematizandum, & a Deo separandum. Subjungunt: *Quod vero pertinet ad Suintilam, qui se ipsum criminum suorum horrore Regno privavit, ex consensu Gentis nostræ declaramus, nunquam nos cum ipso, uxore ejus, aut liberis societatem inituros, nec eos ad aliquem honoris gradum evecturos; imo Bonis suis esse privandos censemus, illis solum exceptis, quæ iis Regis Clementia concedet.* Eadem pœna in Gelam Suintilæ Fratrem pronunciatur. Tale fuit Concilium IV. Toletanum, & primum, quod sciam, in quo Episcopi ad Regiminis Politici partem admittantur.

FINIS TOMI OCTAVI.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM
TOMI VIII.

A.

Abbas. Solis Spiritualibus occupetur. Pag. 314. An Monachus, qui culpam admiſit, poſſit eſſe Abbas. p.474. Si culpæ ſit reus, alteri regimen Monaſterii committatur, p.554. Non ſit Clericus. ibid. Eccleſiam & Altare conſecrat. p. 645. Qualis ſit. p. 696.

Adamus. Mortuus ob peccatum. p. 438.

S. Æmilianus. p. 13.

Africa. Eccleſiæ ſtatus. p. 498.

Agilulphus Rex Longobardorum. p. 323. S. Columbanum recipit. p. 648.

Agnoitæ hæretici. p. 543.

Agreſtinus Schiſmaticus. p. 704.

Alboinus Rex Longobardorum. In Italiam venit. p. 60. occiditur. p. 63.

Alexandria. S.Eulogius obit. p.631. Theodorus ſcribo. p. 632. S. Joannes Eleemoſynarius Patriarcha. ibid. ab eo tempore

pore Alexandrina Eccleſia non amplius tam nota. p.684. Georgius Patriarcha. ibid. Cyrus Monothelita. p.760. Ipſius articuli. p.761.

S. Amandus. Exul. p.739. ejus vita. p.741. & ſeqq.

Amos Jeroſolymitanus. p.378. obit. pag. 542.

Anaſtaſius Antiochenus. p.22. ejicitur. p. 67. reſtituitur. p.378. obit. p.541.

Anaſtaſius Antiochenus Junior. p.541.

S. Anaſtaſius Perſa. p.701. Martyrium. p. 729.

S. Anaſtaſius Sinaita. Ejus Libri. pag. 690. obitus. ibid.

Anglia. Ad Fidem converſa. p.459. Miſſio ſecunda. p.564. & 582. Eccleſiæ Status. p. 678. & 772. Reges Chriſtiani. p.774.

Anima. Eſt immortalis. p. 398.

Antiochia. Anaſtaſius Patriarcha a Judæis interfectus. p.632.

Antiochus Monachus. Ejus Homiliæ in totam S. Scripturam. p.700.

Apollinaris Alexandrinus. Obit. p.68.

Aquileja. Joannes Patriarcha. p.615. Schisma. ibid.

S. Aredius. p.353.

Ariaminus ſeu Miron Rex in Hiſpania. p.57.

S. Arnulphus, p. 673.

Athanaſius Jacobitarum Patriarcha. pag. 759.

S. Augustinus Anglorum Apostolus. Mittitur in Angliam. p. 445. Venit in Angliam. p. 462. Concilium contra Schismaticos convocat. p. 616. obit. p. 620.

B.

Baptismus. Immersiones tres quid significent. p. 318. earum usus cessat. ibid. quibus hæreticis, & quibus non sit conferendus. p. 585. & seq. Unctiones Græcorum. p. 688. arena aliquis baptizatur. ibid.

Benedictus seu Bonosus Papa. p. 63. obit. p. 109.

Bonifacius III. Papa. p. 613.

Bonifacius IV. Papa. Pantheon obtinet, & Festum Omnium Sanctorum instituit. p. 622. obit. p. 652.

Bonifacius V. Papa. p. 682. obit. p. 717.

Breviarium. Quando recitari cœptum. pag. 124.

Brunehildis Sigeberti Regis Uxor. p. 83. nubit Meroveo. p. 92. occiditur. p. 649.

C.

Callinicus Exarchus in Italia. p. 470.

Cassinense Monasterium. Diripitur. pag. 109.

Censura Ecclesiastica. Contra hominum multitudinem non adhibenda. p. 480.

Chararicus, seu Theodemirus Rex Suevorum in Galæcia. p. 7.

Charibertus Rex Francorum. p. 3. obit. pag. 31.
Childebertus Rex Francorum. p. 92. Barbaros aggreditur. p. 146. Ditiones illius. p. 442. obit. p. 445.
Chilpericus Rex Francorum. p. 3. Episcopum Rothomagensem custodiæ tradit. p. 100. Rescriptum de SS. Trinitate. p. 127. occiditur. p. 146.
Christiani Superstitiosi. p. 35.
Chrodielda Sanctimonialis rebellis. p. 292.
Clephus Rex Longobardorum. p. 63.
Clerici. Exempti in Civilibus, & non in Criminalibus. p. 125. in Sacris Ordinibus, si peccata carnis committant, nunquam restituantur. p. 407. Presbyteri deponantur. p. 496. non initiati Sacris Ordinibus obligantur ad cantandos Psalmos. p. 573. ob crimen impudicitiæ deponantur. p. 587.
Clotarius I. Rex Francorum. obit. pag. 3. quatuor Reges ejus Filii. ibid.
Clotarius Filius Chilperici. p. 147. Rex Neustriæ. p. 567. totius Franciæ. p. 650. obit. p. 737.
S. Columbanus, seu *Columba.* p. 45. ejus vita. p. 306. & seqq. ejus Epistolæ de Paschate. p. 591. Papæ auxilium implorat. p. 622. persecutionem patitur. p. 623. secundo exul. p. 637. in Neustria. p. 641. in Italia. p. 647. Epistola ad S. Pontificem. p. 648.

Conci-

Concilia. Credendum iis ſicut Evangelio. p. 320. unde vim obligandi habeant Concilia Univerſalia. ibid.
Conciliorum Collectio S. Martini Braccarenſis. p. 59.
Concilium Antiſſiodorenſe. p. 160.
Concilium Auguſto-Lucenſe. p. 10. & 59.
Concilium Aurelianenſe. p. 754.
Concilium Braccarenſe. p. 11. Secundum. p. 56.
Concilium Brennianum. p. 131.
Concilium Cabillonenſe. p. 121.
Concilium Cæſarauguſtanum. p. 494. & alia in Hiſpania. p. 495. & ſeqq.
Concilium Conſtantinopolitanum. In cauſa Gregorii Antiocheni. p. 186.
Concilium Hiſpalenſe. p. 315. Secundum. p. 690.
Concilium Lugdunenſe. p. 27. Tertium. p. 126.
Concilium Matiſconenſe. p. 125. Secundum. p. 153.
Concilium Metenſe. p. 302.
Concilium Narbonenſe. p. 184.
Concilium Pariſienſe. Quartum. p. 83. Quintum. p. 99. Sextum. p. 670.
Concilium Pictavienſe. p. 299.
Concilium Rhemenſe. p. 712.
Concilium Romanum. p. 429. Canones. p. 432. & ſeqq. Aliud. p. 553. & 614.
Concilium Santonenſe. p. 4.

Conci-

Concilium Toletanum. Arianorum. p. 135. Tertium. p. 176. Quartum. p. 777.
Concilium Turonense. p. 26.
Confirmationis Sacramentum. Quis Minister sit. p. 407.
Constantius Mediolanensis. p. 383. obit. p. 549.
Continentia Clericorum. Presbyter, Diaconus, aut Subdiaconus, si uxorem habent, nunquam cohabitent. p. 29. & 180.
Cosroes Rex Persarum. p. 373. Heraclius ab eo pacem petit. p. 725. necatur. p. 734.
S. Crux. Ejus imagines super altaria ponuntur. p. 32. Author Hymni: *Vexilla Regis &c.* p. 52. S. Crux abvehitur. p. 653. Lancea adoratur. ibid. Crux recuperatur. p. 736.
Cunibertus Colonienſis. p. 714. Dagoberti Regis Consiliarius. p. 738.
Cyriacus Constantinopolitanus. p. 449. titulo *Oecumenici* renuntiare jubetur. pag. 613. obit. p. 614.
Cyrus Phasianus. Epistola ad Sergium. p. 757.

D.

Dagobertus Rex Franciæ. p. 737.
Defuncti. Missæ, & commemoratio pro omnibus defunctis initio Sæculi VII. p. 698.
Depositio. Episcopus extra Concilium Presbyterum vel Diaconum non deponat. p. 692.

Deus-

Deusdedit Mediolanenſis. p. 549.
S. Deusdedit Papa. p. 652. obit. p. 682.
Dominicus Carthaginenſis. p. 499.
Donatiſtæ. In Africa. p. 324. eorum audacia. p. 498.
S. Donatus Abbas. p. 15.
S. Donatus Veſuntinus. p. 711.
Dorotheus Theodoſianorum Epiſcopus Alexandriæ. p. 25.

E.

Edbaldus Rex in Anglia. p. 678.
Edelfridus Rex Nordhumbrorum quartus. p. 720.
Eduinus Rex Nordhumbriæ. p. 716. convertitur. p. 718.
Elias Aquilejenſis. Obit. p. 197.
S. Eligius. p. 745.
Epiſcopus. Si uxorem habeat, nunquam cohabitet. p. 28. an Rex in eum jus vitæ & necis habeat. p. 302. & ſeqq. in Concilio Provinciali depoſitus. p. 305. in Civilibus a Metropolita, in Criminalibus ab Imperatore judicatur Epiſcopus. p. 367. *Oecumenicus* ſeu Univerſalis nullus dici poteſt. p. 413. dicere: unum eſſe Epiſcopum, cujus cæteri omnes ſint Vicarii, eſt contra fidem. p. 415. Epiſcopus Oecumenicus poſſet errare. p. 419. Epiſcopi Patriarchæ ſunt Epiſcopi Eccleſiæ Univerſalis. ibid. Epiſcopus Oecumenicus Antichriſti Præcurſor. p. 453. in carcerem mittere poteſt. p. 527. quid ab Epiſcopo Univerſali ſe-

sequatur. p. 527. Episcopi partem Regiminis temporalis susscipiunt. p. 550. Grammaticam non doceant. p. 565. Nestoriani Episcopi conversi in suo gradu possunt persistere. p. 586. Extra Concilium Episcopus non potest Presbyterum deponere. p. 692. Ad Regni negotia vocati Episcopi. p. 789. seq.

Ethelbertus Rex in Anglia. p. 460.

Evagrius Historicus. Finis Historiæ ab ipso conscriptæ. p. 378.

Evcharistia. Asservatur. p. 32. etiam in itinere maritimo habetur. p. 117. non datur fœminis in manu nuda. p. 162. deportatur. p. 313. qui permittit species corrumpi, punitur. ibid. in manus datur. p. 580.

S. *Eulogius* Alexandrinus. p. 144. ejus Libri. p. 542.

Eusebius Thessalonicensis. p. 457.

S. *Eustasius* S. Columbani Defensor. p. 706.

S. *Eutychius* Constantinopolitanus. Exul. p. 20. revocatur. p. 115. corpus post resurrectionem non palpabile asserit. p. 118. obit. p. 138.

Excommunicatio. Hominis ignoti. p. 470.

F.

Fortunatus Presbyter & Scriptor. p. 52.

Fredegunda Chilperici Uxor. Sigebertum jubet interfici. p. 92. parricidium in Prætextatum commissum. p. 164. obit. 567.

G.

S. *Gallus.* Monasterium fundat. p. 648.

Geor-

Georgius Alexandrinus. p. 684. obit. p. 760.
S. Germanus Parisiensis. Obit. p. 93.
S. Gildas. p. 44.
S. Golanduca in Persia. p. 376.
Grada. Candidianus & Epiphanius Patriarchæ. p. 615. & seq.
Græci. Mendaces, Latini veraces. p. 439.
Gregorius Antiochenus. p. 68. ejus causa. p. 186. obit. p. 377.
S. Gregorius I. Magnus. Romæ Prætor. p. 62. ejus vita. p. 110. Monachus. p. 111. Diaconus. p. 114. Constantinopoli. p. 143. scribit Librum Moralium. ibid. Papa. p. 281. Pastorale. p. 287. Epistola ad S. Leandrum. p. 317. Epistola Synodalis ad Patriarchas. p. 319. Aliæ Epistolæ. p. 324. & seqq. ad Mauritium Imp. p. 379. Dialogi. p. 395. Epistola ad Imperatricem de Reliquiis. p. 409. in Joanne Constantinopolitano titulum Episcopi Oecumenici reprehendit. p. 412. Homiliæ. p. 420. S. Augustinum mittit in Angliam. p. 445. Epistolæ. p. 467. & seq. titulum Episcopi Oecumenici sibi datum rejicit. p. 468. ad Joannem Syracusanum scribit. p. 501. ad Episcopos Græciæ. p. 527. ad S. Eulogium. p. 543. & 545. ad S. Augustinum in Anglia. p. 569. ad Phocam Imp. p. 597. ad Theodelindam. p. 606. ejus obitus & Libri. p. 607. & seqq.
S. Gregorius Turonensis. p. 82. ejus Historia. p. 358. obit. p. 359. Opera. ibid.

Gunde-

Gundemarus Rex in Hiſpania. p. 636.
Guntramus Rex Francorum. p. 3. Aureliæ p. 149. obit. p. 443.

H.

Hæretici. Quomodo recipiendi. p. 585.
S. Helladius Toletanus. p. 698.
Heraclius Imp. p. 633. bellum cum Perſis. p. 725. & ſeqq. Monothelita. p. 757.
S. Hermenegildus. Converſio illius. p. 133. Martyrium. p. 171.
Heſychius Jeroſolymitanus. p. 542. obit. p. 632.
Hiſpania. Siſebutus Rex Viſigothorum. p. 672. Siſenandus Rex. p. 778. Recaredus. p. 788. Ricimer. ibid.
Hiſtoria Eccleſiaſtica. Nullus ejusdem poſt Evagrium Scriptor. p. 378.
Honoratus Mediolanenſis. p. 61.
Honorius Papa. p. 718. Epiſtola ad Sergium celeberrima. p. 770.
S. Hoſpitius. p. 80.

I.

Jacobus Monachus hæreticus Jacobitarum Parens. p. 700.
Jejunium. Ejus in Adventu origo. p. 126.
Jeroſolyma. Zacharias Patriarcha. p. 632. Urbs capitur a Perſis. p. 653. Patriarcha abducitur. ibid. Modeſtus Vicarius. p. 655. Zacharias Patriarcha reſtituitur. p. 736. Modeſtus Vicarius obit. p. 764. Sophronius Patriarcha. ibid.

JEsus Christus. Argumenta, quod aliqua ignoraverit. p. 543. in eo unica operatio vivificans. p. 758.
Imagines. Earum usus. p. 484.
Incontinentia. Presbyteri propter hanc deponantur, & carceri mancipentur. p. 496.
Incorruptibiles seu Juliani Sectatores. p. 18.
Inferi. Quosnam ex iis Christus liberaverit. p. 450.
Ingundis S. Hermenegildi Uxor. p. 134.
Interdictum Ecclesiasticum. p. 167.
Interpretes. Eorum penuria in Italia. p. 544.
S. Joannes Climacus. p. 71. ejus Scala. ibid.
Joannes Constantinopolitanus Scholasticus. p. 21. obit. p. 115.
Joannes Eleemosynarius. Magna charitas. p. 656. obit. p. 683.
Joannes Jejunator Constantinopolitanus. p. 138. Epistola S. Gregorii ad eum. p. 371. Oecumenicus. p. 412. obit. p. 448.
Joannes Jerosolymitanus. Obit. p. 378.
Joannes Moschus. p. 667. Pratum Spirituale. p. 685. obit. p. 689.
Joannes III. Papa. obit. p. 60.
S. Isidorus Hispalensis. Regula illius. p. 694.
Istria. Episcopi Schismatici. p. 190. obstinati. p. 321. Epistola ad Mauritium Imp. ibid.
Judæi. Aliquatenus compellebantur ad fidem. p. 788.
Judicium Ecclesiasticum. Ejus forma & requisita. p. 602. & seq.

Justinianus Imp. In hæresin labitur. p. 18. obit. p. 23.
Justinus II. Imp. p. 24. Patriarcham Antiochenum ejecit. p. 67. obit. p. 114.
S. Justus Cantuariensis. p. 715.

L.

S. Laurentius Cantuariensis. p. 634. a S. Petro castigatur. p. 681.
Laurentius Mediolanensis. p. 61.
S. Leander Hispalensis. p. 134. S. Gregorio amicissimus. p. 143. obit. p. 604.
Leovigildus Rex Visigothorum in Hispania. p. 133. obit. p. 174.
Litaniæ Majores. Unde ortum traxerint. p. 283.
Liturgia Gallicana. p. 578. Museus Presbyter Lectiones composuit. p. 581.
Liuba Rex in Hispania. p. 605. occiditur. ibid.
Longinus Primus Exarcha. p. 62.
Longobardi. Eorum Duces in Italia. p. 63. in Italia ad Fidem Catholicam convertuntur. p. 323.
S. Lupus Senonensis. p. 675.

M.

S. Maclovius. p. 41.
S. Magnericus Trevirensis. p. 18.
Marinianus Ravennatensis. p. 429.
S. Martinus. Ejus miracula. p. 7. & seqq.
S. Martinus Dumiensis. p. 9.

Matri-

Matrimonium. In tertio & quarto gradu licitum. p. 576.
Mauritius Imp. p. 138. interficitur. p. 595.
Maximus Salonenſis. Subjicitur. p. 481.
Melchitæ Catholici. Unde hoc nomen. p. 700.
S. Mellitus & Socii. p. 564. obit. p. 715.
Meroveus Princeps. p. 92. Turone. p. 96.
Miſſa. Non tam frequens. p. 162. ritus tempore S. Gregorii. p. 501. an *Pater Noſter* ſemper dictum. p. 503. an diſtinctum a Conſecratione. ibid. Miſſa in Die Paſchæ. p. 509. populus afferebat panem & vinum. p. 514. nulla S. Hoſtiæ elevatio ſupra caput. p. 518. S. Sanguis miſcetur cum vino non conſecrato. p. 521. Miſſa in pluribus Eccleſiis. p. 557. pro vivis & mortuis. p. 579. Miſſæ privatæ. p. 663.
Monachi. Eorum in Ægypto vita. p. 72. militariter excubant. p. 551. Monachus eſſe & Clericus nemo poteſt. p. 554. Clerici non ſint Abbates. ibid. Monachi ſine teſte male vivunt. p. 560. eorum vita & virtutes. p. 669. non ejiciantur ex Monaſterio propter quodcumque delictum. p. 697.
Monaſteriorum Privilegia. p. 553.
Monophyſitæ. p. 585.
Monothelitæ. p. 755. & ſeqq.
Mundus. Ejus finem prope eſſe S. Gregorius credidit. p. 424.

N.

S. Nicetas Trevirensis. p. 16.

O.

Oblatio. Fideles panem & vinum offerunt. p. 157. & 514.
Oecumenicus Episcopus. p. 189.
Ordinatio. Ab hæreticis facta videtur esse nulla. p. 494. nulla est, si Episcopus manus imponat, & alius preces recitet. p. 692.
Osualdus Rex Nordhumbrorum. p. 724.

P.

Pallium. Concessum a Sacra Sede in Dalmatia. p. 365. Presbytero collatum. p. 628.
Papa. In Electione ejus quid Imperator possit. p. 282. ipsius Jurisdictio. p. 345. qua ratione Principatum Sæcularem obtinuerit. p. 360. ejus Authoritas in Græcia. p. 370. an sit supra Imperatorem. p. 380, an habeat Jurisdictionem Temporalem in Territorio Romano. ibid. eum Patriarcha Constantinopolitanus superiorem agnoscit illo etiam tempore, quo se Oecumenicum jactitabat. p. 441. Sacræ Sedi omnes Episcopi submissi. p. 500. speciatim Ecclesia Constantinopolitana. p. 503. reprehendi non dedignetur. p. 531. Mandata Imperatoris injusta reveretur. p. 599.

599. Sacra Sedes omnium Ecclesiarum Caput. 603.
Patrinus. Abbas vel Monachus non sit. pag. 163.
S. Paulinus Episcopus in Nordhumbria. p. 716.
Paulus Aquilejensis. p. 61.
Pelagius II. Papa. p. 109. Epistola ad S. Gregorium. p. 144. ad Episcopos Istriæ. p. 190. obit. p. 197.
S. Petrus. Ejus Cathedra celebratur. p. 35. tres fundavit Ecclesias, quæ sunt supra omnes. p. 455.
Phocas Imp. p. 595. trucidatur. p. 633.
Pipinus Major Domus in Francia. p. 737.
Pœnitentia. Confessio Sacramentalis probatur. p. 130. quomodo administranda. p. 181. Secreta. p. 385. Confessio peccatorum totius vitæ. p. 746.
Prætextatus. Restituitur. p. 147. occiditur. p. 164.
Presbyteri. Quæ non possint. p. 692.
Probinus Aquilejensis. p. 61.

R.

S. Radegundis. p. 47. obit. p. 288.
Reccaredus Rex Hispaniæ. p. 174. obit. p. 604.
Regula S. Columbani. p. 310.
Regula S. Isidori. p. 694.
Reliquiæ Sanctorum. Quid fuerint tempore S. Gregorii M. p. 411. igne probentur. p. 495.

Resurrectio. An corpora post mortem palpabilia. p. 118.
Roma. De ea explicatur Prophetia in Apocalypsi cap. 17. v. 18. p. 424. Ecclesiæ & Stationes. p. 505.
Romanus Italiæ Exarchus. p. 387. obit. p. 470.

S.

Sabinianus Papa. p. 612. obit. p. 613.
S. Salvius. p. 129.
S. Samson. p. 39.
Saraceni. Convertuntur. p. 376.
S. Senochius. p. 84.
Sergius Constantinopolitanus. p. 630. Monothelita. p. 755. Epistola ad Cyrum. p. 758. ejus doctrina. p. 763. Epistola ad Honorium Papam. p. 764.
S. Sergius Martyr in Persia. p. 374.
Sigebertus Rex Francorum. p. 3. occiditur. p. 92.
Simonia. In Oriente. p. 542.
Smaragdus Exarchus Italiæ. p. 600.
Sophronius. Cyro resistit. p. 761.
Sors Sanctorum. p. 99.
Spiritus Sanctus. Procedit a Patre & Filio. p. 778.
Subdiaconi. Continentiam servent. pag. 574.
Suevi. In Galæcia convertuntur. p. 7.
Suintila Rex Hispaniæ. p. 788.

Theode-

T.

Theodebertus Rex Francorum in Auſtraſia. p. 445. occiditur. p. 647.
Theodelinda Regina. Longobardos convertit. p. 323. trium Capitulorum inimica. p. 388. Ipſius ad Papam, & viciſſim litteræ. p. 606.
Theodoricus Rex Francorum in Burgundia. p. 445. erga S. Columbanum benevolus. p. 623. obit. p. 649.
Theodorus Pharanenſis Epiſcopus in Arabia. Monothelita. p. 755. ejus Scripta. ibid. & ſeq.
S. Theodorus Siciotes. p. 139. Epiſcopatu ſe abdicat. p. 536. obit. p. 631.
Theodoſiani. Cyro junguntur. p. 761.
Thomas Conſtantinopolitanus. p. 614. obit. p. 630.
Tiberius Cæſar. p. 114. Imperator. p. 116. obit. p. 138.
SS. Trinitas. Nulla Perſona. p. 127.

V.

S. Virgilius Arelatenſis. p. 351. Vicarius Papæ. p. 441.
Viſigothi. Convertuntur. p. 174.
Vitericus Rex Hiſpaniæ. p. 605.
Vulfilaicus Stylites in Occidente. p. 354.

ERRA-

ERRATA.

Lib. XXXIV.

Pag.	4.	Eccleſiam *Corrige:*	Eccleſia.
	130.	fuiſſe conſpecta	fuerint conſpecta.
	146.	§. LVIII.	§. XLVIII.

DISSERTATIO.

Pag.	256.	rationales	rationalis.
	257.	noſtræ	noſtra.
	262.	etiam is	etiamſi is.
	278.	illuſtra	illuſtria.

Lib. XXXV.

Pag.	296.	deteſtabat	detrectabat.
	360.	graſſatas	graſſatus.
	381.	Avarorum.	Avarum.

In der Anmerkung.

	384.	der Ottomanniſchen	die Ottomanniſchen.
	414.	viderentur	videretur.
	425.	Fratres?	Fratres,
	437.	aute pacto	aut pacto.
	468.	tu ſcis	tu ſis.

Lib. XXXVI.

Pag.	490.	obſtringeret	obtingeret.
	536.	revellentur	revelentur.
	537.	oſeo	oleo.
	545.	ſed	ſex.
	546.	& eum	ut eum.
	565.	& plures	ut plures.
	589.	ſuccedenti ſpem	ſuccedendi ſpem.
	601.	ipſius Epiſcopus	ipſius Epiſcopi.
	611.	nornabat	ornabat.
	626.	decimo quanto	decimo quarto.

Lib. XXXVII.

Pag.	693.	Syru ſex	Syrus ex
	701.	momenti	monenti.
	715.	ſumebar	ſumebat.
	742.	oporteri	oportere.

Bibl. Paderb. Theol.

FLEURII
HISTORIA
ECCLESIASTICA
TOM. VIII.

Th 8
5178.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN